**Ad hoc dicēdum eſt** ꝙ id dicitur cauſa per accn̄s: ſicut Tho. ait ꝙ eſt annexū: vel coniunctum alicui cauſe per ſe: poteſt igitur ſm̄ h̄ dupliciter: vel ſm̄ duo: cā per accidens ꝯſiderari: qꝛ vel ſm̄ id ꝙ cauſa per accidens vocatur: vel ſm̄ id in quo cauſe per ſe coniungi vel annecti inuenitur. Et primo quidem modo cauſa per accn̄s infinita ⁊ indeterminata eſt: quēadmodū infinita ⁊ indeterminata ſunt que poſſunt alicui accidere. ¶ Sc̄do aūt modo cā per accn̄s inuenitur quādaꝫ ꝯhere determinationē: inquātū .ſ. in aliquibus determinatis cū cā per ſe ꝯiungi inuenit̄: vtputa vel in ſuppoſito vel in ſb̄o vel in aliquo tali. Et ſꝫ h̄ alique cauſe per accidens ꝓximiores alijs dn̄r: qꝛ vꝫ illa accidentia ſecum in ſuppoſito: vel ī ſb̄o: magis ꝯueniūt: quāuis ēt ⁊ ipa infinita atꝗ indeterminata ſint. Et iuxta hūc moduꝫ dicimus ꝙ muſicū eſt cā magis proxima cauſe per ſe ipſius ſtatue q̄ albū: qꝛ muſica cuꝫ arte ſtatuaria: magis q̄ albedo in ſb̄o ꝯuenit: cū albedo ſit in corpe: ⁊ tā muſica q̄ ars faciendi ſtatuam ſit in anima.

¶ Q̄ō quarta.

**Quarto** poſſet aliqs dubitare vtꝝ dicte in littera diſtinctiones de cauſis poſſint etiā ſil'r applicari ad cauſata: videt̄ eni ꝙ nō qꝛ cauſatū ꝑticulare per prius ꝓuenit ex cā aliqua q̄ vl'e: primo enim ⁊ per ſe domificator facit domū. Sc̄do vero ⁊ ex ꝯn̄ti facit artificiatū: vn̄ effectus particularis prior vedetur eſſe q̄ vniuerſalis: ⁊ tamen de cauſa ecōtrario ſe habet: vt ſupradictum eſt.

**Ad iſtam queſtionē** dōm ē: ꝙ ſic de cauſis dictū eſt: ſic ⁊ de cauſatis dici pōt: ⁊ per eādē viā demōſtrari. Quēadmodū eni cā ꝑticularis innititur cauſe vl'i: ſic ēt effectus particularis innitit̄ effectui vl'i: dependet eni nō artificiatū a domo: ſꝫ domus ab artificiato: ⁊ h̄ aūt ſupra ꝯcluſum fuit ꝙ cā vl'is prior eſt particulari. Eadē igit̄ rōne: ⁊ cauſatū vl'e prius q̄ particulare eſt dōm. ¶ Ex h̄ aūt pōt elici ꝙ nulla cā producere pōt aliqd ex nichilo niſi tm̄ prima. Dis ⁊ eniꝫ cā citra a prima innititur alicui priori cauſe: ſed prima cā nihil ante ſe hꝫ cui innitatur. Et qꝛ effectus proportionat̄ ſuis cauſis: idcirco neceſſariū eſt: ꝙ ſolū effect᷒ prime cauſe nulli innitatur: qualiter ſe habet ipſum eſſe q̄ non innititur alicui: vnde prima cā pōt aliquid producere ex nullo. Quia vero ſc̄da cauſa: neceſſario inniti inuenit̄ p̄cedēti: neceſſariū eſt ꝙ ⁊ ſuus ꝓprius effect᷒ alicui alteri innitat̄: ꝙ erit effect᷒ p̄cedētis cauſe: vnde neceſſariū eſt: ꝙ oēs cauſe ſc̄de p̄ſupponant aliquid ⁊ agant ex ſuppoſitiōe alicuius: ex h̄ aūt eodē ēt apparet ꝙ vl'ior effectus prior eſt particulari.

**Ad argumentum** ergo in ꝯtrium dōꝫ eſt: ꝙ effectus poſſunt accipi vel ſimpl'r in ordine ad cauſas ſibi debitas: vel in ordine ad aliquā ꝑticularē cāꝫ. Et priori qdē mō effectus vl'ior ſimpl'r eſt prior: qꝛ cāe ēt priori corr̄ndet. Sc̄do aūt modo dico ꝙ yeꝝ eſt ꝙ effectus particularis per prius ꝓuenit ex cauſa ſibi ꝓpria q̄ vl'is Nā ⁊ per ſe effectus vl'ior nō eſt effectus eius: ſed prioris cauſe: ſicut artificiatū per ſe ⁊ primo effectus eſt artificis qui prior eſt q̄ domificator.

¶ Textus.

¶ Differunt autem in tm̄ ꝙ operantes quidem ⁊ ſingulares ſimul ſunt ⁊ non ſunt ⁊c.

¶ Q̄ō quinta.

**Quinto** poſſet aliqs dubitare vtꝝ cauſata in actu ſimul ſint ⁊ nō ſint cū ſuis cauſis. Et videt̄ ꝙ non: qꝛ domus in actu eſſe poteſt domificatore etiam deſtructo.

**Ad iſtam queſtionē** dōm ē: ꝙ cauſatum reducēdū eſt ſemper in ſuam cām ꝓpriam: ſunt auteꝫ quedam que inueniuntur eſſe aliorum cauſe: ſolum quo ad ſuum fieri: ⁊ non quo ad ſuuꝫ eſſe: quemadmodum domificator eſt cauſa domus tantum quo ad fieri. Quedam vero inueniūtur eſſe cauſe aliorum etiam quo ad ſuum eſſe: quēadmodū ſol cauſa eſt exiſtētie luminis in aere: ⁊ primus motor eſt cauſa exn̄di omnib᷒ Ad cauſas igit̄ ſm̄ fieri referenda ſunt cauſata nō ſꝫ ſuū eſſe: ſed ſm̄ ſuū fieri. Et ſic cū eis inueniūtur ſimul eſſe ⁊ non eſſe. ¶ Quēadmodum ⁊ ſi domus actu fiat neceſſario opꝫ ꝙ actu ſit domificās: ⁊ ſi domus non ſit nō eſt domificās aliqs in actu. Ad cauſas vero rerū in eſſendo cauſata ſm̄ ſuū referūtur eſſe. Nā ſi lux in aere exiſtit oportet ꝙ ſit aliqd ꝙ lumen influat in aerem: ⁊ ſi creature ſunt eſt cauſa pria eis eſſe influens. Et ſi non ſunt cā pria in eſſe nō cōſeruat: ſtatim enim eſſe ab effectu tollitur: ſi tollatur eius influētia: ꝙ ſibi eſt cauſa in eēndo: verū eſt aūt q̄ nō ſeqtur etiā in talibus cauſatū nō eſt: ergo nec ēt cauſa eſt: qꝛ forte tal' cā ꝯſeruat cauſatū: nō neceſſitate nāli: ſed volūtate libera: vel ēt qꝛ ſi influat de neceſſitate impeditur tn̄ ꝑꝑ māe defectuꝫ: bene aūt ſequit̄ cauſatū nō eſt actu: igit̄ nec cā cāns ē ī actu

¶ Textus.

¶ Dicitur autem fortuna ⁊ caſus cauſarum ⁊c.

¶ Lectio ſeptima. ¶ Q̄ō prima.

**Hic poſſet** eſſe dubiū alicui vtꝝ caſus ⁊ fortuna eadē poſſint ſub ꝯſideratione artis: videtur eni q̄ nō: qꝛ de ente per accn̄s vt habet̄ in .vj. meth. nulla eſt ſcia. Caſus āt ⁊ fortuna cāe ſūt per accn̄s: igit̄ de eis in ſcia nō eſt tractat᷒ faciēd᷒.

**Ad iſtam queſtionē** dōm eſt: ꝙ de caſu ⁊ fortuna in ſcia nāli eſt determinādum. Q̄ō aūt de ipſis ſit agēdū in ſcia de facili oſtēditur. Ea eniꝫ de quibus poſſunt fieri cōſiderationes neceſſarie ſūt in ſcientijs: ſed ꝑ ſcijs multa ⁊ plurima aliqua tractāda: poſſunt aūt de caſu ⁊ fortuna plurime neceſſarie

me neceſſarie cõſiderationes fieri: igiť de ipſis debꝫ in aliqua ſcientia tractari. ¶ Quod autem tractatus iſte pertineat ad phiam nãlem de facili ẽt apparet. Quem admodũ enim caſus entiũ ſimplr̃ ɔſiderare ſpectat ad phiam illã: que ẽ ɔſideratiua entiũ ſimplr̃: ſic etiã cãs entium mobiliũ ptractare dꝫ phya illa que ɔſiderat de entibus mobilibus: in eo ꝙ mobilia: q̃lis eſt ſola phya nãlis. Caſus aũt ⁊ fortuna cauſe ſunt eoꝝ tñ que circa mobilia ɔtingũt. Euidẽter igitur apparet ꝙ ſũt de cõſideratione phyloſophie naturalis.

**Ad argumentũ** ergo in cõtrarium dõm: ꝙ ea que ſũt per accñs: inquãtũ talia ſunt: nõ cadũt in ɔſideratiõe artis: ſed ſi ſumãtur ſm ꝙ per ſe aliqua attribuuntur eis: queãdmodũ caſui ⁊ fortũe per ſe attribuiť: ꝙ ſunt cauſe per accñs: ⁊ ꝙ ſũt cauſe eoꝝ que ɔtingũt in minori pte: ⁊ pluria ſilia: ſic de iſtiſ ɔſideratio põt eẽ in ſcia.

¶ Textus.

¶ Quidam enim ſi ſint an non dubitant ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.

**SEcundo** poſſet quis forte dubitare vtrum verum ſit ꝙ nihil ſit a caſu ⁊ fortuna: ſicut pͥma opinio dicebat. Et videtur ꝙ ſic: qꝛ illud ꝙ non fit preter intentionem nõ eſt caſuale: nec fortuitũ: cõſtat aũt ꝙ nihil fit preter intentionẽ prime cauſe: ergo nihil eſt fortuitum neqꝫ caſuale.

**Ad iſtam qõnem** dõꝫ eſt: ꝙ illud dicitur caſuale vel fortuitũ ꝙ prouenit ex operatiõe alicuius cauſe preter intẽtionẽ eius. Cã aũt per ſe operans eſt duplex: qꝛ intellectus ⁊ nã. Qð ergo ꝓuenit ex operatione agẽtis per intellectũ: vel agẽtis per formã nãlẽ preter intẽtionẽ eius: h̃ dicitur caſuale: vel fortuitũ: fortuituꝫ qdem ꝓuenit ex alteratione agẽtis volũtarij: preter ĩtẽtionẽ eius. Caſuale aũt: ꝙ preter intẽtionẽ ꝓuenit ex operatione nãe: vnde ⁊ illud idẽ agẽs ꝙ reſpectu effectꝰ ꝑ ſe vocať ĩtelľs reſpectu effectꝰ per accñs dť fortuna: ⁊ ꝙ in cõꝑatione ad effectum per ſe dť nã: forte ꝙ appellať cauſa caſualis: ad effectuꝫ per accidens relatũ: qꝛ igiť ⁊ in agentibus per nãm: ⁊ in quibuſdã agentibus per intellectũ: plurima ɔtingũt preter ĩentionẽ: appet cuidẽter ꝙ plurima dici poſſunt a caſu vel fortuna eſſe.

**Ad argumentum** ergo in ɔ̃rinꝫ dõm ẽ: ꝙ ꝑ relationẽ ad cãm primã nihil fortuitũ eſt: aut caſuale: fortuita ꝗ̃o ⁊ caſualia multa ſũt relata ad ſecũdas ⁊ particulares cauſas.

¶ Qõ tertia.

**TErtio** poſſet eſſe forte dubiũ alicui vtrũ ratio phyloſophoꝝ dicentiũ nõ eſſe caſum ⁊ fortunã h̃ ɔcludat: videtur eni ꝙ ſic: qꝛ caſus ⁊ fortũa: vt diceť infra: infinita ⁊ ĩdeteriata ſunt. Cũ ergo illa ratio oñdat oĩa que fiunt: ex cã determinata prouenire: neceſſariũ videtur dicere ꝙ directe ɔcludere poſſit nihil a caſu ⁊ fortũa fieri.

**Ad huius ergo** dubitationis intelligentiã cõſiderãdum eſt: ꝙ vnũquodqꝫ agit ſm ꝙ eſt actu. Eſt aũt actu vnũquodqꝫ per formã: forma igiť eſt vnicuiqꝫ pͥncipiũ agendi. Eſt aũt duplex foꝛã: qꝛ nãľ ⁊ appheſa: ⁊ forma qdẽ nãľ eſt pͥncipiũ agẽdi: agẽti nãli: forma vero appheſa ſicut eſt forma artis: eſt pͥncipiũ agẽdi: agẽti volũtarie. Quia igiť agẽs nãle agit per formã nãlẽ ſibi inherentẽ: nõ põt aũt eidẽ ſimul oppoſita in eẽ: neceſſariũ eſt ꝙ tale agẽs per ipſam ſuã formã ſit determinatũ ad alterũ oppoſitoꝝ. Si ergo ex ſua opatione h̃ ꝓueniat ad ꝙ determinatũ eſt per formã: que eſt pͥncipiũ illius operationis: dicetur tunc recte nãle agens: agit enim tunc illud ad ꝙ per ſuã nãlem formã ⁊ nãlem inclinationem determinatũ eſt. Si ãt ex ſua opatiõe nõ ꝓueniat h̃: ſꝫ id ad ꝙ per formã q̃ ſibi ẽ pͥncipiũ opandi: nõ deteriať diceť recte reſpectu taľ effectus ideteriatũ eẽ: huiuſ aũt agẽs nãle eſt per ſuã opationẽ ſic acceptã: cã per accñs ſiue caſuaľ. Quãtũcũqꝫ igiť nãle agẽs vt nãle eſt determinatũ ſit: indeterminatũ tñ eſt ſm ꝙ caſuale. ¶ Per formã aũt artis: ſiue ꝑ rõnẽ ſciale: agẽs volũtariũ non eſt oĩmode dterminatũ. Nã ſcia eſt eadẽ oppoſitoꝝ: determinať ãt per electionẽ volũtatis: volũtas ꝗ̃o in bonũ ordinať: ⁊ bonũ hꝫ rõnem finis. Ex intẽtione igiť deteriati finis ꝓuenit determinatio agẽtis voluntarij. Omnis ergo effectus: qui ꝓuenit ex actione volũtarij agẽtis reſpiciẽtis hũc effectũ: vt finẽ: vel aliqd: cui taľ effectus ſemꝑ: vel vt plurimũ: annexus eſt: cauſam determinatã hꝫ. Quod aũt ꝓuenit ex actione eius pͤter intẽtionẽ vt effectus fortuitus: nõ hꝫ inquãtum huiꝰ determinatã cãm: qꝛ agens volũtariũ determinať ex intentione finis: reſpectu eius ꝙ ſub illius finis intẽtiõe nõ cadit: opꝫ ipſum indeterminatũ eſſe. ¶ Quia igiť illi phy dicebãt in ꝓceſſu ſuo ꝙ iuẽtio debitoris reducitur in cãm: ex qua pͤter intẽtionẽ ꝓuenit: ɔcludere ex h̃ debebãt oppoſitũ eius ꝙ ipſi ɔcludebãt: vꝫ ꝙ illa inuẽtio a fortuna ⁊ actio ideterminata eẽt: vñ manifeſtũ eſt ꝙ per ſuã rõnem cõcludere non poterãt ꝓpoſitum.

¶ Textus.

¶ Sunt autem quidam qui celi huius ⁊ mundanoꝝ.

Qõ quarta.

**QVarto** poſſet aliquis dubitare de eo ꝙ in ſua opinione dicitur. Nã prio ibi poniť: ꝙ illi phy dicebãt fortunã ⁊ caſuꝫ eẽ cãm celi ⁊ cũctoꝝ mũdanorũ. Poſtea vero ibi dť ꝙ ponebãt plantas ⁊ aĩalia: que ſunt de numero mundanoꝝ nec a caſu: neqꝫ a fortuna eſſe: vñ vť ɔ̃dictio in hĳs dictis.

**Ad hoc igitur** dõm eſt: ꝙ plãte ⁊ aĩalia pñt accipi dupliciter: qꝛ vel per relõnẽ ⁊ ordinem ad primã ⁊ remotã cãꝫ vel per ordinẽ ad cauſas aliquas ꝓpinquas: ⁊ primo qdẽ mõ ipſi dicebãt caſũ ⁊ fortunã: cãm eẽ cũctoꝝ mundanoꝝ. Quod enim eſt cauſa cauſe: eſt etiã ⁊ cã cauſati. Corpa aũt celeſtia ſunt cauſe oĩum q̃ hic iferius agũtur: qꝛ igiť iſti volebãt cãm celeſtiũ eẽ caſum ⁊ fortunã cogebãtur ponere: ⁊ ponebãt ex ɔ̃ñti: caſuꝫ ⁊ fortunã omnium mundanoꝝ eſſe cãm. ¶ Scdõ autẽ modo plãtas ⁊ animalia cõſiderãdo dicebãt ipſi ea non eſſe a fortuna: ſed ab aliquo agẽte certo ⁊ determinato: vt puta a corporibus celeſtibus: vel a ſuis generãtibus particularibus. ¶ Potuit aũt ratio huius põnis eſſe: qꝛ nihil eſſe credebant iſti niſi corpalia. Et qꝛ ante ea que h̃ inferius agũtur: ſunt aliqua agẽtia: ſicut corpa celeſtia: idcirco iſta in cãm dterminatã reducebãt: ante corpa ꝗ̃o celeſtia nihil putabãt eẽ: niſi corpa athomalia: que non ponebãt: ſicut agẽtia: ſed ſicut mãlia: ⁊ idcirco dicebãt celũ nõ per actionẽ alicuius cãe agẽtis pͤhexiſtẽtis: ſed ſolũ a caſu ꝓueniſſe: ex concurſu athomorum.

¶ Textus.

¶ Primum quidem igitur quoniam videmus ⁊c.

¶ Lectio octaua. ¶ Qõ prima.

**HIc poſſet** primo dubitare aliquis vtrũ prima phi diuiſio ſit ſufficiẽs: videtur eniꝫ ꝙ non: qꝛ ɔtigẽs triplex iueniť .ſ. ɔtigẽs i plibꝰ: ɔtigẽs i paucioribꝰ: ⁊ ɔtigẽs ad vtrũlibꝫ: d̃ h̃

autem vltimo contingente non fit mētio in littera.

**Ad iſtam qōnem** ſm cōmētatorē ē dōm: ꝙ iſta diuiſio nō aſſignat̄ h̄ niſi pp fortune inueſtigationē: fortuna aūt reducit̄ ad operātē vel efficiētē cāz: cū effect⁹ fortuitus ſit ille: q ex quadā oꝑatione ꝓter intentionē ꝓuenit. Qͦ igitur nō ꝑt hēre rōnē operātis: nō pōt hr̄e rōnē cāe fortuite: a cōtingēte aūt ad vtrūlibet nō egredit̄ aliq̄ actio iquātū hui⁹: cui⁹ rō eſt: q2 ſola forma ē rō ꝛ ꝓncipiū agēdi. Qͦ ſi fuerit forma nāl̄ determiabit ſe ad alterū neceſſario agēdū: cū nō affuerit īpedimētū: ſi vero fuerit forā apphēſa: nō erit pricipiū agēdi niſi ꝑ volūtatē: adiūcta ad alterū determiatione: ex quo euidēter liquet ꝙ ꝯtingēs ad vtrūlibet nō pōt inq̄tū hui⁹ hr̄e operātis rōnē: ſi ḡ fortuna vt ꝓdictū ē cām operātē ponit: ꝯcludit̄ ꝙ rō fortune nō īueniat̄ in ꝯtingente ad vtrūlibet: hāc aūt rōnē prio ponit cōmētator. d. ꝙ a cōtingēte eq̄lr nulla actio ꝓuenit ſm ꝙ eſt ꝯtingens eq̄lr q̄m nā ei⁹ ē nā māe nō nā forme. Adducit̄ ēt ab eodem ꝛ ſcdā rō ad idē tal'. Cōtingēs ad vtrūlibet eq̄lr: ſi inq̄tū hui⁹ bȝ potētiā agēdi: aut tūc ab ipſo in eo ꝙ tale ꝑt aliqs actus ꝓuenire aut nullus. Qͦ ſi nullus fruſtra ꝛ otioſe erit tal' potētia poſita ī ipſo: vana ē eni potētia q̄ nūq̄ pōt ꝓgredi in actū: ſi aūt ab ipſo: in eo ꝙ eq̄lr ſe bȝ ad vtrūq3 ꝯtrioꝝ: pōt actus aliqs exire: cū nō magis ſe hēat inq̄tū tale ad vnū q̄ ad alterꝫ: eo ꝙ ē ad vtrūq3 eq̄lr ſe hn̄s: eadē rōne qua ab ipſo exit vn⁹ actus exire poterit ēt ꝯrius: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ab eodē actiōes ꝯrie ſimł ꝓuenient ꝙ eſt ipoſſe. Nō pōt igr̄ ꝯtingēs ad vtrūlibet eq̄lr inq̄tū hui⁹ hr̄e rōnē operātis: nec igit̄ in ipſo poterit rō fortune īueniri: hāc āt rōnē poſt primā diffuſe ſatis cōmētator ponit. Qz igit̄ fortuna nō īuenit̄ in ꝯtingēte ad vtrūlibet eq̄lr: idcirco de ipſo Ariſt. nō fecit mentionem: ꝑcipue q2 ipſum non eſt operans: ꝛ fortuna eſt operans: operans aūt ē: aut nō pōt deficere: ꝛ ſic ē neceſſariū: aut in nā ſua bȝ ꝙ poſſit deficere: ꝛ ſic eſt ꝯtingēs: vt in plurib⁹: nullū ꝑo cauſatū vt dn̄ſum ē: ē ꝓueniens a contingente ad vtrumlibet: cum iſtud nō habeat rationem operantis.

**Sed iſta non** videtur ſufficiēter eſſe dicta: q̄uis eni cē operās vel agens ſit ſm ꝙ hui⁹ ad alterꝫ determinatū: reſpectu tn̄ illius effectus: ad quē exequēdū ex ſua oꝑatione determinatū eſt: nō bȝ rōnē agētis fortuiti: q2 fortuna ſicut dicit h̄ phs vult cā per accn̄s ꝛ indeterminata eſſe: vn̄ ſolū reſpectu illius: ad queꝫ exequendum ex ſua operatione non eſt determinatū: bȝ rationem agentis caſualis vel fortuiti. Qͦ autem indeterminatum eſt: bene ꝑt eſſe contingens ad vtrūq3 equaliter: q2 eſſe īdeterminatum ꝛ eſſe tale cōtingens non repugnant ſibi mutuo videtur ergo ꝙ etiam in tali contingente ratio fortuiti poſſit inueniri.

**Cōſiderādum eſt** igit̄ ꝙ duplex ꝑt eē opans: q2 ꝛ per ſe ꝛ per accn̄s. Operans aūt per ſe non poteſt eē ꝯtingens ad vtrūlibet: q2 oē ꝙ eſt per ſe: eſt neceſſario determinatum. Et de taliter operante concludūt cōmetatoris rōnes. Operans aūt per accidens nō bȝ: iquātū tale: ꝙ ſic ſit determinatuꝫ: quin potius ſi proprie accipiatur etiam ſm cōmentatoris dicta opȝ ipſum indeterminatum eſſe: vnde manifeſtum eſt: ꝙ de tali operāte ratio commentatoris prima non concludit.

**Sed nec etiam** ſcdā: q2 enim operās per ſe ſumptum non fortuitum equaliter ſe habet ad h̄: ꝙ ex ſua operatione nō dico id ꝙ eſt eius effectus: vt per ſe agētis: ſed id ꝙ eſt eius effectus vt agentis caſualis proueniat aut nō proueniat: idcirco ſi determinetur ad prouētū eius dicetur talis prouētus reſpectu ipſius eſſe caſualis: vnde ex hoc non habet̄ ꝙ ab ipſo ſimul proueniant oppoſita: ſed ꝙ determinatio ad alterutrū reſpectu ei⁹ ſit fortuita: propterea igitur que commentator adducit cōtra Auic. nō cogimur ponere. ſ. ꝙ circa contingēs ad vtrūlibet equaliter nō ſit caſus ꝛ fortuna. Non eſt etiam h̄ contra Ariſt. ſententiā: ſed magis ex ipſa eius ſententia accipitur: non. n. dicit ꝙ quidam effectus eueniāt neceſſario: quidā frequenter vel in pluribus: ꝛ quidā in paucioribus: ſed ꝙ quedam ſunt que eueniūt neceſſario vł ſemper: ꝛ quedam que eueniunt frequenter vel in pluribus: ꝛ quedaꝫ ſunt preter h̄: h̄ aūt nō idē eſt ꝙ in paucioribus ꝯtingens. Nam preter ea que ſemper eueniūt ꝛ preter ea que in pluribus contingūt: ſunt non ea tm̄ que in paucioribus eueniunt: ſed ēt illa que equaliter contingunt: vnde apparet ꝙ nec Ariſt. fuit diminutus in diuiſione ſua: nec etiā ſua dicta ꝯdicūt pōni Auic.

¶ Qͦ ſecunda.

**Secundo** pp iſta poſſꝫ ſtati dubitare aliqs vtrū poſitio Auic. ſit magis recipiēda in ꝓpoſito q̄ poſitio commentat. ꝛ videt̄ ꝙ poſitio Auic. quia per ea que diximus: videtur concluſum eſſe de neceſſitate ꝙ in contingente ad vtrūlibet eq̄liter poſſit ratio fortune inueniri: dictum ē enim ꝙ tale contingens indeterminato nō repugnat: ꝛ q2 fortuna eſt indeterminata: ſequitur ꝙ etiam fortune non repugnet: vt ergo videamus quid magis ſit tenendū conſiderandum eſt ꝙ cā operans reſpectu illius effectus eſſe dicitur fortuna: que ad eius operationem ꝛ effectū proprium per ſe connexionem ꝛ ordineꝫ nō habet: ſed accidit ꝙ cōnectatur ſibi quemadmodum inuentio theſauri per ſe non habet ordinem ꝛ ꝯnexionem ad ſepulchri foſſionem: ſed ꝙ ſibi ſit cōnexa eſt per accidens. Omne autem tale ex agentis operatione quantum de ſe eſt raro euenit: vt pote quia per ſe ſibi eſt non vt connexum ſꝫ per accidens. Nam ꝙ per ſe cōuenit alicui in pluribus ei cōuenit: q̄ id ꝙ ſibi cōuenit per accidens: ſumēdo per accidens pro vero per accidens: ꝙ eſt indeterminatuꝫ: q2 igitur agentis operatio effectui predicto per ſe quidem eſt non connexa: connectitur aūt ei per accidens: ꝯcluditur euidēter ꝙ magis determinata eſt ad nō ꝯnecti q̄ ad ꝯnecti ſibi: ꝛ per ꝯn̄s magis ꝛ in pluribus ſibi inuenitur non connexa q̄ connexa: talis itaq3 connexio minus ꝛ in paucioribus contingit: effectus igitur fortuitus non eſt de contingentibus equaliter: ſed de contingentibus in paucioribus.

**Secundo etiam hoc idē** apparet ꝙ in hijs que ad vtrūq3 equaliter ſe habēt nō magis vnum eſt per accidens q̄ reliquum: vnde etiam dictum ſupra fuit in ſoluendo commentatoris argumēta: ꝙ in habente ad vtrūq3 ſe equaliter determinatio ad alterum reſpectu eius eſt fortuita. Sed ſm h̄ nō ſolum quando tal' fortuitus effectus eueniret diceretur eſſe a fortuna: ſed etiam quando non contingeret: ipſuꝫ eius non euenire: diceretur a fortuna eſſe. Cum ergo h̄ non habeat veritatem apparet euidēter ꝙ ſolū ea proprie dicuntur eſſe a fortuna: que non equaliter: ſed que in paucioribus contingunt. Nam pro tanto ipſum non euenire non dicitur fortuitum: quia ipſa talis agentis operatio non habet ex ſe ꝙ talis effectus eueniret debeat: ſed tantum per accidens: vnde ſi ex ipſa nō eueniat nimirum: hoc enim ideo eſt: quia non erat natum

natum ex ea prouenire. ❡ Tertio aūt idem etiā apparet ex eo ꝙ illa que sepe fiunt ex aliqua operatione nō dicuntur fortuitu vel casualiter ex ipsa prouenire. Sȝ si ex ea aliqua ex equo prouenirent: ⁊ non prouenirent magis accederēt ad rōnē eorum que sepe fiūt ꝙ ꝯtingētia in paucioribus: vtpote magis proxima ꝯtingētibꝰ in pluribus: dato igit̄ ꝙ dici possent a fortuna euenire nō tñ ita bene ⁊ rōnabiliter: h̄ de ipsis diceret̄: sicut de ꝯtingentibus in paucioribus: vñ manifestū est ꝙ positio cōmē. rationabilioꝛ est ipsa pōne Aui. ⁊ nō sol̄ rōnabilioꝛ ē: sȝ ēt ipa sola 𝔳a ē ⁊ ñ alia: sic pȝ ex p̄dictis.

**Ad argumentum** ergo in ꝯriuȝ dōm ē ꝙ quāuis ꝯtingēs ad vtrūlibet ideterminatū non repugnet bñ tñ ꝯtingēs ad vtrūlibet eq̄liter: ei repugnat ꝙ ē magis ad non esse deteriatum ꝙ ad esse.

❡ Textus.

❡ Sed quoniam quedam fiunt ⁊ preter hec ⁊c.

❡ Nō tertia.

**Tertio** qꝛ dictū est: ꝙ ea que sunt fortuita sunt raro contingentia posset aliqs forte dubitare vtrū oia q̄ cōtigūt raro dici debeāt casualia: ⁊ videtur ꝙ nō: qꝛ eclipsis lune raro euenit: nec tñ dr̄ esse casual̄. In contrarium videtur esse phs formās in littera conuersaȝ in talibus predicationem.

**Ad hoc dicēdum est** ꝙ dupl̄r pūt dici aliqua raro euenire: vno qdē mō: nō qꝛ ad suā cām nō habeāt necessariā habitudinē: sed qꝛ ipsoꝝ cā raro ponitur: ⁊ q̄ h̄ mō raro eueniūt nō debēt dici casualia: qꝛ ⁊ si raro fiūt ꝑpter raritatē sue cāe: nō tñ ex sua cā posita raro: sed semp vel frequētius eueniūt: sicut ēt appet in eclipsi lune: semp enī facta iterpositione terre itra solē ⁊ lunā h̄ eclypsis ponit̄: ⁊ si raro idcirco ponatur: qꝛ raro fit iterpositio p̄dicta. ❡ Alio aūt mō dici pūt aliq̄ raro euenire ēt per ordinē ad cām: qꝛ vȝ quotiēscūq̄ cā ponat̄ ex ea nō nisi rarissime eueniūt: sicut se hȝ inuentio thesauri ad fossionē sepulchri. Et oia q̄ sic dr̄ raro euenire sunt casualia: ⁊ que sunt casualia eueniunt raro isto modo: vnde pȝ respōsio ad argumenta.

❡ Textus.

❡ Eorum autem que fiunt alia propter hec fiunt ⁊c.

❡ Nō quarta.

**Sed tunc** q̄rto possȝ aliqs dubitare vtrū possit aliqd dici rarū in cōparatione ad cām: videtur enī ꝙ nō: qꝛ sicut effectꝰ dr̄ ad cām: sic etiā h̄ effectus dr̄ ad cām hāc appropriatā sibi sed tal̄ cā est cā determinata ⁊ per se. Ois effectus cāȝ determinatā ⁊ ꝑ se hȝ: nihil aūt tale est in paucioribus ꝯtingēs. ❡ Si qs aūt dicat ꝙ aliqs effectus est qui reducit̄ in cām indeterminatā: ⁊ h̄ est in paucioribꝰ ꝯtingēs videbit̄ h̄ nō esse bñ dictū. Causa enī ideteriata nō magis hūc effectū respicit ꝙ aliū: ⁊ per ꝯñs nō ē cā appropriata huic vel illi: ostēsuȝ āt est ꝙ ois effectꝰ aliquā cāȝ approp̄atā hȝ. Nō ēt ꝙ h̄ appet: qꝛ ex cā ad multos effectus indeteriate se hñte nō ꝓuenit alter tñ nisi ꝑ aliqd determinet̄ ad ipm sol̄. Al̄r enī nō cēt ratio: q̄re tūc ex ea magis vnꝰ ꝙ alius ꝓueniret. ❡ Ut igit̄ ista dubitatio tollat̄: cōsiderādū est: ꝙ ⁊ si ē ꝙ est per se cāȝ habeat appropriatā sibi: nō tñ h̄ est necessariū de eo ꝙ est ꝑ accñs: qꝛ h̄ nō est veteens: nec ꝑ vnū: in effectu āt casuali ⁊ fortuito iuenitur cē cōcursus diuersoꝝ: quoꝝ vnū alteri iterdū ꝑ accñs occurrit. Cū enī fodiēs sepulchrū thesauꝝ iuenit ꝯcurrunt sibi inuicē fossio sepulchri: ⁊ exñtia thesauri in sepulchro: ⁊ fossio qdeȝ sepulchri cām hȝ ꝑpriā: ⁊ sil̄r exñtēria auri in sepulchro. Cōcursus tñ amboꝝ nō hȝ cām inquātū est per accñs: pp ꝙ ēt id ꝙ ex tali ꝯcursu sequit̄: nō refert̄ in aliquā particularē cām preexñteȝ: ex qua sequatur de necessitate. Sil̄r etiā actio natural̄ agentis cām hȝ ꝑpriam: ⁊ dispositio ēt que est in mā impediēs actionē eius. Sed concursus amboꝝ: vt per accñs est: nō hȝ aliquā taliū causaꝝ. Nā quelibet illaꝝ causarū se extēdit ad alterum illoꝝ: nō aūt ad vtrūq̄: ⁊ idcirco nulla iꝑarū esse potest cā ꝑpt̄ ꝯcursus amborū: pp ꝙ id qd̄ ex tali ꝯcursu ꝓuenit respectu cuiuslibet illarū cāꝝ est per accñs. Si āt aliqd vlius ponatur ꝙ vnū exñs sit cā illoꝝ amboꝝ sibi cōcurētiū: h̄ esse nō poterit agēs naturale: qꝛ oē tale fm ꝙ vnū vnius est factiuū: nō aūt oppositoꝝ: erit ergo agēs per intellectū: nā tale agens: pōt illa duo accipere: vt vnū: al̄r eniȝ formare nō posset illā ꝓpōnē fodiens sepulchrū inuenit thesaurum. Itē quātūcūq̄ nāle agens sic sit vl̄e: non tñ sic vl̄e pōt esse: ꝙ sit cā omnis entis: ꝑpter ꝙ multa possunt ab eius ordine exire ⁊ respectu eius per accñs ꝯtingere: agēs aūt per intellectū tale pōt esse qd̄ erit vl̄is causa entis: ⁊ per ꝯñs nil exire poterit ab ordine ipsius: nec respectu eiꝰ aliquid per accñs ꝯtingere dicetur: oia igitur que fiunt ꝑut ad istam cām referūtur: per se: ⁊ nō per accñs ꝯtingere inueniūtur: lȝ per accidens multa eueniāt ad cās particulares compata: vt supra dictum est.

❡ Textus.

❡ Huiusmodi igitur cum fm accidens fiant.

❡ Nō quinta.

**Quinto** posset esse dubiū vtrū verū sit ꝙ fortuna est in hꝭ que fiūt ꝑpter h̄: sicut h̄ dicit̄: videt̄ enim ꝙ non: quia que fiunt propter h̄ fiunt ex intentione: sed que fiunt a fortuna nō fiūt ex intentione: igitur fortuna non est in hꝭ q̄ fiūt pp h̄.

**Ad istā questionē** dōm est ꝙ fortunā ēe in hꝭ que fiunt pp h̄ pōt intelligi dupl̄r: vno mō ratione fortuiti effectus: vt vȝ iste effectus dicatur esse de numero eoꝝ que sunt propter h̄: seu que ex intentione fiunt: ⁊ h̄ modo falsum est. ❡ Alio autem modo potest intelligi fortunam esse in hꝭ que fiunt ꝑpter h̄ rōne ipsius operationis ex qua prouenit fortuitus effectus: ⁊ illo modo veritatem habet. Nam talis operatio fit pp h̄. i. ꝑpter intentionem alicuius finis: licet non fiat propter fortuitum effectum: quēadmodum fossio sepulchri: ⁊ si non fiat propter intentionem thesauri: quando ista est fortuna: fit tñ bñ propter intentionem alicuius alterius: ⁊ quia sic est de alijs operationibus ex quibus prouenit fortuitus effectus: idcirco dicitur fortuna esse in hꝭ que fiunt propter h̄.

❡ Textus.

❡ Amplius aūt finis est reportatio non in se ipso ⁊c.

❡ Nō sexta.

**Sexto** quia h̄ dicitur ꝙ effectus fortuitus est qui prouenit ex actione operantis per intellectum preter intentionem: queritur vtrū quicquid fit ex intentione dicatur non a fortuna esse: videtur enī ꝙ sic: quia in nullo tali reperitur ratio fortuiti effectus: cū de rōne eius sit ꝙ eueniat pter intētionem.

**Ad istam questionē** dicendū ē ꝙ duobus modis ꝯtingit ēe aliqd intētū: qꝛ p̄ncipal̄r: ⁊ ex ꝯñti: p̄ncipal̄r qdē ꝙ intēditur per se ipsum: ex ꝯñti vero

ꝙ ſemper vel frequenter eſt annexum principaliter intẽto: vt puta ſi aliqs velit īterficere gallinā cõmedẽdo nolit aũt interfectionẽ eius: qꝛ eniꝫ galline interfectio ſemper eſt annexa deuorationi eius: ridiculū eſt dicere ꝙ aliqs velit deuorationẽ illā: nec tñ velit galline interfectionẽ: h̄ igit̃ ꝙ eſt ſcđario intẽtū nõ eſt fortuitū: nec caſuale cū tñ dici cõſueuerit per accñs. Sed in rei veritate nõ eſt ꝓprie per accñs: vult eni propꝛie per accñs: indeterminatū: ꝛ pter agẽtis intẽtionẽ: eẽ ſcđario aũt intentū: ſicut dictū eſt: ſub agẽtis itẽtione cadit. Sicut autẽ ridiculoſus eſſet qui diceret ſe velle aliqd: ꝛ nolle id ꝙ ſp: vel vt plurimū ſibi eſt ãnexū: ſic ẽt deridẽdus foret q diceret itẽdere ſe ꝯſequi ꝑ aliquā oꝑationẽ aliqd: qđ nec ſemꝑ: nec vt plurimū natū eſt cõſequi ad operationẽ illā: queadmodū ridiculoſus eẽt: q tota die vellet fodere ſepulchra: vt theſauros iueniret: ſicut igit̃ nõ intẽdere ꝙ ad pricipal̃r intẽtū: ſemꝑ vł frequẽter ſeqꝛ ñ facit ipm caſuale: ſic ẽt itẽdere per aliquā oꝑationẽ cõſeq ꝙ nec ſp: nec vt plurimū ꝯſeqtur ad ipſam: nõ pt facere ꝙ illud nõ dicat̃ caſuale. Nõ eſt eni de rõne fortuiti euẽtus ꝙ adueniat preter itẽtionẽ. ¶ Uerũtñ ꝯſiderãdū eſt ꝙ ꝯſuppoſita intẽtione vtroꝝ ꝙ ꝯcurẽtiū videt̃ tolli ratio caſualitatis. Nã ſi duo vadãt ad foꝝ intẽdentes ſe mutuo videre: ꝯcurſus ipſoꝝ ꝯſuppoſita intẽtione ꝑdicta nõ raro ſꝫ ſemper vel frequẽter fiet: ꝛ per ꝯñs tal̃ cõcurſus nõ erit fortuitus: vt vꝫ: neqꝫ caſualis Sed tñ qꝛ intẽtio vnius nõ depẽdet ex alterius intentione: cõcurſus taliū intẽtionū in eodẽ tꝑe poterit eẽ caſualis: ꝛ rõne caſualitatis ſue poterit etiam concurſus ipſorū in foro caſualis dici: quãuis non dicat̃ caſualis inquãtum intẽtio vtriuſqꝫ ꝯſupponitur.

¶ Textus.

¶ Unde circa idẽ ꝛ intellectus ꝛ fortuna eſt ꝛc.

¶ Qõ ſeptima.

Septimo poſſet aliquis dubitare vtrū veꝝ ſit: ꝙ nõ ſit fortuna niſi vbi eſt itellectus: videtur eni ꝙ nõ: qꝛ ſi fortuna ibi eſt: vbi eſt itellectus ibi magis erit: vbi magis eſt itellectus: ꝛ ibi maxime vbi maxime eſt itellectus: ꝙ pꝫ eẽ incõueniens: qꝛ tũc fortuna maxime caderet in deo.

**Ad iſtam queſtionẽ** dõm ẽ: ꝙ fortuna ẽ ibi vbi eſt itell̃s: oñdet eni in ſequẽtibus ꝙ fortũa eſt in illis qbus ꝯtingit bene ꝛ male operari: h̄ aũt non cõtingit: niſi in hñtibus dominiuꝫ ſui actus ꝓprie loqñdo: dñiuꝫ ꝟo ſui actus hñt ſola agẽtia ꝑ itellectū: i agẽtibꝫ igr̃ per itellectū ꝓprie loquẽdo cadet ẽt fortuna.

**Ad argumentū** in ꝯriū dõm eſt: ꝙ fortuna in agẽtibꝰ per itellectū nõ inuenit̃ inquãtū ſũt itelligentia: ſed inquãtū deficiũt intẽdẽdo ꝛ itelligẽdo: vt potẽ nõ valentia ſimul cũcta itelligere: ꝙ qđẽ ex eo apparet: qꝛ effectꝰ fortuitus eſt ꝑter itentionẽ ꝯtingens: nõ igitur dꝫ ex h̄ deduci ꝙ in quibus eſt magis intellectus ibi magis ſit fortuna: ſed potiꝰ ꝙ magis ſit in illis in qbus eſt itellectus magis deficiẽs ad intendendo: vel itelligẽdo: vnde ꝛ pro tãto ꝑme cauſe nihil eſt fortuitū: qꝛ nihil cadit extra itellectū: vel intentionem eius.

¶ Textus.

¶ Infinitas qdem igitur cauſas neceſſe eſt eſſe ꝛc.

¶ Lectio. ix. ¶ Qõ prima.

Hic poſſet aliqs dubitare vtrū verū ſit ꝙ fortuna incidit in infinitas cauſas: ꝛ videtur ꝙ non qꝛ ita dicitur ꝙ fortuna reducitur ad efficiẽtẽ cãꝫ: nõ qualibet ſꝫ agẽtẽ ꝑ itellectū: tal̃ aũt cã efficiẽs in ſe vna ꝛ determinata eſt: quãuis fines ꝓpter q̃s operari poteſt multi ꝛ indeterminati eẽ poſſunt.

**Ad iſtam qõnem** dõꝫ ẽ: ꝙ cũ forma ſit rõ ꝛ ꝑncipiū agẽdi: qꝛ forãs aliqd i ſe hꝫ tot ẽt i ſe hꝫ agendi rõnes: quot aũt rõnes agendi in aliquo inueniũtur: tot ẽt agentiū illud ꝛ rõnes ꝛ nõia ſortitur: ſicut pꝫ tam i nalibus q̃ꝫ in artificialibus: videmus eni ꝙ qꝛ caliditas eſt ratio ꝛ pricipiū calefaciendi: id ꝙ in ſe ſolã caliditatem hꝫ ſol̃ calefaciens ꝛ nõ ifrigidãs vocat̃. Si aũt aliqd eſſet in ſeipſo hñs ꝛ caliditatem q̃ eſt ratio calefaciẽdi ꝛ frigiditateꝫ q̃ eſt ratio frigidãdi: illud ꝛ calefaciẽs diceret̃: ꝛ ifrigidãs: ꝛ ſic vnū manens i eſſentia ꝛ ratione ꝛ nomen agentiū multoꝝ ſortiret̃. ¶ Idem etiã i artificialibus videmus. Nã vnus ꝛ idem hõ in eſſentia: ex eo ꝙ hꝫ in ſe formã artis domificatorie: domificator dicitur: ꝛ ſm ꝙ in ſe hꝫ formã artis ſtatuarie vocat̃ ſtatuarius. Uñ manifeſtū eſt ꝙ quot in ſe formas: que ſunt rõnes agẽdi aliqd habuerit: tot ſortietur rõnes ꝛ nõia agentiū: ſic aũt ſupra dictū fuit forma apphenſa ratio eſt agendi ei q ꝑ itellectū operat̃: h̄ aũt ſm rem a fine manente in itentione nõ differt: quot igit̃ fines aliqs in ſua operatiõe poterit itendere: tot etiã agentiū rõnes ſortiri poterit: ex quo euidenter appet ꝙ q̃tũcũqꝫ fortuna ad agens per itellectū reducat̃: ꝛ h̄ ſit vnuꝫ in eſſentia: manente tñ multiplicitate finiū: ꝛ in determinatione: agens h̄ indeterminatuꝫ ꝛ multiplex dicetur.

¶ Qõ ſecunda.

Sed tunc ſtatiꝫ occurrit ſcđa dubitatio: ſi enim ꝓpter multiplicitatem ꝛ ifinitatem finiuꝫ quos põt itendere agens per itellectū fortuna infinita dr̃: pari rõne videt̃ ꝙ ẽt ipſuꝫ agẽs per itellectū ꝙ ſortit̃ ex fine ꝛ itentū agentis rõnem infinitū ꝛ ideteriatū dici debeat: ꝛ idcirco ꝯſiderãdū eſt ꝙ ſicut forma eſt rõ agendi: ſic etiã ꝛ deteriata forma eſt rõ agendi effectū certū ꝛ deteriatū: reſpectu illiꝰ effectꝰ ad quem agens ꝓducendū per ſuã formã iclinat̃: determinati agentis rõnem habet: reſpectu ꝟo illius effectꝰ ad quem nõ iclinat̃ per formã ſibi debitaꝫ hꝫ agentis ideterminati: quemadmodū qꝛ calidū per caliditatem inclinat̃ ad calefaciendū ꝛ nõ ad geometricãdū ide eſt ꝙ ipm calidū idetermiatū agens reſpectu geometricatiõis dr̃: ſed determinatū reſpectu calefactionis: quia igit̃ finis: vt ꝑdictū eſt: rõ eſt operãdi: agenti ꝑ intellectū reſpectu illius ad ꝙ h̄ agens iclinatur ex intentiõe finis hꝫ ꝙ ſit determinatū agens: agens per itellectuꝫ reſpectu vero illius ad ꝙ non inclinatur ex intentione finis ipſius hꝫ ꝙ ſit indeteriatum agẽs: ꝛ ſic vocat̃ proprie fortuitū: effectus eni fortuitus preter intentionẽ venit: q̃tũcũqꝫ igitur ad agens per intellectū fortuna reducatur: nihil eſt tamẽ agens ꝑ intellectū ſm ꝙ h̄ determinatum eſt: ꝛ fortuna infinita: ſicut apparuit.

¶ Textus.

¶ Tamen deficiet in quibuſdam vtiqꝫ aliquis ꝛc.

¶ Qõ tertia.

Tertio qꝛ tangit̃ in littera: dubitat̃ vtrū ois cã per accñs dici poſſit caſualis vel fortuita: videtur enim ꝙ ſic: quia per ſe ꝛ per accidens ſunt oppoſita: cauſa auteꝫ per ſe diuiditur per artem ꝛ nãm: igitur cauſa per accñs: non ergo niſi per oppoſitas cauſas diuiditur: que ſunt fortuna ꝛ caſus.

**Ad iſtã queſtionẽ** dõm eſt: ꝙ nõ omnis cã per accidens

accidēs dici poteſt caſualꝰ vel fortuita. ¶ Ad cuiꝰ intelli
gētiā cōſiderādū eſt ſꝫ ꝙ Tho. dicit i. v. metþ. ꝙ cā per
accñs pōt in aliqbus dupliciter attendi: vno modo ra
tione alicuius ꝙ ānectitur ⁊ cōiungitur cum cauſa per
ſe: quemadmodum ſi albedo coniuncta ſit domificāti
dicemus ꝙ albū eſt cā domꝰ nō per ſe: ſed per accñs: qꝛ
inquātū domificatori accidit ꝙ ē cā domꝰ ꝓpria: ⁊ ta
lis cā ꝑ accñs nͦ dꝛ̃ caſualis: nec fortuita: qꝛ albū ad ꝓ
ductionē domꝰ nihil operaꝛ̃ ⁊ caſus ⁊ fortuna ſunt cāe
operātes. Alio aūt mō cā per accñs attēdiꝛ̃ rōne alicu
ius ꝯnexi cū cāto ꝙ pōt multiplr̄ ꝯtingere: qñqꝫ enī h
cōnexum effectū ꝑ ſe hꝫ ad ipm eſſentialē ordinē: ita ꝙ
cū ipſo poniꝛ̃: vel ſemꝑ vel frequēter: quēadmodū dici
mus ꝙ generās eſt ꝑ ſe cā gñonis: ⁊ per accñs cā corru
ptionis: ⁊ talꝰ ēt cā per accñs ꝓpter rōnē ſupra aſſigna
tā nō dꝛ̃ caſualꝰ: nec fortuita. Qñqꝫ vͦo illud ꝙ cōiūgiꝛ̃
effectui per ſe: ad ipꝫ nullū hꝫ ordinē: ꝓpt quē dicaꝛ̃ ex
ipſo ꝓuenire: quēadmodū fieri tonitruū nō hꝫ ordinē
aliquē ad ambulationē hoīs: rōne cuī ordinis vꝛ̃ ꝙ per
ueniat ex ipa: ⁊ pro tāto ꝑ accñs: ⁊ nō per ſe ambulāte
aliquo dicimus fieri tonitruum: ⁊ hēt per accñs: ſicut
euidenter apparet ꝙ nihil facit ad caſualitatem caſus
⁊ fortune: qñqꝫ aūt illud ꝙ anectiꝛ̃ effectui per ſe hꝫ ad
ipſum nō eſſentialē: ſed cōtingētē ordinē: rōne cuius ex
ipſo vel cū ipſo ꝓuenit in paucioribus: ſicut ſe hꝫ inuē
tio theſauri in ſepulchro ad ſepulchri foſſionē ē. n. fodi
ens ſepulchrū per ſe cā foſſiōis: ſed ꝑ accñs dicte inuēti
onis: ⁊ talꝰ cā per accñs dꝛ̃ caſus ⁊ fortuna.

**Ad argumentū** in ꝯriū pꝫ rñſio: qꝛ
cā per accñs dꝛ̃ oīs
cā nō ꝑ ſe: cā vͦo nō ꝑ ſe in plus ſe hꝫ ꝙ̃ caſus ⁊ fortuna.

¶ Textus.

¶ Differunt aūt: qm̄ caſus amplius eſt ⁊c.

¶ Lectio. x. ¶ Qō prima.

**HIc poſſet** prio aliqs dubitare
vtrū verū ſit ꝙ fortu
na ſit idē ꝙ felicitas: vel ꝓpria felicitati: vī
eni ꝙ nō: qꝛ felicitas cōſiſtit in actu ꝑfecte
ſpeculationis: cui non idem eſt fortuna:
nec etiam videtur deſeruire.

**Ad hoc dicēdum** eſt: ꝙ cōſueuit
felicitas diſtin
gui ꝑ ſpeculatiuā ⁊ praticā: ⁊ fortuna qdē nō ē idē cuꝫ
ipſa felicitate ſpeculatiua: nec ēt ꝓpria ē ſibi: vñ opꝫ
ꝙ h itelligaꝛ̃ de felicitate pratica q̄ ponit actū vͥtutis ꝑ
fectū: vñ ⁊ h dꝛ̃ ꝙ felicitas ē cupraxia ſiue bōa opatio.

**Circa quod ſciēdum eſt**
ꝙ aliq felicitate poſuerūt i bonis exteriorībꝰ: q̄ cōſue
uerūt bona fortune appellari: ⁊ ſm̄ iſtos fortuna bona
⁊ felicitas: q̄ ponit adeptionē taliuꝫ bonoꝝ idē ſunt: ⁊
ifelicitas ſilr̄ idē eſt cū fortuna mala. ¶ Alij vͦo poſue
rūt talia bona nō cōſtituere eēntialr̄ felicitateꝫ: ſed ſol
quodāmō mālīter ſibi deſeruire: ⁊ ſm̄ hāc pōnem iue
niꝛ̃ fortuna eē ꝓpria felicitati: ꝙ idē ēt appet ꝙ ſine ta
libus bonis quarūdā vͥtutū opationes debite non pñt
exerceri: quēadmodum liberaꝛ̃ ſine pecunia: q̄ ē mā libe
ralitatis: nō plene exercet liberalitatis actus.

Textus.

¶ Fortuna quidem eſt ⁊ quod a fortuna eſt ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo** poſſet aliquis dubitaꝛ̃
vtrū veꝝ ſit ꝙ nō acti
ue ſꝫ paſſiue circa inaiata fortūa attēdaꝛ̃
vī. n. ꝙ nō: qꝛ cū lapis cadēs ꝯfrigit caput
alicuiꝰ dꝛ̃ tūc ifortuniū accidere: ⁊ tñ tūc nō accidit ex
paſſione: ſed ex actione lapidis confrigentis caput.

**Ad iſtam queſtionē** dōm ē: ꝙ
fortūa ꝓ
prie loquēdo nō iueniꝛ̃: niſi in hꝫs q̄ rōnē hñt: ⁊ vſum
rōnis: h aūtē rō tāgiꝛ̃ aliqlr̄ in lr̄a: vbi dꝛ̃ ꝙ fortuna i
hꝫs eſt qbus bene ⁊ male ꝓprie cōtingit. Nā qꝛ fortu
na ꝑ bonā diſtinguiꝛ̃ ⁊ malā: opꝫ ꝙ i hꝫs eē dicaꝛ̃ qbꝰ
bona eueniūt: ⁊ mala: nō aūt ꝓpter euētū: nec intentū
quorūcūqꝫ bonoꝝ vel malorū dicitur accidere fortuna
ſed ꝑꝑ euētū illoꝝ bonoꝝ: que ad vitaꝫ felicē conferunt
aut illoꝝ malorum que ipediūt eandē. Huiꝰ aūt ſignū
eſt: qꝛ q̄lıacūqꝫ bona ꝯferētia ad vitam gatti ipſi gatto
eueniāt ꝑter intētioneꝫ: nō tñ idcirco fortuna ſed caſus
dicetꝛ̃ accidiſſe: ⁊ ſilr̄ eſt in ꝯtingētibus qbuſcūqꝫ aīīs
brutis aīalibus: q̄ nō pñt hēre vitā felicē: vnde manife
ſtū eſt: ꝙ fortuna bona dꝛ̃ cū ꝑter intētionem bonū eue
nit ad felicē vitā cōferēs. Mala vͦo cū ꝑter intētioneꝫ
malū euenit ipediēs eādeꝫ: vita āt felix qꝛ ponit opati
onē ſm̄ vͥtutem ꝑfectā: vt ſupra dictū: ē i ſolū hñtibꝰ
rōnē ⁊ rōnis vſum iueniꝛ̃: igꝛ̃ in hꝫs ēt tm̄ dicetꝛ̃ a for
tuna ꝓprie aliqd cōtingere: in alijs āt h ꝓprie nō erit
nec actiue: qꝛ. ſ. dicaꝛ̃ aliqd a fortuna agere: h forte eſſe
poterit ſꝫ quādā ſilitudinē: ⁊ paſſiue: ſilitudinarie qdē
ſicut lapides: ex quibus fiūt altaria: dicunꝛ̃ fortunati
ad ſilitudinē hoīuꝫ: qui ad magna exponūtur: paſſiue
aūt h poterit ꝯtingere duplr̄: vno qdem mō qꝛ eſſe pñt
mā receptiua actionis agētis per intellectū: quēadmo
dū de thauro pꝫ. Nā inuentio thauri: ꝑter itentionem
⁊ eiꝰ ēt perditio dꝛ̃ fortuita: ex parte qdē agentis per in
tellectū dicta inuētio ponit actionē: ex parte vͦo thauri
ponit paſſionē. Nā actus agētis in mā ſuſceptus ſub
iecta actioni paſſio vocaꝛ̃. ¶ Alio aūt mō pōt in talibꝰ
fortuna dici ꝯtingere paſſiue: qꝛ ⁊ ſi ab eis actio ꝓgre
diatur ex qua fortuitus prouenit effectus: non tñ dꝛ̃ fa
cere aliqd fortuitū talꝰ actio: niſi determiationē recipiat ꝑ
agens ſm̄ rōnē. Nā ſi lapis cadēs cōfringat caput gat
ti: nō dicetꝛ̃ per ſe dicta capitis cōfractio fortuita eſſe: ſꝫ
tm̄ caſualꝛ̃: ⁊ h maxime cuꝫ lapis non ꝓiectus ab hñte
rōnem: ſed per ſe cadēs dictā cōfractionē fecerit: ſꝫ ſi ca
ſus lapidis determineꝛ̃ ad cōfrigēdū caput hoīs dicetꝛ̃
tūc cōfractio illa malā ponere fortunā: ⁊ qꝛ determina
ri eſt ſicut quoddaꝫ pati: idcirco dici pōt iſto mō circa
talia fortunā cōtingere paſſiue: ſic ēt actio venti ⁊ eſtus
determinata ad ſanitatē vel ifirmitatē hoīs dꝛ̃ effectū
⁊ cām ponere fortuitaꝫ: ſemper eniꝫ ita eſt: ꝙ in talibꝰ
nihil dicitur cōtingere fortuitū: niſi inquantuꝫ euenit
preter hominis intentionem.

¶ Textus.

¶ Quare māifeſtū ē ꝙ i hꝫs q̄ ſimplr̄ ꝑꝑ aliqd fiūt ⁊c.

¶ Qō tertia.

**TErtio** poſſet aliqs q̄rere vtrū veꝝ ſit: ꝙ
caſus i hꝫs ē quoꝝ cā eſt extra: vī
ꝙ nō: qꝛ īfra dꝛ̃ ꝙ caſus a fortuna per h diffe
rūt: ꝙ ea ꝯtingere dñr a fortūa: quoꝝ cauſa eſt extra: a
caſu vero illa cōtingūt quorum cauſa eſt intra.

**Ad iſtam qōnem** dōm eſt: ꝙ cau
ſa pōt intelligi
eē extra cauſatū duplr̄: qꝛ vel ſm̄ itentionē: vel ſm̄ eſſe
ſm̄ itentionē qdē dꝛ̃ cā eſſe extra aliquem effectū: qñ nō
claudit ipſum itra itentionē ſuā: ⁊ h mō caſus etiā cōi
ter ſumptus: ſꝫ ꝙ ſub ſe fortunā continet: dꝛ̃ in hꝫs eſ
ſe quorum cauſa eſt: ſm̄ intentionem ſuam extra ipſa
qꝛ omnis effectus caſualꝛ̃ preter intentionē euenit: ⁊ qꝛ
i h fortuna nō diſtinguiꝛ̃ a caſu: idcirco phs ſtatim ali
ud adiungit in quo illa duo diſtinguntur dicēs ꝙ for
tuna eſt in hꝫs ſolum que fiunt in agentibus a propo

ſtrozum aūt eſſe dr̄ cā eſſe extra effectum: qm̄ nō coniūgitur in actu exiſtēdi in eodē: τ h̄ modo caſus dicit̄ i his eſſe quorū cā eſt intra τ fortuna in hijs quorū cā ē extra q2 caſus in h̄is eſt que fiunt a natura: τ nā eſt principium intra fortūa vero in hijs eſt que per intellectū fiūt τ intellectus ſicut τ ars eſt principiū extra. Naʒ ars extra artificiatū ē: ſic ergo tolli p̄t illa textus ꝯtrouerſia.

¶ Q̄ō quarta.

QUarto poſſet eē dubiū icidēter de h̄ ꝙ dictū ē ꝙ oīa claudūt̄ ſb ſcia τ intētione p̄ie cāe: vtrū ei9 preſcia tollat contingentia: τ caſuʒ: τ fortunā: per ꝯñs a rebus videtur ꝙ ſic: q2 cū diuina ſcientia non poſſit falli: neceſſariū eſt euenire q̄cquid ipa prima cauſa nouit euenturum.

**Ad hoc dicendū eſt** ſm ꝙ dicemus in tractatu meth. ꝙ diuina preſcia nō tollit ꝯtingētiā a reb9 Cuius ratio eſt: q2 ꝙ eſt per ſe cā totius entis eſt etiā p ſe cā oīum dr̄arū ei9 ſcia aūt prime cāe eſt cā totius entis entis v̄o differentie ſunt neceſſariū. τ ꝯtingēs: vnde oʒ ſcientiā diuinā nō ſolū: nō tollere contingētiā a rebus ſed ēt cām eius eſſe: ſicut aūt dedit: τ dare voluit contingentiam vel neceſſitatē rebus: ſic ēt eis ꝑparauit cās ꝓprias: ex q̄bus neceſſario: aut contingēter euenirent.

**Ad argumentum** ergo in ꝯrium dōm ꝙ prima cā non ſolū ſcit oia que debēt euenire: ſed ēt nouit τ moduʒ quo euenīēt: nō ſolū aūt euenīēt: que ſcit vētura eē ſed ēt ſic euenīēt: ſicut ſcit ꝙ euenire debēt: que ergo nouit vētura eſſe de neceſſitate: de neceſſitate contingent: τ q̄ nouit vētura eē ꝯtingēter: ꝯtingēter euenient.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem cauſe quattuor ſunt de omnibus erit phyſici cognoſcere τc.

¶ Lectio. x. ¶ Q̄ō prima.

HIc poſſet primo aliquis dubitare: vtrū verum ſit ꝙ for̄a τ finis coincidāt in idē nūero: τ videtur ꝙ nō: q2 res eſt p ſuā opationē: vt dicitur ſcd̄o de celo: ſed opatio nō eſt idem cū forma: igitur forma τ finis nō coincidūt i idē nūero.

**Ad iſtā queſtionē** dōm eſt ꝙ forma τ finis p̄nt eē idē numero in ſb̄a: ſed in ratione ſemper differūt: rō eni forme ſumitur ab informādo id ꝙ de ſe informe eſt ſed formabile: τ q2 ꝙ eſt informe eſt in potētia: τ ꝙ eſt formatū de ipſo quo eſt formatū: eſt in actu: idcirco ratio forme eſt ꝑficere τ dare actu eſſe ei cuius eſt forma. Ratio vero finis ſumitur a finiendo: finire eni habet finis appetit9 inclinationē: τ intētionē opantis: ex eo aūt ꝙ hʒ finire iclinationē appetit9: ſiue nāl': ſiue cuiuſcūq3: ē neceſſe ꝙ finire ēt hēat potētialitatē entis i potētia. Nā potētia ad actū iportat inclinationē: potētia vero quia ad actū dr̄ duplex eſt: ſicut ēt eſt duplex act9 eſt enim actus primus per q̄ res reponit̄ in eſſe τ ē forma: τ eſt actus ſecūdus ꝑſuppones actū primū qui vocatur operatio: vnde ſm h̄ duplex eſt potētia: q2 ad opationē: τ ad eſſe: τ inclinationē qdē potētie ad eſſe terminat τ finit ipſa forma: τ ſic res eadē in ſub̄a que dr̄ forma: vt informat τ dat eē: dicitur ēt finis: vt terminat τ finit iclinationē potētie p̄dicte. Inclinationē v̄o potētie ad opari terīat τ finit act9 opationis: τ q2 opatio τ for̄a nō ſūt idē idcirco tal' finis i idē nō coincidit cū forma: vn̄ τ ſignāter phs nō dixit: ꝙ ſemper: ſed ꝙ multotiens tres cauſe coincidunt in vnam.

**Ad argumentū** dōʒ ē ꝙ duplex ē finis. ſ. finis generationis: τ finis rei generate: τ finis quidem generationis: idem eſt ꝙ forma finis vero rei generate ē ipſa opatio: τ cum forma non eſt idem in ſub̄a.

¶ Textus.

¶ Veniunt autem tres in vnam multotiens. τc.

¶ Q̄ō ſecunda.

SEcundo eſt dubium vtrū verū ſit ꝙ generās τ forma coincidunt in idem ſpecie videtur ꝙ non: q2 forma eſt in genere τ ſpē actus: ſʒ generās nāle nō eſt actus ſed cōpoſitum.

**Ad hanc queſtionē** dōm eſt: ꝙ oē generās generat ſibi ſimile: ſm poſſibilitatē ſuā: nō eni generās dat genito niſi illud ad ꝙ genitū ante generationē erat in potētia: ſicut aūt potētia receptiua actus: ſeu habere actum in hmōi potētia eſt ratio τ principiū patiēdi: ſic ēt actualiter actū hmōi hr̄e ratio eſt τ principium habēdi: ſm h̄ igitur in rōne ad vnū τ eundē actuʒ agens hʒ ꝙ ſit actu τ patiēs ꝙ ſit tm̄ in potētia p h̄ aūt ꝙ patiens actū qui eſt in agēte hʒ in potētia: eſt i potētia ſile agenti cū ergo in termino paſſionis τ generationis actū talem habeat iam acquiſitū ab agēte: neceſſariuʒ eſt ꝙ in tali termino ſit agēti ſimile etiā in actu: τ ſic neceſſariū eſt ꝙ oē generās ſibi ſile ꝓducat ſm poſſibilitatem ſuā: dico aūt ſm poſſibilitatē ſuā: q2 quandoꝙ nō poteſt perfectio agētis ſm excellentiā illā quā hʒ in agēte inueniri i effectu: ſicut apparet de agēte primo reſpectu ſingulorū entiuʒ que ſunt effectus eius. Inuenitur enim in primo agente ipſum eſſe abſq3 illa participatione hʒ ꝙ ſic hr̄e eē ē ꝯ effectus rōnem: idcirco actus eēndi in entibus non pōt inueniri in ea excellentia q̄ in cā prima habet inuenit̄ aūt in eis ſm ꝙ ipſum poſſunt capere: τ ꝓpterea nō aſſimilatur prime cauſe perfecte τ ſm vniuocationē: ſed magis ſʒ analogiā quādā: q2 alr̄ nō poſſunt: vn̄ ꝓducit primacā ſibi ſilia ſm ꝙ produci poſſunt: quāuis igit̄ vlr̄ verū ſit ꝙ oē agēs ꝓducit ſibi ſimile nō tm̄ verū eſt: ꝙ oē agens producat ſibi ſile in ſpē ſed ꝓducit ſibi ſile aut pp conuenientiaʒ analogice: aut pp vniuocationē in genere: aut pp cōuenientiam in ſpē in qua ſola vniuocatio perfecta reſeruat̄: eſt itaq3 intelligēdū: ꝙ cū agens perfecte fuerit vniuocum: coincidet in idem ſpecie cum forma.

**Ad argumentum** dōʒ eſt: ꝙ act9 qui eſt principium ſpeciei nō eſt per ſe in genere: nec per ſe in ſpecie cōpleta: ſed ſolū per coniunctum: vnde ad eandem ſpeciem pertinet vtrumq3.

¶ Textus.

¶ Et tenetur phyſicus cōſiderare omnino.

¶ Q̄ō tertia.

TErtio poſſet aliquis querere vtruʒ verū ſit ꝙ ad nāleʒ non pertineat de motore immobili cōſiderare: videtur ꝙ nō: q2 ad eandem ſcientiam pertinet conſiderare ſubiectū τ principia ſubiecti. Sed tal' motor eſt principium entis mobilis: ꝙ eſt ſubiectū phye natural': igitur de ipo determinare pertinet ad nālē. Q̄ō ēt ex eo pʒ i. viii. phyſicoꝝ vbi d̄ primo motu τ primo motore: τ primo mobili determinatur.

**Ad iſtam q̄ōnem** rñdet cōmētator: ꝙ ꝯſideratio de quidditate ipſi9 motoris nō ē natural': ſed ſol' cōſiderat de h̄ motore in probando ipſum eſſe tantum.

¶ Sed

**Sed iſta reſponſio** videtur magis augmētare ꝙ tollere dubitationē. Naꝫ cū eſſe primi motoris: ſit ipſa eſſentia ipſius: ad eā ſciam videt̄ pertinere demōſtrare ipſuꝫ eſſe: ad ꝙ ſpectat ꝯſiderationē facere de qdditate eius: videmus ēt ſic in oib⁹ aliis ſe habere: ꝙ qꝛ eſt eſſe actus ꝓprius eſſentie: eiuſdē ſcie eſt ꝯſiderare ꝛ qd eſt res ꝙ pertinet ad cōſiderationē de eſſentia: ꝛ ēt ſi eſt ꝙ pertinet ad ꝯſiderationē de eſſe: vnde ꝛ ſi eſſentia inueniat̄ eſſe demonſtrabil̄: nō dico de eo cuius eſt eſſe: qꝛ h̄ eſt impoſſibile: ſed de aliquo ſb̄o: ad eandē ſciētiam pertinebit demōſtratio de ipſa ꝛ demōſtratio de eſſe eius. ¶ In lib. etiā poſterioꝝ dicitur: ꝙ ſcia ſupponit de ſb̄o: ꝛ multo magis de principiis ſb̄i: ꝛ quid ſūt ꝛ ſi ſunt: vnde nō videt̄ ꝙ ꝯſideratio nālis de primo motore ſit in probādo ipſuꝫ eſſe. ¶ Si aūt dicatur: ſicut dicit cōmētator: ꝙ ſcia ſua principia per priora nō debꝫ demōſtrare: dꝫ tñ per poſteriora: apparet etiam ꝙ nec iſta rñſio tollit dubitationē. ¶ Nā ſcia quelibet debet ſua principia ſupponere. Quod aūt alqñ per poſteriora ea ꝓbet: h̄ nō eſt neceſſariū in ſcia: ſed accidit qñ nō eſt notū oio: vel ēt qñ eſt negatū ea eſſe. Si ergo ad phyloſophiam nālez non pertinet al̄r ꝯſiderare de motore primo niſi ſol̄ probādo per poſteriora ipſuꝫ eſſe: ſequet̄ ꝙ accñtaliter ipſe primus motor veniat ad cōſiderationē phye nāl̄: ꝙ etiam apparet eſſe incouenie̅s: qꝛ ſcientia quelibet nō accñtaliter hꝫ ſꝫ per ſe: ꝙ cōſideret principia ſb̄i ſui. ¶ Et idcirco cōſideradū eſt: ꝙ cū tota intētio ſcie verſetur circa cognitionē de ſb̄o proprio tradendā: ea cōſiderare hꝫ ſine quib⁹ de ſubiecto ſuo nō pōt perfecta cognitio haberi. De nūero vero taliū ſunt maxime ipſa principia ſb̄i: qꝛ perfecta cognitio illa ē: que per cauſas ꝛ principia hr̄. Neceſſariū eſt igitur quālibet ſciam ſubiecti ſui principia cōſiderare: veꝝ eſt tñ ꝙ duplicia eſſe poſſunt pricipia ſubiecti: qꝛ intrinſeca ſb̄i ꝯiuncta in eſſendo ꝛ extriſeca: ꝛ prima quidē pricipia ſubiecti debet ſcia cōſiderare inquātū ad eſſe: ꝛ eſſentiā ipſoꝝ: ratio aūt huius dicti eſt: ꝙ cū ex talibus principiis integretur eēntia: ꝛ eſſe ſb̄i: ſi in ſcia ipſoꝝ eēntia ꝛ eſſe nō cognoſceret̄: nō haberet̄ ꝛ ita cognitio de eē ꝛ eēntia ſubi. Et qꝛ ex hac cognitione depēdet cognitio oiuꝫ alioꝝ que de ſubiecto cognoſcūtur: neceſſariū tūc eſſet per talē ſciam cognitionem tradi nō poſſe de ſub̄o ꝓprio: pn̄cipia vero extrinſeca in tm̄ ad ſcie tal̄ cōſiderationē pertinēt: iquātū ad eius ſubiectū tanꝙ principia eius ordinātur. Simpl̄r aūt ſꝫ id ꝙ ſunt: nō eſt neceſſariū ꝙ pertineant ad illius ſcientie conſiderationē.

**Ad propoſitum** ḡ q̄ ſunt dicta applicādo dōm ē: ꝙ ſi ois motor foret intriſecus enti mobili: ꝙ eſt ſubiectū phyie nālis: ita. ſ. ꝙ alicui mobili cōiūctus eſſet in eēndo: ſic oporteret ēt de primo mouēte dicere: ſi eēt forma primi mobilis: vt quidā poſuerūt: neceſſariū tūc eēt ꝙ in phya naturali cōſideret̄ ēt quātū ad ſuam eſſentiā ꝛ eſſe. Nunc aūt qꝛ ipſum motorem primum ab oi ente mobili ponimus ſeparatū in eſſendo. Neceſſariū qdeꝫ nō eſt: ꝙ ſimpl̄r ſm eſſe ꝛ eſſentiā ſuā veniat ad conſiderationē phye nāl̄: ſed ſolū ſm ronē ꝛ ordinē ad motū cuius eſt principiū. Et qꝛ ex eſſe ꝛ nā eius dependet eſſe ꝛ nā primi motus: neceſſariū hꝫ nāl̄ eſſe ꝛ nām eius inueſtigare: nō ſimpl̄r: ſed ſol̄ ſub rōne: que eſt prim⁹ motor ꝛ h̄ eſt qō cōmētator ait in. xii. meth. Pricipiū forale ꝛ finale: ꝛ mouēs nō ſunt tria numero: ſed vnum in ſb̄o: tria rōne. Scḋꝫ autē ꝙ eſt mouēs declaratū eſt in ſcientia nāli: ꝛ ꝙ nō eſt in mā: ſed ſm cōcedit h̄ ſcia. ſ. prima phya: ꝙ h̄ mouēs nō eſt in mā declarat ꝙ eſt forma ꝛ finis iſtius ſenſibil̄ ſb̄e: nō in eo ꝙ eſt ſenſibil̄: ſꝫ in eo ꝙ eſt ens: patet igit̄ ex hꝯ qd dicēdū ſit ad qōnē ꝛ cūcta proba. Intētio aūt phi: nō eſt in hoc loco: ꝙ nullo modo iſte motor ſit de ꝯſideratiōe nālis: ſed ſol̄ ꝙ nō veiat ad ꝯſiderationē ei⁹ ſꝫ ſuū eē: ꝛ ſuā eēntiā ſimpl̄r.

**Eſt autem hic** diligēter attēdendū ꝙ qꝛ primus motor eſt primum ens: ꝛ pria cā ois entis nō pōt demōſtrari eſſe ꝑ priora: ſed ſol̄ per poſteriora: que ſunt effectus eius: ſic nāl̄ ꝓcedit ꝑ motū ad demōſtrādū ipꝫ eſſe: vtrū aūt ſol̄ per viā motus habeat iſtud demōſtrari: vt ſic cogamur ponere ꝙ h̄ ꝓbatio pertineat ad nālem tm̄: ſicut ſenſit cōmentator: aut ēt demōſtrari poſſit: ꝛ ꝑ alios effectus q̄ ſūt directe de cōſideratione meth. alibi hꝫ declarari.

¶ Textus.

¶ Et penitus reddendum propter quid ꝛc.

¶ Qō quarta.

**Quarto** poſſꝫ aliquis dubitare vtꝝ veꝝ ſit ꝙ ex aliquo agēte ſequatur actū neceſſario: vt innuitur in littera: ꝛ reſtringat̄ qō ad agētia eterna vtrū habeat in eis veritatē: ꝛ videt̄ ꝙ ſic. Naꝫ h̄ ita dicit cōmētator de generibus entium eſt ꝙ ex agēte ſeqtur actum neceſſario: ꝛ h̄ eſt in rebus eternis: ꝛ ꝙ ex agēte ſeqtur actū i maiori parte: ꝛ h̄ eſt in rebus gn̄abilibus ꝛ corruptibilibus. ¶ In contrariū aūt eſt: qꝛ tunc cogeremur ponere primā cām neceſſario producere oia que producit: ꝙ non concedimus.

**Ad intelligentiam** igr̄ hui⁹ qōnis ꝯſiderādū eſt ꝙ opinio quoꝝdā fuit oia agētia eterna agere de neceſſitate nature: ꝛ nō libera volūtate: ꝙ opinionē: dom̄n⁹ Alber. in li. de cauſis pypatheticis attribuit inducēs ad id plures rōnes. Et ſm hāc opinionē: veꝝ eēt ꝙ ex agentibus eternis immobilibus ꝓuenit actuꝫ neceſſario. Non enim agere poſſent: ſm hāc pōnē: in materiam in ſubām tranſmutabilem: immediate: ſed ſol̄ in corpora eterna ſemper quantū de ſe eſt vniformiter ad ipoꝝ actionē recipiēdā ſe hn̄tia: vñ rōne māe ñ poſſet ipediri ꝓuentus eius ꝛ ꝙ imediate ex eis proueniret. Ex agentibus autem eternis mobilibus que inueniūtur: i mām generabiliū immediate trāſmutare: hñ inueniūtur: neceſſario aliqua actu prouenire: ſed non oia ſicut poſtea patebit. ¶ Primo aūt vidēdū eſt vtruꝫ veꝝ ſit ꝙ agētia eterna immobilia nō agant libera volūtate: ſed nāli neceſſitate: qꝛ ſine hui⁹ declaratione nō poſſet videri deſtructio illius ꝯñtie: qua dicit̄ ꝙ ex eis prouenit actum neceſſario.

Ad istam qōnem est dōm q si de corporea dimēsione simplr: et scōm se: loquamur: ipsa per figuram nō specificat: h aūt duplr pōt declarari. Primo quidem: qz figura duo tm̄ ponit: qz superficiez: et quēdaz modū se habendi circa ipsam. Si ergo corporea dimensio specificat per figurā: aut h est ratione superficiei: aut ratione modi importati. Non pōt aūt h esse ratione superficiei: qz vnum ex opposito diuidentiuz idē genus non potest per reliquū specificari. Corpus autem et superficies et linea ex opposito distingūt dimēsionis genus: non ergo vnū ipsoꝝ per alterꝝ specificatur. Et preterea id q est perfectū in aliquo genere nusq̄ inuenit specificari per imperfectū sui generis: quēadmodū hō nō specificatur per ipsum asinū: nec albedo per rubedinē. Dimēsio aūt corporea sola perfecta est in genere dimensionis et superficies īperfecta. Nō igitur corpus per ipsaz specificari pōt. ¶ Ex eodē aūt apparet q nō est de ratione corpis in se haberi actu superficiē: sed virtute solū: quēadmodū etiam quadrāgulus nō ꝑtinet: nec hz in se triangulū in actu: sed virtute solū. ¶ Alterius aūt nō potest intelligi dimēsio corporea specificari per figurā ratione modi quē iportat. Res eꝰ vniꝰ ꝑdicamēti non specificat essentialiter per rē alterius. Est aūt dimēsio corporea in ꝑdicamēto quātitatis: et figura ratione modi quē importat: est in ꝑdicamēto qualitatis: et in quarta spē ipsius: vnde manifestū est: q nec etiaz per figuram ita sumptam dimēsio corpea cēntialr specificat. Non est igitur dicendum q species dimensionis corporee essentialiter scōm species figurarū distinguātur. ¶ Secūdo eē h idem inde declarat q vna et eadem numero in cēntia dimēsio cere pōt mō stare sub figura rotunda modo sub triangulari: modo sub quadrangulari: et sic de alijs. Hoc aūt foret impossibile: si corporea dimēsio essentialiter specificaret per figuram. ¶ Si aūt de corporea dimensione non simpliciter et scōm se loquamur sed scōm q terminata est: dici tūc conuenienter poterit eius species scōm figuraz species distingui: propter id q

id ꝙ diuerſe figure i ipſo corpore diuerſas ſpēs termi
nationis ponunt.

**Ad argumentuꝫ** ergo in ꝯtrariuꝫ dicendum eſt: ꝙ
id ꝙ eſt ēētialr formā: non pōt ītelligi ēētialr forma
tuꝫ: dimēſio aūt ēētialr ē forma: vn̄ non ē intelligibile
ipaꝫ eē eſſentialr formatā: figura igitur non eſt ēētia
lis forma dimenſionis: ſꝫ accidētalis: ⁊ iccirco ꝑ ipaꝫ
nō poteſt dimenſio ēētialiter diſtingui.

¶ Queſtio ſeptima.

**Septimo poſſet** forte du
bitarī ali
qs vtrū figura ſit accn̄s de neceſſitate con
ſequens eſſentiaꝫ dimenſionis: videt̄ eniꝫ
ꝙ ſic: qꝛ accidens ꝓpriuꝫ neceſſario ꝯſeqt̄
eſſentiam propꝛij ſubiecti: ſed figura eſt proprium acci
dens dimenſiue quantitatis: igitur eius eſſentiam de
neceſſitate conſequitur.

**Ad iſtam queſtioneꝫ** dicēduꝫ
eſt ꝙ fi
gura non ꝯſequitur originaliter ēētiam ipſam ꝗtita
tis dimēſiue: nec ſecū ſic neceſſario ponit̄ in actu ꝙ eiꝰ
ꝯtrarium ſit impoſſe ⁊ ꝯtradictionē iplicās. Primū āt
oſtenſio eſt: qꝛ qn̄cunqꝫ aliqua duo talr ſe hn̄t ꝙ vnum
ipſoꝝ ſe hꝫ ſicut mā: ⁊ potētia: reſpectu alteriꝰ ipſūqꝫ de
teriatuꝫ accipit ex actiōe alicuiꝰ extrinſeci agētis: vnū
eoꝝ nō ꝯſequit̄ ſꝫ actū ēētiaꝫ alteriꝰ. Nūc autē cor
porea dimenſio ſic ſe hꝫ ad figuram: loquēdo nō de di
mēſione nāli: ſed de dimēſione ſimplr: eſt eni dimenſio
materia ⁊ potentia receptiua figuraruꝫ: eaſqꝫ accipit
ꝑ actionē alicuiꝰ accn̄tis: ſiue h̄ ſit imaginatiua virtus
ſiue qcqd aliud: nō igitur itellectꝰ figure eſt ꝯcomitās
⁊ ꝯn̄s originalr ēētialē dimēſionis itellectū: ⁊ ſi hūc
forte ꝯſequat̄ intellectus aptitudis ad eſſe figuratum.
¶ Hoc etiā inde appet: ꝙ non vbicūqꝫ eſt intellectꝰ di
mēſionis corporee: ibi eſt itellectꝰ ēt figure: niſi forte ēt
ſola aptitudine. Nam talis dimenſionis itellectꝰ eſſen
tialis ſaluatur in qualibet pte corporis: ſed intellectus
figure ſm̄ actū ſaluat̄ ſolū i extremo: vn̄ pꝫ ꝙ non ꝯſeq
tur itellcm̄ corꝑis inquātū corpus: ſꝫ inquātū eſt teria
tum ad aliqđ extremū. ¶ Ex h̄ aūt ſtari appet ⁊ ſecun
dū. Nā dimenſionē ſine figura actu eē clauderet cōtra
dictionē: h. n. ſi eēt niſi qꝛ vel dimēſio eēt in actu ꝑ figu
raꝫ ſicut materia ꝑ formā: vel qꝛ eēt ēētialis ſibi: vel
qꝛ actu ꝯn̄s eius ēētialē intellectum primū auteꝫ ſta
re non poteſt. Nā materia iccirco nō eſt actu niſi ꝑ for
mā: qꝛ ipſa eſt pura potētia. Dimēſio ꝟo nō eſt pura po
tentia: imo ēētialr eſt actus: eſt tamen potētia termi
natiōis facte ꝑ extrema: i qbus imponit̄ figura: vn̄ qꝛ
potentia ducitur ad actuꝫ: pꝫ ꝙ ipſa dimēſio nō eſt per
ſe actu per figuram: ſꝫ ſolū forte ſm̄ ꝙ itelligit̄ termina
ta in extremis. Scdm̄ ſtare nō pōt: vt ꝑ ſe pꝫ: ſilr etiā
nec tertium: qꝛ eni figura in actu ponit ſupficiē i actu
ex quo intellectꝰ ēētial corporis nō claudit actu: ſꝫ vir
tute ſolū intellectū ſupficiei vt ſupra demonſtrauimus
ꝯſequitur ꝙ itellectꝰ figure nō ꝯcomitet̄ actu: ſed ſolū
aptitudine: itellectū corꝑis. Patet igitur ꝙ nullo mo
do iplicat̄ cōtradictio in eo ꝙ ponit̄ dimēſio corporea
ſine figura eē actu: ſꝫ bene clauderet̄ ſi poneret̄ ita eſſe
actu dimēſio terminata in extremis.

**Ad argumentum** ergo in cōtra
rium dicen
dum eſt ꝙ dato figuram ſm̄ aptitudinem eſſe propri
um accidens dimenſionis: ſecundum aptitudinem ſo
lū ⁊ non ſecundum actum dimēſioneꝫ dico corpoream
de neceſſitate conſequetur.

¶ Queſtio octaua.

**Octauo poſſet** eſſe dubiuꝫ
vtrum deus
poſſit facere magnitudine actu infinitam
videt̄ eni ꝙ non: qꝛ in oi effectu dei dꝫ re
ſeruari aliqua rō veſtigij: h̄ autem non re
ſeruat̄ niſi vbi inuenit̄ ſpēs modus ⁊ ordo aut nūerꝰ
pondus ⁊ mēſura: q̄ nō poſſent i corꝑe infinito iueniri.
igit̄ deus nō poteſt facere corpꝰ actu infinitum.

**Ad iſtā qōneꝫ** ego non itendo rn̄de
re niſi ſꝫ ꝙ credo tho
mā tenuiſſe: ꝙ ſi aliquis potuerit oſtēdere Tho. cōtra
rium ſenſiſſe eiꝰ ꝙ dicā: parꝰ ſum totū retractare. Dicit
autem ipſe in qōne diſputata de infinito ſic. Si autem
infinitum eſſet actu nō eſt cōtra rei naturā: nec iplicat
contradictionē ſecūdum opinionem meam dico ꝙ de
us poteſt facere. Quāuis aūt ipſe nō declarat: qūo hoc
non ſit cōtra naturā rei: nō tn̄ vt mihi videt̄ iſtud ē dif
ficile videre. Nā ſi eſſet cōtra naturā rei: aut h̄ cōtinge
ret: qꝛ eēt contra rōnem entis creati: aut qꝛ eēt contra
rōnem entis ꝙ eſt magnitudo aut qꝛ eēt contra rōnem
exn̄tie in actu. Primū autē non valet. Non eni tollitur
rō entis creati: niſi per id qđ tollit h̄ ꝙ ē hr̄e eē partici
patuꝫ: ſed infinitas magnitudinis nō tollit ab ea h̄ ꝙ
eſt hr̄e eē participatū: vt ſupra declarauimꝰ: igitur ab
ipſa nō tollit ēt rōnē entis creati. ¶ Non tollit etiā ab
ea rōnem magnitudinis: qꝛ talis rō nō tollitur niſi ab
eo ꝙ tollit extenſionem ipſaꝫ: infinitas aūt a magnitu
dine non aufert extēſionē: ſed ſolū extēſionis terminū
Igitur ipſa nō tollit rōnem magnitudinis: non tollit
etiaꝫ ab ea exn̄tiam in actu: qꝛ eiꝰ ablatio per reſpectū
ad oipotētiā diuinam aufert exn̄tiam ab aliquo: ꝙ n
bi ratio eſt ⁊ ꝓncipiuꝫ exiſtēdi: ſicut ſe habet forma ad
materiā ꝗ deus ſine forma non poteſt in eſſe conſerua
re. Terminus autem extenſionis non eſt rō ⁊ ꝓncipiuꝫ
eſſendi dimēſiue ꝗtitatis: tū quia extra ipſam eſt: tuꝫ
etiā qꝛ dimenſio non eſt eſſentialiter potentia: ſed actꝰ.
Non ergo tollit infinitas a dimenſione ꝓſuppoſita in
fluentia oipotētie diuine actum exiſtendi. ¶ Manife
ſtum eſt itaqꝫ ꝙ eſſe actu dimenſionem infinitā non eſt
contra rei naturā: qꝛ nec contra rationem entis creati
nec contra rōnem magnitudinis: nec contra rōnem eiꝰ
exiſtentie in actu: qꝛ igitur deus poteſt facere qcqd nō
eſt contra naturā rei: concludit̄ ꝙ ipſe poſſit facere ma
gnitudinem actu infinitā.

**Ad argumentū** auteꝫ in ꝯtrarium
dicendum eſt ꝙ rō
veſtigij bene inuenitur in omnibus: que nos ducūt in
cognitionē omniū eſſentialiū attributoꝝ. Ducūt autē
nos in cognitionē ipſorū omnia creata: per hoc ꝙ ſunt
⁊ ꝯgruūt ⁊ ſubſiſtunt. Nam ꝙ ſunt: ſiue eſſentie veri
tatē hn̄t a potētia pr̄is ꝙ cōgruūt: ſiue ordinis ꝯgrui
tatē hn̄t a ſapiētia filij ⁊ qđ ſubſiſtūt: ſiue in eē ꝯtinui
tatē hn̄t a bonitate ſpūs ſancti. Et ſi foret qdē magni
tudo actu infinita: h̄ oia in ſe haberet: qꝛ ⁊ ēētie ꝗta
teꝫ: ⁊ in eſſe continuitatē: ⁊ ordinis neceſſitatē: inꝗtuꝫ
neceſſario eſſet in determiato ordine naturaꝝ. Itē ꝑ ſu
am infinitatem duceret in cognitionem infinite potē
tie: ⁊ infinite ſapientie: qꝛ forma artificiati ꝗto excel
lentior eſt: tanto demonſtrat artis formaꝫ vel artē ſub
limiorem. ¶ Duceret ēt in cognitioneꝫ infinite boni
tatis ſimplr a qua ꝓcederet bonitas īfinita in genere
Ulterius auteꝫ in ipſa ſaluarent̄ modus ſpēs ⁊ ordo.
Ordo qdē inꝗtuꝫ vt dictum eſt: foret in certo ordie: nō
dico ſitu: ſed nārum: ſpēs vero inquātuꝫ eēt in certa
ſpē quātitatis eſſentialiter ꝯſtituta. Et modus inquā

tum foret modificata ſiue determinata ad certũ eſſe: q̄
modus determinationẽ iportat. ¶ Ulterius ẽt ſaluarẽ
tur in ei⁹ eẽntia põdus numerus ⁊ mẽſura. ¶ Haberet
eni eſſentiã mẽſuratã in perfectione: q̄ nõ eẽt ĩfinite ꝑ
fectionis. Itẽ haberet numez certũ ꝑncipioꝝ eẽntiali
um: q̄ nõ clauderet in ſua eẽntia dr̃as ⁊ genera ĩfini
ta. Haberet ẽt põdus quo ad certũ gradũ nãꝝ ⁊ entiuz
traheret̃: ſic. n. dicũtur vniuerſa eẽ diſpoſita in nũero
põdere ⁊ mẽſura. Hec aũt theologice ſpeculatiõis ſũt.

¶ Textus.

¶ Quod qdẽ igit̃ actu corpus nõ ſit ĩfinitum ⁊c.

¶ Lectio. x. ¶ Q̃ õ prima.

Hic poſſet eſſe dubiũ: vtrũ veꝝ
ꝙ ſit: infinituz ſit in
potẽtia ⁊ nõ actu cõpleto: vr̃. n. ꝙ nõ: quia
fruſtra eſt potẽtia que nõ reducit̃ ad actũ.
Si dicat̃ ꝙ reducit̃ ad actũ iperfectũ. Cõ
tra ſicut potẽtia ſic ſimpl̃r dicta fruſtra eſt niſi in actũ
qñq3 reducat̃: ſic ẽt potẽtia ꝫ ꝑfectionẽ q̄ ponit̃ reſpice
re: opꝫ ꝙ ſit fruſtra: niſi in actũ ꝑfectum valeat reduci.
Diuiſibile aũt in ĩfinitũ dicit potẽtiã ad diuiſionẽ per
fectam in infinita. Igit̃ ſi h̄ potẽtia nõ dꝫ eẽ fruſtra: oꝫ
ꝙ qñq3 magnitudo actu in infinitũ ſit diuiſa.

Ad iſtam q̃õnem dõm eſt: ꝙ infi
nitũ in diuiſio
ne magnitudinũ in potẽtia tm̃ eſt: ⁊ nõ in actu cõpleto
certũ eſt: q̄ magnitudo nõ poteſt poni in infinita diui
ſa: niſi aliquo finito pri⁹ accepto per ordinẽ ſit poſteri
us acceptũ aliqd infinite min⁹. Pro tãto. n. dicit̃ diui
ſio magnitudinis in ĩfinituz ire: q̄ nõ põt dari aliqua
magnitudo: ita parua: qua non poſſet dari minor: ⁊ ſic
ſemꝑ vſq3 in ĩfinitũ ꝓcedẽdo. Si ergo ponat̃ h̄ tota di
uiſio cõpleri: ita. ſ. ꝙ in finita facta ſit: neceſſariũ eſt: ꝙ
ponat̃ per diuiſionẽ aliqd poſteri⁹ acceptũ min⁹ ĩfini
te: prius accepto finito. Nihil aũt infinite minus eſt fi
nito niſi indiuiſibile. Igit̃ indiuiſibile aliqd: vt pũctũ
erit acceptũ a magnitudine per diuiſionem ei⁹. Et q̄ a
magnitudine nõ ſumit̃ per diuiſionẽ: niſi id ex quo ma
gnitudo: que eſt ꝯtinua: cõponit̃: ſequet̃ ꝙ magnitudo
ſit cõpoſita ex punctis: q̄ eſt ĩpoſſibile: igit̃ impoſſibi
le eſt magnitudinẽ actu in infinita ponere diuiſam: ſic
itaq3 infinitũ in diuiſione magnitudinũ in actu cõple
to poni nõ põt: ſicut aũt eſt de ĩfinito in diuiſione: ſic ẽt
intelligẽdũ eſt: ⁊ de infinito in appõne diuiſionẽ ꝯñte.

Ad argumentum ergo in ꝯtra
riũ dõm eſt:
ꝙ fruſtra eſt potentia que nõ reducit̃ ad actũ cuius eſt
potẽtia. Diuiſibile aũt in ĩfinitũ dicit potẽtiaz non ad
actum: qui eſt diuidi ⁊ diuiſum eſſe in infinita: ſed ad
actum qui eſt diuidi ſine terminatione: ⁊ ſine fine di
uiſionis. Dicit̃. n. in ĩfinitũ diuiſibile cõtinuuz: q̄ po
teſt in ĩfinitũ eius diuiſio durare. Ad talẽ aũt actũ: qui
eſt diuiſio ſine terminatione bene reducit̃ potẽtia cõti
nui: cum ipſum ſic diuidatur in actu ꝙ reſtat ſemper
poſterior diuiſio.

¶ Q̃ õ ſecunda.

Secundo poſſet aliqs dubitare
vtrũ verũ ſit ꝙ per ap
põnez in magnitudinibus non trãſcẽdat̃
ois determinata magnitudo: ⁊ per diuiſionẽz
excedat̃ in minoritate ois determinata parui
tas: vr̃. n. ꝙ nõ: q̄ aut h̄ intelligit̃ de magnitudine ma
thematica: aut intelligitur de magnitudine naturali.
Non de mathematica: q̄ in ipſa per appoſitionez om
nis determinata magnitudo tranſcendi poteſt: non eti
am de naturali: q̄ in ea per diuiſionẽ non põt trãſcen
di in minoritatẽ ois determinata paruitas: propter id
ꝙ magnitudo naturalis non poteſt in infinitum diui
di: nullo igit̃ mõ vr̃ ꝙ illud dictum habeat veritatem.

Ad iſtam q̃õnem dicunt aliqui ꝙ
triplex ſumi põt
q̄titum vel quanti acceptio. Uno. n. modo ſumi põt ſm
ꝙ quãtũ: alio modo ſm ꝙ eſt in mã: tertio vero mõ ſm
ꝙ eſt aliqd nãle. Et primo qdẽ modo ſcõm eos idẽ iudi
ciũ eſt in appoſitione ⁊ diuiſione: q̄ quãtum ex ratione
quanti: ſicut magnitudo põt in infinitũ diuidi: ſic etiã
põt ⁊ in infinitũ creſcere. Scõo aũt modo vt dicũt non
eſt idẽ iudiciũ de vtroq3: q̄ magnitudo que eſt in mate
ria põt in infinitũ diuidi: ſed nõ in infinitum creſcere.
Tertio mõ idẽ iudicium habẽt: q̄ magnitudo natura
lis: nec infinite augmentabil̃: nec in infinitũ eſt diuiſi
bilis. Adiungũt aũt poſtea ꝙ vt iſtud dictũ nullã calũ
niã patiat̃: dicere poſſum⁹ ꝙ triplex eſt quãtũ: q̄ ima
ginatũ reale ⁊ nãle: ⁊ de imaginato idem eſt iudicium
quantum ad poſitionem ⁊ diuiſionem: ⁊ de quanto na
turali ſil̃r: ſed non de quanto reali. ¶ Sed in rei verita
te iſta oĩa friuola eſſe vident̃. Nam ꝙ dicit̃ quãtum in
mã: aut ĩtelligit̃ de mã ſenſibili nãli: aut de materia in
telligibili. Q̃ õ ſi intelligat̃ de mã ſenſibili: cũ quantũ
ſit ſenſibile ⁊ naturale ſcõm ꝙ in ſenſibili mã ꝯſiderat̃
non erit a quãto naturali: quãtũ huiuſmodi: diſtinguẽ
dũ. Si aũt itelligat̃ de materia itelligibili ⁊ mathema
tica: erit quãtũ ſic ꝯſideratũ ſimpl̃r mathematicuz: de
quo: vt in obiectione dictũ eſt: idẽ iudiciuz datur quo
ad oppoſitionez ⁊ diuiſionẽ. ¶ Ulterius autẽ declara
tio q̄ aſſumunt ad h̄ magis friuola eſſe videtur. Nam
quãtum reale: aut eſt reale: realitate methaphyſica: aut
realitate nãli. Primo aũt modo dicitur aliqd tale: pro
pter realitatẽ ſue eſſentie: que diuidit̃ ſcdꝫ ꝙ huius in
principia eſſentialia: que ſunt genus ⁊ differẽtia: ⁊ qa
differentias infinitas: nec genera infinita põt habere
idcirco in quãto ſic ſumpto: nec appoſitio: nec diuiſio in
infinitũ ꝓcedit. Si aũt ſumat̃ quantuz tale ſcõm rea
litatem mathematicã idem habebit iudiciũ: vt dictuz
eſt in appõne ⁊ diuiſione magnitudinis. Similiter eti
am vt ipſi dicũt idem iudicium eſt de appoſitione ⁊ di
uiſione magnitudinis ſi ſumatur prout eſt realis reali
tate phyſica vel naturali: vnde patet euidenter ꝙ nullo
modo per iſtoꝝ dicta tollitur dubitatio: ſed magis au
getur. ¶ Et propterea dicẽduz eſt: ꝙ duplex ẽ acceptio
quanti: q̄ vna eſt mathematica ⁊ alia naturalis. Et
quamuis quantum naturale in ratione mathematici
non claudatur: bene tamen quantum mathematicum
in naturali clauditur. Non enim ſi dimenſio ſcõm ſuã
rationem claudit h̄ ꝙ eſt eſſe quantũ ꝯtinuuz: propter
h̄ ſtatim claudit in ratione ſua ꝯñam ad formam ali
quam naturalem: ſed dimenſio formaz conſequens na
turalem: ⁊ dictam ꝯſequentiam claudit in ratione ſua
⁊ etiã h̄ ꝙ eſt eſſe quantum continuum. Propterea igit̃
diximus ꝙ quantum naturale claudit mathematicuz
ſed non mathematicũ naturale. ¶ Hoc igitur viſo vl
terius conſiderandum eſt ꝙ dimenſio mathematica ex
ipſa ratione ſue cõtinuitatis hꝫ ꝙ ſit in infinitũ diuiſi
bilis: ⁊ propterea in quocunq3 ratio continui reſeruat̃
oportet etiam ꝙ in ipſo reſeruetur h̄ ꝙ eſt eẽ in infinitũ
diuiſibile. Et q̄ in corpore dimẽſiuo naturali ſaluatur
ratio continui: neceſſarium eſt dictam diuiſibilitatem
in ipſo ẽt reperiri. ¶ Uerum eſt autem ꝙ dimenſio ex
eo ꝙ eſt mathematica claudit ſolam formam ꝯtinuita
tis q̄ per diuiſionem omnino non perdit: q̄ poſt diuiſi
onem etiam in partibus diuiſis ſaluatur. Sed dimen
ſio ex eo ꝙ eſt naturalis claudit duplicem formam: q̄ ⁊
formã continuitatis ⁊ formam etiam naturalẽ. Et per
diuiſionem

diuiſionem quidem contingere poteſt ꝙ perdat formā naturalem aliquam contingit enim per diuiſionē deuenire ad partē carnis ita paruā ꝙ ſi vlterius diuidatur in partibus diuiſis forma carnis non remanebit ſtabit tamē de neceſſitate forma cōtinuitatis: vnde ⁊ ſi magnitudo naturalis per diuiſionem perdat formam aliquā nālē: nō tñ pōt formā ꝯtinuitatis amittere.

**Ad propoſitum** ergo hͦ ſingula applicando: dicendū eſt ꝙ appoſitio in magnitudine naturali non procedit in īfinitū: nec actu: nec potētia: qꝛ ꝯtingit dare aliquā nālem magnitudinem ita magnā ꝙ nec actu nec potētia poterit dari maior: qꝛ nec in ipſa: nec in alia aliqua re naturali actu aut potētia maior iuenitur: qualis eſt magnitudo celi. Sed econtrario diuiſio in magnitudine naturali procedit in īfinitū ſcd̄m potētiam: qꝛ ſemper in ea reſeruatur cōtinuuꝫ ꝙ eſt potentia diuiſibile Unde cum ꝑuentum fuerit ad ꝑtē que mīma dicitur inter eas que poſt ſeparationem a toto retinet formam naturalem totius: quia illa pars eſt corpus ⁊ ꝯtinuuꝫ quoddā: ⁊ omne tale habet parteꝫ ⁊ partē: ⁊ pars quelibet minor eſt toto: dari poterit ⁊ dabit̃ in potentia ad hͦ minor magnitudo ꝙ̄ illa que minima dicebat̃. Non enim hͦ dicit̃ minima: qꝛ nullo modo minor ineniatur ſed quia non inuenitur aliqua minor: que in ſe poſt ſeparationem a toto formaꝫ nālē totius retineat: quia partes illius minime magnitudinis in toto quideꝫ habebūt formā totius naturalē: ſed poſt diuiſioneꝫ illam formā nō retinebūt: ſed accipiēt aliam: vel ſcd̄m ſe: vel ex vnione ad aliquod totum: formā tñ ꝯtinuitatis: nūquā amitteret: hͦ igitur differētia eſt inter diuiſionē ⁊ appoſitionē in magnitudine naturali: qꝛ ꝯtingit dare aliquā ita magnaꝫ ꝙ nec actu nec potētia reſtabit aliq̄ appoſita: ſed per diuiſionē nō ꝯtingit dare aliquaꝫ magnitudinem ita paruam quin reſtet ſemper diuiſio ad minus in potentia propter id qͦd nunꝙ̄ omnino forma ꝯtinuitatis aufertur. Uerum eſt aūt ꝙ illa potētia nō poterit ſemper ſic reduci ad actum ꝙ vna ⁊ eadem ſemper forma naturalis ſaluetur ſed vel eadem vel diuerſa modo qui dictus eſt. ❡ Patet igit̃ ex his que dicta ſūt ⁊ intellectus dubitationis ⁊ ſolutio argumenti ⁊ falſitas etiam dicentiū ꝙ omnino idē iudiciuꝫ eſt de appoſitione ⁊ diuiſione in magnitudine naturali.

❡ Textus.

❡ Accidit autem cōtrariū eſſe infinitum ⁊c.

❡ Lectio .xi. ❡ Nō prima.

**HIc poſſet** eſſe dubiū verū ſi eſſet aliquod corpus īfinitum in actu dici poſſet totum ⁊ perfectū: videtur enim ꝙ non per rōnem Ariſt. Ait enim ꝙ totum ⁊ perfectum vel idē ſunt vel proxima ſibi ⁊ perfectū nihil eſt nō habēs finē: ⁊ oē tale eſt finitū: igit̃ totū ⁊ perfectum nihil eſt niſi finitum.

**Ad iſtam qōnem** dōm eſt: ꝙ ſi infinitū nō ſit niſi in ordine ⁊ appoſitione magnitudinū: aut numeroꝝ aut aliorum ꝯſequentiū: ſicut Ariſto. vult ⁊ rei veritas ſe habꝫ: nullum infinitū proprie dicetur totū nec perfectum. Nihil eniꝫ eſt vere totum ꝙ nō habet totā actualitatē ſibi debitā: nec perfectū ꝙ nō eſt in actu completo cōſtitutum. Quia igitur tale īfinitū nō ponit totam ⁊ cōpletam actualitatem: propter id ꝙ fieri ponit actum imperfectū ⁊ eſſe eius eſt ſemꝑ in fieri: ꝯcluditur ꝙ ipꝫ nec totū nec perfectū dici poſſit. Ueruꝫ eſt aūt ꝙ ſi eſſet corpus aliquod infinitum actu ipſum haberet totam ⁊ cōpletam actualitatem ſuam: vnde tam totum ꝙ̄ perfectum dici poſſet: ⁊ precipue cum perfectum in aliquo genere ſit illud ꝙ nō habet in ipſo excedentiam: vt dicitur in .v. metha. hͦ aūt maxime in genere corpoꝝ corpori infinito conueniet. Quia igitur Ariſto. contrario mō īfinitū poſuit ꝙ̄ poſuerit antiq̄ ꝯrio mō ipꝫ diffiniuit ⁊ cōtraria ēt eis de ipſo dixit: qꝛ illi dicebāt ipſuꝫ totum ⁊ perfectuꝫ: ⁊ ipſe ipſum ponit imperfectum: ⁊ in ratione ꝑtis: qꝛ actus īperfectus partē actualitatis ponit ⁊ non totam.

**Ad argumentum** igitur factū in ꝯtrarium dicendum eſt ꝙ ipſa etiaꝫ actualitas rei poteſt dici finis eius ꝙ poteſt poni actu ⁊ potentia. Si ergo foret corpꝰ infinitū actu eſſet habens ſuū finē: quia ſuam actualitatem: ſed non eſſet finem habens ſumendo finem pro termino extenſionis.

❡ Nō ſecunda.

**SEcundo** poſſet eſſe dubiuꝫ quomodo Plato magnū ⁊ paruū ponebat in ydeis ⁊ alijs ſeparatis: videtur .n. hͦ nō habere veritatē: qꝛ illa ponebat ſepara a mā ⁊ magnuꝫ ac paruum materiam dicebat: igitur ponebat ꝯñr illa a magno ⁊ paruo ſeparata.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendum ꝙ eo ipſo quo plato magnū ⁊ paruuꝫ ponebat in ſeparatis a materia: ⁊ tamē magnum ⁊ paruū materiā dicebat: apparet euidēter ꝙ ipſe nō ſumebat tūc materiā proprie ſed large ⁊ cōmuniter pro quolibet habente rōnē aliquā mālē reſpectu alterius. Iſto enim modo etiam in non habētibus proprie materiā poſſumus ponere materiā.

**Ad cuius intelligētiam** ꝯſiderādū eſt ꝙ ſemper id ꝙ eſt altius ⁊ perfectiꝰ in ordine nature continet totā perfectionē que eſt in inferioribus: ⁊ adhͦ ampliꝰ: ita ꝙ in ſe continet gradus perfectionis qui ſunt in eis: ⁊ gradū etiā alium quē ipſe ſuperaddit: ⁊ gradꝰ quidē illi qui in īferioribus reperiūtur in ipſo ſe habēt: vt mālēs: vltimus aūt quē ſuꝑaddit hꝫ rōnē formalis reſpectu oīum illoꝝ. Et rō eſt: qꝛ res reponit̃ in ſpē per id ꝙ in ipſo eſt maxime formale ⁊ in genere per id ꝙ in ipſo ſe hꝫ: vt māle. Specificat̃ aūt res ſolū per gradū vltimuꝫ ꝑfectionis ſue: qꝛ in hͦ diſtinguit̃ ab alijs. Quia vero in alijs gradibꝰ qui iueniuntur in ipſo: ⁊ in īferioribus cōuenit cū alijs ſpeciebꝰ per eos nō ſpecificat̃: ſed reponit̃ in genere. Unde manifeſtū eſt ꝙ ſolū gradus vltimꝰ in re ſe hꝫ vt formalis ⁊ alij oēs: vt mālēs. Et qꝛ gradus vltimꝰ in vna ſpecie eſt vnꝰ tm̃. Alij vero eē poſſunt plures aut pauciores idcirco Plato vnū poſuit ex ꝑte forme: ⁊ alteꝝ ex parte māe. ſ. magnū ⁊ paruū. Hoc aūt mō bene mā in ſeparatis īuenitur cū vnū ordine nature altius ſit alio. Quia vero vt dictū eſt a dictis gradibus ſumit̃ genus: ꝙ eſt contētiuum ſpecierū: idcirco Plato ponebat magnum ⁊ paruum continere alia.

❡ Textus.

❡ Secundum rationem autē accidit: ⁊ ꝙ ſcd̄m appoſitionem non eſſe videri ⁊c.

❡ Lectio .xii. ❡ Nō prima.

**HIc primo** poſſet eſſe dubiū verū numerus qui in infinitū creſcit ſit inſeparabilis a diuiſione cōtinui: vt dr̄ in littera: vr̄. n. ꝙ nō: qꝛ iſte eſt numerus indiuiduoꝝ eiuſdem ſpēi: talis autē numerus in aīabus a corpore ſeparatis inenitur.

**Ad istam qõnem** dicũt aliqui ꝙ vnitas: que est ꝑncipiũ nũeri:ẽ aliqd ptinẽs ad gen⁹ ꝗ̃titat. Nõ possum⁹ at̃ ẽt si velim⁹ fingere ꝙ ab aliqua forma ad gen⁹ ꝗ̃titatis ptinẽte res hẽat ꝙ sit vna: nisi a forma ꝯtinuitatis: vñ relinquitur: vt dicũt: ꝙ vnitas q̃ est ꝑncipiũ numeri sit ipsa ꝯtinuitatis forma: ⁊ qꝛ nihil põt a seipso separari concludũt ꝙ vnitas: ⁊ per ꝯñs numerus non separat a continuo.

**Sed hec omnia** videntur esse friuola: stante enim positione ista vnitas que est numeri principium: ⁊ per consequẽs nũerus idiuiduoꝝ sb eadẽ spẽ nõ poterit ĩueniri ĩ sepatis animabus: ⁊ sic redibit põ de vnitate intrĩsẽ. ¶ Et p̃terea ꝙ p̃intelligit põni necessario p̃intelligit oib⁹ hñtib⁹ põnem. Unitas aũt p̃intelligit põni: qꝛ aĺr pũctũ nõ se hẽret ad vnitatẽ ex addictione: forma aũt cõtinuitatis ſm illã fictionẽ põt abstrahere actu: vnde relinquit ꝙ ordine nãe ante formã ꝯtinuitatis vnitas itelligat in suba. Nõ igit veꝝ est ꝙ vnitas q̃ est ꝑncipium nũeri sit ipsa ꝯtinuitatis forma. ¶ Motiuũ aũt ipsoꝝ oĩno nihil valet. Est.n. res vna formalr ipsa vnitate q̃ ptinet ad gen⁹ discrete ꝗ̃titatis: sed mãliter est vna co supra ꝙ talis vnitas fundat ꝙ in mathematicis qdez cẽ põt forma ꝯtinuitatis. In alijs vero est id per ꝙ res ipsa idiuiduat: eo ꝙ talis vnitas est vnitas indiuidualis. Non autem opꝫ ꝙ fundamẽtũ ei⁹ ꝙ ẽ in genere aliquo ptineat foꝛalr ad idẽ genus secũ. ¶ Dõm ẽ igr̃ alr vt vꝫ dicam⁹ ꝙ est duplex numerus: sicut Tho. noster ait: vnus qdẽ spẽꝝ ali⁹ idiuiduoꝝ eiusdẽ spẽi. Et nũer⁹ qdẽ spẽꝝ nõ põt in ĩfinitũ crescere: qꝛ spẽs reꝝ non pñt cẽ ĩfinite. Nũerus at̃ idiuiduoꝝ eiusdẽ spẽi ĩ ĩfinitũ põt crescere: ⁊ talis nõ sepat a ꝯtinuo: lꝫ.n. ordine nãe añ formã ꝯtinuitatis ĩ re vnitas nũeralis fiat: qꝛ tñ non ꝓuenit nũer⁹: nisi ex ei⁹ explicatiõe: nec replicatio ista fit sine diuisiõe mãe: q̃ ẽ ꝑncipiũ idiuiduatiõis: nec mã diuidit sine cõmitãte diuisiõe ꝯtinui: sequitur ꝙ talis nũerus nõ sit ſm fieri semꝑ actus a cõtinui decisione.

**Ad argumentum** ꝗ in ꝯtrariũ dõm est ꝙ ex eo ꝙ in aiabus sepatis iuenit nũerus ⁊ vnitas nũeral possum⁹ optime ꝯcludere ꝙ vnitas nũeralis nõ sit forma ꝯtinuitatis: sed nõ ꝙ talis nũerus fiat sine diuisione continui. Nã aĩe nõ multiplicantur: nisi ꝑ multiplicationez hoĩum: hoĩes vero sine diuisione materie ⁊ ꝯtinui multiplicari non possunt. ¶ Qõ secunda.

**Secundo** posset cẽ dubiũ: vtrum veꝝ sit ꝙ si appositio sit ĩ ĩfinitum posset crescere ĩ magnitudinib⁹ ꝙ successiue trãscenderet oĩs deteriata magnitudo: dari tũc posset magnitudo actu ĩfinita: vr̃.n. ꝙ nõ: qꝛ appositio ĩ nũeris: ita vadit ĩ ĩfinitũ: nec tñ idcirco dari põt numerus ĩfinitus in actu.

**Ad istam qõnem** dõm est ꝙ si appositio ĩ magnitudine nãli mõ ꝑdicto in ĩfinitum ꝓcederet: necessario tunc dari posset magnitudo ĩfinita in actu. Ꝧ autem rõ est: qꝛ mã vno respectu respicit formã aliquã nãlẽ: ⁊ oĩa acciñia: ꝯñã formã illã: nõ tñ eque imediate: sed ꝑmo respicit formã subalẽ: ⁊ hac mediãte respicit acciñia: ꝯñã talẽ formam. Magnitudo autem nãlis est de acciñtib⁹ ꝯñtibus formam naturalẽ. Medianet igit hac forma ipsa materia respicit: ⁊ magnitudinem naturalem debitam sibi statim sub forma illa. ¶ Ulterius autem Ꝧ viso considerãdum est: ꝙ quemadmodum materia suo respectu primo ⁊ directe formam substantialem respicit: scdm totã suã perfectionez essentialẽ: scdario vero ⁊ ex ꝯñti respicit distinctere gradus contentos in essentia eius: sic etiã respicit suo respectu primo ꝑncipalr ⁊ directe totam quantitatem naturalem natam consequi formam vnam: sed secũdario: ⁊ ex ꝯñti directe respicit partes eius: tam vꝫ illas que apponuntur ꝙ etiã illas quibus fit appositio: ꝑpter id qõ oĩs potẽtia: ꝑmo ⁊ directe respicit suum obiectũ totum: scdario tñ distincte respicit partes eius. Si ergo appositio partiuꝫ ad partes in magnitudine ꝯñte aliquã formã naturalem in infinituꝫ ꝓcederet: ex quo materia primo ⁊ directe nõ respicit partẽ magnitudinis sibi debite per aliquã formã: sꝫ totã necessario: tũc materia respiciẽs talẽ formã primo ⁊ directe respiceret magnitudinẽ contentiuam omniũ illaꝝ appõnum infinitaꝝ: ꝙ esse non posset: nisi primo ⁊ directe respiceret magnitudinẽ ĩfinitã. ¶ Ulterius aũt sic est ꝙ totum illud ꝙ mediante forma vnica naturali materia respicit ꝑncipalr: ⁊ directe põt in ea poni actualiter cũ forma illa. Ex quo igit ur secũdũ prefatã suppõnem materia primo ⁊ directe respiceret magnitudinẽ infinitã: necessarium est ꝙ si illa suppositio vera esset magnitudo naturalis infinita poni posset actualiter in materia.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dõm est ꝙ non est simil e de numero ⁊ magnitudine. Nam magnitudinem vnam tñ respicit materia totã mediante forma vnica naturali: ⁊ idcirco sicut insimul hꝫ vnica pars materie formam talẽ cũ omnibus gradibus suis sic etiam: si mediante ipsa respiceret magnitudinez infinitam: posset habere actu insimul illam totã. Numerum autem non respicit materia mediante vna: sed mediantibus formis pluribus naturalibus: ⁊ numerum infinitum non respicit nisi mediantibus formis talibus ĩfinitis: plures aũt forme tales in eadez parte materie insimul esse non possũt: sed successiue tantum: ⁊ ꝓpterea quantũcũꝙ appositio numeroꝝ crescat in infinitũ: nõ tñ ꝑpter Ꝧ numerus ĩfinitus põt ĩ simul actu poni: sed tãtummodo successiue.

¶ Textus.

¶ In magnitudinibus autem contrarium est.

¶ Qõ tertia.

**Tertio** possꝫ aliqs dubitar̃ vtꝝ ĩ mã sit potẽr potẽtiã ad magnitudinẽ ĩfinitã: vr̃.n. ꝙ nõ: qꝛ tũc posset cẽ magnitudo ĩfinita ĩ actu. ¶ Ad istã qõnẽ ꝑhice loquẽdo oberem⁹ rñdere simplr ꝙ ĩ mã nõ est po⁹ ad magnitudinẽ ĩfinitã: sic̃.v. Ꝧ Tho. nr̃. Sꝫ si velim⁹ theologice loq distiguim⁹ potẽtiã sic̃ distigũt theologi ĩ potẽtiã passiuã nãlẽ ⁊ obediẽtialẽ. Et po⁹ qdẽ passiua nãlis ipsi⁹ mãe dr̃ illa q̃ ꝑt exire ĩ actũ ꝑ actionẽ alicui⁹ nãlis agẽtis. Obediẽtialẽ ꝟo potẽtiã dr̃ mã respectu illi⁹ hãt respectu cui⁹: ⁊ si ñ possit exire ĩ actũ ꝑ actionẽ nãl agẽtꝫ ꝑt tñ ĩ actũ exire ꝑ ĩfiuẽtiã agẽtis supnãl cui nata ẽ obedire ad nutũ. Scdm at̃ ꝑmã potẽtiã simplr dõm ẽ ꝙ in mã ñ ẽ potẽtia ad magnitudinẽ ĩfinitã: qꝛ tũc seqret ipsaꝫ posse accipe ĩfinitã magnitudinẽ ꝑ actionẽ nãl agẽtis ꝙ ẽ ipõle. Et sic itellexit Tho. qñ dixit ꝙ ĩ mã ñ ẽ potẽtia ad magnitudinẽ ĩfinitaꝫ. Scdm at̃ aliã potẽtiaꝫ simplr vr̃ dõꝫ ꝙ in mã sit po⁹ ad ĩfinitã magnitudinez ꝯcesso: sic̃ ꝯcedũt theologi: ꝙ ñ sit dare finitã magnitudinẽ: ita magnã cui de⁹ nõ possit ãpli⁹ supaddere: Ꝧ at̃ vr̃ cẽ necessariũ argumẽtũ ad ꝓbãdũ deuꝫ posse facere actu magnitudinẽ infinitam ꝙ concedimus.

¶ Explicit liber terti⁹ phicoꝝ. Deo gratias. Amen.

¶ Incipit

¶ Incipit liber quartus phyſicorum.

¶ Textus.

¶ Similiter autē neceſſe eſt phyſicum: ⁊ de loco ſicut ⁊
de infinito conſiderare ⁊c.

¶ Lectio prima. ¶ Qō prima.

HIc primo
poſſet eſſe dubium vtꝝ
omnia que ſunt in loco
ſint ſicut tāgitur in lr̄a
videtur enim ꝙ ſic: qꝛ
vniuerſale eſt vbiqꝫ ⁊
ſemper ſingulare autē
eſt hic ⁊ nūc vt accipitur
ex primo libro poſterio
rum. Omnia autē que
ſunt actu ſunt entia ſin
gularia: ⁊ quia deſtru
ctis p̄mis īpoſſibile ē
aliquid aliorum remanere: vt dicitur in libro predica
mētorum: igitur omnia entia ſunt in aliquo loco: ⁊ in
aliquo tempore.

Ad iſtam queſtionez dicēdū
eſt ꝙ en
tium quedam ſunt ſpiritualia quedam corporalia. De
ſpiritualibus autem dicit Boetius ꝙ communis con
ceptio apud ſapientes eſt ſpiritualia in loco non eſſe.
Tamen conſiderandum eſt ꝙ dupliciter iſta cōſidera
ri poſſunt. Uno quidem modo ſecundum ꝙ circa locū
aliquem aliquid operantur: ⁊ iſto modo dicuntur eſſe
in loco per operationem. Quia enim in eis nō diſtingui
tur operatio a virtute: nec virtus ab eſſentia: neceſſari
um eſt ꝙ vbi operātur ibi ſint. Alio autem modo conſi
derari poſſunt ſimpliciter ⁊ ſecundum ſe abſqꝫ eo ꝙ cō
ſiderentur circa locum aliquem aliquid operari: ⁊ hoc
modo intelligitur dictum Boetij dicentis ꝙ ſpiritua
lia in loco non ſunt. Huiꝰ autem duplex declaratio po
teſt eſſe: vna quidem que ſumitur ex habitudine vnita
tis ad punctū: nam punctū ſupra vnitatem addit poſi
tionem. ita ꝙ ſtatim intellecto puncto intelligitur poſi
tio: vnitas autem a poſitione abſtrahit: ita ꝙ ſi ſimpli
citer: ⁊ ſecundum ſe intelligamus vnitatem non neceſ
ſariū eſt: ꝙ ꝓpꝫ hoc itelligamus aliquā pōnē. Nunc aūt
ita eſt ꝙ oīa corporalia ſe habēt ad modū pūcti ⁊ ſpūa
lia ſe hn̄t ad modū vnitatis. Neceſſariū igr̄ ē ꝙ corꝑali
bus debeatur poſitio que importat ⁊ ordinem partiū
in toto ⁊ ordinem partium in loco. Spiritualibus au
tem non debetur poſitio que importat ordinem partiū
in toto: quia talis poſitio non debetur niſi habentibus
dimenſiuam quantitatem: ⁊ per conſequens neceſſari
um eſt ꝙ eis ſecundum ſe non debeatur poſitio que im
portat ordinem ad locum: vna enim iſtarum poſitionū
conſequitur ad aliam. Manifeſtum itaqꝫ eſt ꝙ ſpiritu
alia ſecundum ſe non ſunt in loco. Secunda autem eiuſ
dē declaratio ſumit̄ ex multiplici acceptiōe loci. ¶ Se
cūdū enī quoſdam locus eſt ſpacium qd̄ eſt infra late
ra ꝯtinētis. Scd̄ꝫ vero alios locus eſt ſuꝑficies corꝑis
ambientis. Si ergo ſpiritualia neceſſario ſecundum ſe
determinantur ad locum aliquem: aut hoc eſt: quia ne
ceſſario claudūtur infra metas alicuꝰ ſpacij: ⁊ hoc eſt im
poſſibile: quia omne tale eſt corporeum. Aut etiam hoc eſt
quia neceſſario ad aliquam ſuperficiem corporis alicu
ius applicantur ſi debeant ſubſidere: ⁊ hoc etiam eſt fal
ſum: quia ſpiritualia a corporibus non depēdent in eſ
ſendo: ſed magis econuerſo: vnde ſi corpora cuncta tol
lerētur adhuc ſpiritualia remanere poſſent. Manifeſtū
igitur eſt ꝙ ſpiritualia ſecundū ſe nō ſunt in loco: pa
tet etiam ex dictis ꝙ omnia corporalia hent poſitionē
importantem ordinem ad locum aliquem.

Ad argumentum in contrariū
dicendum eſt
ꝙ omnia entia ſingularia ſunt in loco: aut ſimpliciter
ſicut corporalia: aut per operationem: ſicut ſpiritualia
vel dicendum ꝙ illud dictum verificatur de ſingulari
bus rerum corporalium non de ſingularibus rerū im
materialium: quia talia: ſicut ſunt ſupra tempus: ſic
ſunt etiam ⁊ ſupra locum.

¶ Qō ſecunda.

SEcundo poſſet aliquiſ
dubita
re vtrum verum ſit ꝙ locus non eſt aliqd
dictum vniuoce in cunctis naturalibus
corporibus: ſicut hoc ait commentator: vide
tur enim ꝙ non: quia cum ordo ad locum conſequatur
ordinem partium in toto: ⁊ iſte videatur vniuoce dici
de ſingulis corꝑalibus: vel corporibus: ſicut ⁊ dimēſio
videtur conſequi ꝙ etiā ordo ad locū: ⁊ per conſequēs
locus vniuoce corporibꝰ cūctis debeatur.

Ad iſtam qōnem dicendum eſt ꝙ
ad rōnē loci plu
rima concurrūt: ſicut in ſequentibus deo volente oñde
tur. Quantū tm̄ ad preſens ſpectat duo concurrunt ad
perfectam rōnē eius. Nā qꝛ de ratione eius ꝙ eſt vere
locatum eſt a loco cōtineri: ⁊ continetur immediate in
ſuperficie ambiētis corporis ipſa ſuperficies corporis
continentis: videtur concurrere ad locum. Concurrit
etiam ad rationem eius ⁊ ordo determinatꝰ in vniuer
ſo corpore. Quia igitur ſunt in loco ſecundum ſe clau
dente iſta duo ſūt ꝑfecta ⁊ proprie in loco. Sic autē ſm̄
ſe neceſſario in loco ſunt corpora que mouētur motu re
cto. Que vero mouent̄ motu circulari nōn ſunt neceſſa
rio ſecundum ſe in loco claudente illa duo cum contin
gat dare vnum tale corpus ꝙ non eſt in ſuperficie alicu
ius circularis corporis: ſicut infra oſtendetur. Sic
igitur locus claudens ſuperficiem ⁊ ordinem ſecundū
ſe debetur aliquibus corporibus. Aliquibus vero non
debetur ſm̄ ſe locus claudens ſuperficiem ambientis
corporis: ſed tm̄ ordinē: vnde manifeſtū eſt ꝙ locus nō
vniuoce debetur omnibus naturalibus corporibus.

Ad argumentum ergo in con
trarium di
cendum eſt ꝙ eo ipſo quo poſitio in aliquibus ponit or
dinē ptiū in toto moto motu recto ꝙ natum eſt eſſe i to
to rectaꝝ ſuperficieꝝ: in aliquibus vero ponit ordinē
partium in toto ſperico ⁊ moto circulariter: neceſſari
um eſt ꝙ ad ipſam conſequat̄ magis non vniuoce eſſe
in loco q̄ vniuoce.

¶ Textus.

¶ Amplius aūt loci mutationes phyſicoꝝ corpoꝝ ⁊c.

¶ Qō tertia.

TErtio poſſet aliquis dubi
tare: propter
id ꝙ dicit̄ locus habere potentiam quan
dam nālem ratione cuiꝰ locatū mouet̄ nā
liter ad ipſum: vtrum propter talem potē
tiam poni poſſit ꝙ locus attrahat loca
tum. Uidetur enim ꝙ ſic: quia in actiuis ⁊ paſſiuis ſic
videmus ꝙ illud ꝙ eſt perfectiuum naturaliter alteri
us ipſum ad ſe trahit: ſicut patet in ferro ⁊ magnete.
Cum igitur locus per naturalē potentiam quā habet
perfectiuus ſit locato: conſequi videtur ꝙ ratione talis
potentie ipſum poſſit ad ſe trahere.

**Ad iſtam q̄ōnem** dōm eſt ꝙ attractio poteſt fieri ab aliquo dupl̄r: q̄z vel ſicut ab efficiēte: vel ſicut a fine. Primo aūt modo nō eſt de rōne loci ꝙ attrahat locatū: cuius declaratio eſt: q̄z quod ad ſe aliquid per modū efficiētis trahit: nō pōt ipſuꝫ trahere in qualibet diſtātia: ſed ſolū ſ̄m diſtātiam certā ⁊ determinatam: vt potē ſcōm illā tm̄ ad ꝙ poteſt ſua virtꝰ actiua ſe extēdere ſicut manifeſte apparet in magnete ⁊ ferro: nō eniꝫ magnes attrahit ferrū vnumqōꝙ: ſed ex diſtātia certa ⁊ determinata ſolū. Nūc aūt ſic videmus ꝙ locus ex quacūqꝫ diſtātia attrahit locatū. Vbicūqꝫ. n. leuia ponā tur ſurſum tendūt: ⁊ vbicūqꝫ extra locū deorſum grauia ponātur tendūt etiā deorſum. Euidenter igitur apparet ꝙ de rōne loci nālis nō eſt efficiēter attrahere locatū. Scōo aūt modo. ſ. per modum finis h̄ꝫ dꝫ ipſum ad ſe trahere: ſicut poſt modum patebit.

**Ad argumentum** ergo in cōtrariū dōm eſt ꝙ illud ꝙ eſt nāliter ⁊ efficiēter poſſit trahere id cuius ꝑfectiuū eſt: nō tn̄ h̄ pōt niſi ſcōꝫ diſtātiā quā pōt virtꝰ ſua pertrāſire. Hoc aūt modo locatū trahi a loco nō eſt icōueniēs. Nā ſi locatū imperfectuꝫ: vtputa ignis: ponat̄ in diſtātia illa in qua iuenit̄ virtus actiua que diffundit̄ a loco: neceſſario ſ̄m virtutem illā ipſum locatū efficienter accipiet ꝑfectionē forme: ⁊ q̄z ad formā cōſequitur locus: ita ꝙ tūc a locāte efficiēter traheret̄. Neque iſtud eſt mirandū ꝙ locans ſic ſumptū ſubinduit rōnē generātis. Scōm tn̄ rei veritatē non eſt de ratione loci ꝙ attractio que fit ab ipſo fiat iſto modo: q̄z ſicut dictū eſt non ſolū ab diſtātia: ſed etiā ab illa in qua non inuenitur: ſic virtus actiua que diffundit̄ ab ipſo: ſed potiꝰ contraria: locus attrahit locatum.

℄ Qō quarta.

**Quarto** poſſet eē dubiū dato ꝙ locus non neceſſario attrahat locatū per modū efficiētis: vtruꝫ h̄eat ipſum neceſſario attrahere per modum finis. Videt̄. n. ꝙ non: q̄z finis ē ꝑꝑ quē ſūt alia: locatū aūt nō videt̄ eē ꝑꝑ locū: ſed magis econuerſo locus videt̄ eē ꝑꝑ ꝯſeruationē locati. Nō igit̄ videt̄ ꝙ locus attrahat locatū: ſicut finis eius: in l̄ra autem dr̄ ꝙ locus nullius. 4. cauſarū rōneꝫ habet.

**Ad iſtam q̄ōnem** dōm eſt ꝙ locus nālis neceſſario per modū finis attrahit locatū ꝙ pōt multipliciter oſtēdi. Primo qdē q̄z oīs attractio fit vel ab efficiēte vel a fine. Oſtēſum eſt aūt ꝙ attrahit̄ locatuꝫ ex diſtātia a loco a qua ab ipſo: ſicut ab efficiēte attrahi nō pōt. Relinquitū ergo neceſſario dōm ꝙ idē ab ipſo loco tanꝙ a fine locat̄ attrahat̄. Secūdo aūt idē oſtendit̄ ex conditione attractionis que a fine fit: videmus ꝙ nō ex aliqua diſtātia: ſed in quacūqꝫ indifferenter fit attractio a fine: vbicūqꝫ. n. ponatur appetēs ⁊ appetitus tendit ⁊ currit: niſi impediat̄ in ipſuꝫ appetibile. Et attrahere per hūc modū ꝓpriū eſt ſolīꝰ finis. Quia igitur hoc modo: vt predictū eſt: locus attrahit locatū: ꝯcluditur euidēter ꝙ neceſſario locus nālis attrahit per modū finis. ℄ Tertio aūt oſtendit̄ h̄ idem ex eo ꝙ nihil terminat ⁊ quietat motū ꝯſ̄tem nālem inclinationem ⁊ naturalē appetitū niſi ꝙ attrahit ſcōm rōnē finis. Conſtat aūt ꝙ nālis locus motū terminat qui conſequitur naturalem locati appetitum. Neceſſarium eſt igitur ꝙ ipſum attrahat per modum finis.

**Ad argumentum** ergo in contrariū dōm eſt ꝙ ex eo ipſo quo in loco eſt conſeruatio locati: ſequitur ꝙ locatū ſit ꝑꝑ locum tanꝙ propter ſuū bonum. Vn̄ opꝫ ꝙ locus finis ſit: ſed extrinſecus locati. Sicut. n. forma que eſt in intrinſecū cōſeruans eſt finis intrinſecus: ſic etiā ⁊ locus: ex quo eſt extrinſecū conſeruans dicit̄ habere rationem finis extrinſeci: ꝙ autē educitur de philoſopho non eſt dictum aſſerendo ⁊ determinando: ſed dubitando ⁊ opponēdo ſolum.

℄ Textus.

℄ Quoniam autem aliud quidem ſecundum ſe: aliud vero ſecundum aliud dicitur ⁊c.

℄ Lectio ſcōa. ℄ Qō prima.

**Hic primo** poſſꝫ dubitare aliq̇ſ de rōnibꝰ quas philoſophus adducit ad probāduꝫ ꝙ locus ſit forma ⁊ materia: videt̄ eni peccare per fallaciā ꝯñtis: dicit̄. n. in vna illaꝝ rōnuꝫ: locus eſt terminus: forma eſt terminus: ergo ⁊c. In alia vero dicit̄ locus de ſe qd infinitū ⁊ indeterminatū eſt: ſed mā ēt quid infinitū eſt ⁊ interminatū ergo ⁊c.

**Ad intelligentiam** ergo opinionis iſtoꝝ cōſiderandū eſt ꝙ attendentes antiqui locatum recipi in loco: ⁊ videntes etiaꝫ ꝙ in ſpacio corpus recipitur ſecūdū ſuaꝫ totaꝫ profunditatē: dixerūt ſpaciū eſſe locum ſpacium aūt poteſt ꝯſiderari dupl̄r. Vno quideꝫ modo ſimpl̄r: ⁊ ſcōm ſe: ⁊ ſic quicqd infinitū ⁊ interminatuꝫ eſt. Alio vero modo pōt conſiderari ſ̄m ꝙ eſt alicui corpori cōiunctū: ⁊ ſic eſt terminatū ſcōm terminationeꝫ corporis recepti. Quia. n. locus dꝫ equari locato: opꝫ ꝙ ſpacium ꝙ h̄ꝫ ſcōm iſtos rationem loci ſit omnimode equatū corpori recepto. Hoc autem ſtare non poſſet niſi eadem ſecū terminaretur figuratione: vnde ſi corpus receptuꝫ eſt ſpericum ipſum ſpacium accipit ſpericam figurā. Et ſi fuerit quadrum accipiet ſpaciuꝫ figuram quadrāgularē ſtatim: ⁊ ſic de alijs. ℄ Quidam igitur attēdētes ſimpl̄r ad ſpaciū: ⁊ vidētes ipſum dicere qd infinitū ⁊ interminatū ad modū māe dixerūt ſpaciuꝫ eē māꝫ: ſiue aliqd ad modū materie ſe habens. Quidā vero alij attendētes ꝙ ſpaciū nō eſt locans in actu: niſi ſtans ſub aliqua terminatione: dixerūt ipſum ſpaciuꝫ a termīo teriante accipere rationem locantis in actu: ⁊ pro tanto illi termino dabāt rōnē loci. Et q̄z id ꝙ terminat potentialitatem alicuius eſt quedaꝫ forma: idcirco tales dixerunt locum eſſe formam.

**Dicendum eſt igitur** ad argumētum ꝙ rōnes: ⁊ ſi cōcluderēt poſſint gratia materie: nō tn̄ concludere poſſunt ratione forme. Et ſi intentio iſtorū erat locū eē veram formā: aut veraꝫ māꝫ locati: nulli dubium eſt ꝙ argumenta ſunt ſophyſtica: ⁊ peccantia per fallaciam conſequentis.

℄ Textus.

℄ Amplius qūo ferentur in ſui locum ⁊c.

℄ Qō ſcōa.

**Secundo** poſſꝫ eē dubiū d̄ penultima rōe quā adducit Ari. ad ꝓbādū locū nō eē formā nec māꝫ vr̄. n. nō valere: q̄z locus: ⁊ ſi non ſit mobilis per ſe: vr̄ tn̄ eē mobilis ꝑ accn̄s: ⁊ ſic per accn̄s h̄ēre locū: h̄ āt ꝙ nō vr̄ eē icōueniēs qḋ ſeqt̄ ex rōne Ari. Nā eni ⁊ forma nō ꝑ ſe: ſed per accn̄s mouent̄.

**Ad iſtā q̄ōnem** dici poſſet p̄io ꝙ ⁊ ſi locus ſit mobilis per accn̄s: nō tn̄ mouet̄ ad motū corꝑis locati: ſed ad motū corporis locātis: ⁊ rōne corporis locātis pōt per accn̄s deberi

deberi ſibi locus: nō ratione corporis locati. Sed ſi mā aut forma eēt loc⁹ totū ɔtrariū ɔtingeret: ꝓp id ꝙ mā ⁊ forma corpis locati ad motū locati corpis mouentur. ¶ Uel dōm ꝙ locus rōne ſuperficiei q̄ ad ipm ptinet mā liter ē mobilis ꝑ accn̄s ad motū ɔtinētis: vt ꝓdictū eſt ⁊ nō ad motū corpis ɔtenti. Rōne vero ordinis qui ad ipm ptinet formalr̄ eſt imobil̄ tā per ſe q̄ ēt ꝑ accn̄s: vt infra deo ꝓcedēte ondet̄: per h igit̄ ꝙ mā ⁊ forma corporis locati per accn̄s mouet̄ accipit̄ ꝙ neutrū ipſoꝝ eſt locus q̄tum ad id ꝙ in eo eſt formale. Per hāt ꝙ mā ⁊ forma corpis locati mouet̄ ꝑ accn̄s ad motū locati corporis accipit̄ ſufficiēter ꝙ neutrū ipſoꝝ locus eſt ſumēdo locū quantum ad id ꝙ in ipo eſt materiale: vnde pȝ ꝙ ratio Ariſt. optime concludit.

¶ Textus.

¶ Poſt h āt accipiēdū eſt quot modis aliō i alio dr̄ ⁊c.

¶ Lectio tertia. ¶ Qō prima.

HIc primo poſſet eē dubiū vtꝝ aliqd eē poſſȝ in ſeipſo prio: videt̄. n. ꝙ ſic: q2 ꝙ ſtat prio per ſeipſum videt̄ eē in ſeipſo pmo: ſunt aūt multe ſubſtantie ſtantes primo per ſeipſas: igitur ille omnes poterunt eſſe primo in ſeipſis.

Ad iſtā qōnem dōm eſt: ꝙ cū ſcōm ꝓprietatē vocabuli eſſe in alio ſit cū aliquo mō receptionis: ⁊ receptio oīs ponat neceſſario diuerſitatē q̄dā recipiētis ⁊ recepti neceſſariū eſt ꝙ eē in aliquo ſm vocabuli ꝓprietatem ponat dualitatē q̄dā ⁊ diuerſitatē inter id ꝙ eſt in alio ⁊ id in quo eſt aliud. Et h eſt ꝙ dicit phs in trā ꝙ alterā potētiā ⁊ nām habēt: ⁊ ꝙ ⁊ in quo. Cū igit̄ eiuſdē toti⁹ ad ſeipſum totū non ſit dare talē aliquā diuerſitatē: apparet euidenter ꝙ ſcōm vocabuli proprietatē nihil poteſt eē in ſeipſo primo.

Ad argumentum q̄ in ɔtrariū dōm eſt ꝙ ſb ſtātie ſimplices differūt in h ab aliis compoſitis: q2 ſubſtātie cōpoſite nō ſtāt per ſeipſas primo: ſed rōne ptiūȝ ſtat. n. vnūqḋq; per id ꝙ ſibi eſt ratio ⁊ pncipiū eēndi Rō aūt eēndi non eſt mā ſed forma: forma aūt eſt pars ſubē cōpoſite: ⁊ nō tota ſuba cōpoſita: vnde manifeſtū eſt ꝙ ſubē cōpoſite nō ſtāt per ſeipſas pmo: ſed ratione partiū: ſubē vero ſimplices ⁊ ſeparate a mā nō ſunt niſi forme. Et q2 forma ſcōm ſe totā eſt ratio eēndi: dnr̄ pro tāto iſte ſimplices ſubē ſtare primo per ſe ipſas. Sed cōſiderandū eſt ꝙ quāuis forma ſit ratio eſſendi nō tamē ex h ſequitur ꝙ ipſa ſit cā formalis ſui: ⁊ ipſa ſit etiam cauſatū ſuum: ſed bene ſequitur ꝙ ipſa cauſam formalem aliā non habeat. Et propter h tales ſubſtātie dicūtur per ſe ſtare. i. non per aliud. Nam per ſe vno modo dicit̄ ꝙ nō hȝ cām: vt pȝ in qnto metha. Scōm etiam hunc intellectū nō poſitiuū: ſed magis negatiuū tales ſubē dicūtur primo eē in ſeipſis: quia. ſ. primo eis competit ꝙ in alio non ſunt: h aūt non eſt verum de compoſitis quibus non eē in alio competit gratia materie.

¶ Textus.

¶ Et ratione manifeſtum eſt quia impoſſibile eſt ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

SEcundo poſſet eē dubium: qūo veritatē hēat ꝙ ſi totū eēt in ſeipſo pmo quelibȝ pars eēt omnes partes. Nō. n. h videtur neceſſariū: q2 cū pars ſit aliud a toto: ⁊ totū ſit oēs ptes quā tumcūq; totum ſit primo in ſeipſo: non tamen propter h conſequi videtur ꝙ quelibe tps ſit oēs partes: ſicut nec etiam ꝙ quelibet pars ſit ipſum totum.

Ad iſtā qōnem dōm eſt ꝙ ſi totū primo eſſet in ſeipſo: neceſſario tunc quelibet pars eēt idē ꝙ totuȝ. Huius aūt declaratio eſt: q2 cū totū idē ſit ꝙ oēs ptes: ſi ipſuȝ totū primo ſiue ſcōm ꝙ totū eēt in toto: oēs partes eēnt in oibus partib⁹. Nā ſicut eē totū eſt eē oēs ptes: ſic etiā eē in toto eſt eē in oibus partib⁹. Omnes aūt partes eē in oibus ptib⁹ idē eſt ꝙ quālibet ptē eē in ſingulis ptibus. Ulterius aūt videm⁹ ꝙ id ꝙ eſt in aliquo nō diſtat ab illo i quo actu eſt: quēadmodū locatū nō dr̄ actu eē i loco a quo diſtat: ſȝ i loco a quo ñ diſtat. Si ergo oēs partes ſint in oib⁹ ptib⁹ nullā hēbūt adinuicē diſtātiā: vt per ɔñs vna pars extrema magnitudinis diſtātiā habebit ad ptē aliā extremā. Sublata āt diſtātia partiuȝ magnitudinis tollitur de neceſſitate magnitudinis diſtēſio: q2 per diſtēſionē ſit pars vna extra aliam. Sublata autē diſtēñōe magnitudinis tollit̄ diuiſibilitas ⁊ relinquitur quid ſimpliciter ⁊ indiuiſibile. In ſimplici aūt quidlibet acceptū idē eſt ꝙ totum. Manifeſtū igitur eſt ꝙ a primo vſq; ad vltimuȝ deducendo de neceſſitate ſi totū primo eēt in ſeipſo quidlibet in toto acceptū eēt ipſum totū: vnde ſi h totuȝ aggregatū ꝙ eſt amphora vini primo eēt in ſeipſo: neceſſariū tunc idem eēt amphora ꝙ tota amphora vini ⁊ idem ēt eēt vinum ꝙ tota amphora vini nec vinū ⁊ amphora ſcōm rem differrent. Eſt aūt diligenter attendēdū ꝙ corpus locatū nō ſcōm ſe totū: ſed ſcōm ſuā vltimā ſuperficiem primo eſt in ſuperficie ambientis corporis. Iſte autȝ due ſuperficies ſimul ſunt in eodem ſitu: nec tamen vna inuenitur extra aliam.

¶ Qō tertia.

TErtio poſſet aliqs dubitare: q2 ſic exponēdo rōne phyloſophi vt fecim⁹: non vr̄ ꝙ rō ɔcludat vlr̄ nihil poſſȝ exiſtere in ſeipſo: ſȝ ſolū ꝙ ſi aliquid exiſtit in ſeipſo illud erit ſimpl̄r nō habēs ptē ⁊ ptē. Cū igr̄ ſba imal̄ ſit ſimplex admin⁹ ipſa nō obſtāte rōne adducta eē poterit i ſeipſa.

Ad iſtam qōnem dōm eſt ꝙ ꝑ rōnem phi mō ſupradicto expoſitā optie appet ꝙ nullū corp⁹ pōt primo exiſtere in ſeipſo: veꝝ ē āt ꝙ ipſe i ꝓceſſu ſue rōnis q̄dā ꝓpōnē aſſumit: ex q̄ vr̄ ꝙ ēt ad ſimplicia ſua rō poſſit trahi. Dicit. n. ꝙ alia ē potētia vel nā ei⁹ in quo eſt aliqd ⁊ alia ei⁹ ꝙ eſt in aliquo. Ex h aūt accipit̄ ꝙ recipiens eēt aliō a recepto: ꝙ ēt inde appet ꝙ recipē aliquid nihil pōt ꝙ nō eſt in potētia receptiua ipſius. Recipiens igit̄ q̄tū ē de ſe iuenit̄ eē in potētia ad receptū: nec talis potētia teriatur niſi cū ponit̄ receptū actu in ipo Si igit̄ alia eſt nā terminātis ⁊ termiati ⁊ actus ⁊ potētie. ɔſequit̄ ꝙ vlr̄ oē ꝙ ē i aliq̄ ſit alteꝝ ⁊ diuerſuȝ ab eo i q̄ exiſtit: q2 igr̄: vt ꝓdictū fuit: nihil ē alteꝝ a ſe ipſo ɔſeq̄t̄ ꝙ nihil poſſit eē i ſeipſo prio: pȝ itaq; ꝙ rō phi ē nālis: q2 ꝑ ꝓpōnē vltio aſſūptaȝ vlr̄ de oib⁹ ɔcludit̄ ꝙ nihil eē poſſit i ſeipſo q̄uis ꝑ prius dicta iſtō de corpib⁹ ſol̄ ɔcludat̄: vt ſupra dictū fuit.

¶ Qō quarta.

QVarto poſſet eē dubiū vtrū ſi aliqd eēt in ſeipſo prio totum ꝙ recipet̄ in eo foret idē ſibi: vr̄. n. ꝙ ſic: q2 tale receptiuū reciperet per modum idēpritatis. Quicquid autem per modum identitatis in aliquo recipitur idem eſt ſibi.

Ad iſtam queſtioneȝ dicunt aliqui ꝙ ſi aliqd eſſet primo in ſeipſo quicquid reciperet eſſet idem ſibi. Hoc autȝ ipſi dupliciter oſtēdūt. Prio qui

dem receptum eſt in recipiente per modum recipientis ⁊ non recepti: modus autem recipientis primo ſeipſuȝ eſt recipere ſecūduȝ ydemptitatem. Quātūcūqȝ igitur receptum in ſe foret aliud a recipiente: poſitum tamen in ipſo foret de neceſſitate idem ſibi. Secundo autem hoc oſtendunt: quia quando aliqua paſſio alicui debetur primo: nulli alteri poteſt attribui ſecundo niſi: ad participationem illius cui paſſio illa primo conuenit quemadmodum quia habere tres primo conuenit triangulo nulli conuenire poteſt ꝙ triangulus non ſit. Si ergo aliquid daretur ꝙ eſſet primo in ſeipſo eſſe in ipſo ſibi primo conueniret: ⁊ per conſequens nulli dari poſſet exiſtere in ipſo: niſi id haberet rationeȝ eius. ¶ Huius autem ſui dicti maiorem declarationem poſtea adiungunt: ꝙ ſuum dictum eſt intelligendum quando ea paſſio eſt que attribuitur vni p̄io ⁊ alij ſecundo. Quia enim calor in ſummo attribuitur igni primo alijs autem ſecundo attribuitur calor in ſummo: ſed gradus aliquis caloris: non oportet ꝙ iſtoruȝ aliquid ſit ignis Si autem amphora eſſet in ſeipſa eadem paſſio: quia eſſe in amphora primo conueniret amphore: ⁊ ſecundo cōueniret alijs ab amphora. ¶ Sed in veritate: ſi h̄ diligentius conſiderentur apparent cuncta eſſe friuola. Nam ſi aliquid in ſeipſo eſſet primo: aut poſſet aliquid aliud a ſe recipere aut non poſſet. Quod aliud recipere nequiret: verum quidem tunc eſſet ꝙ q̄libet in ipſo receptum eſſet ipſum: quia tunc ſtante ſuppoſitione nihil niſi tantum ſe reciperet: ſed ſi recipere in ſe poſſet aliquid aliud a ſe: neceſſario tunc oporteret dicere ꝙ non oē receptum in ipſo eſſet ipſum: quia alias non verum foret ꝙ poſſet aliud a ſe recipere: propter id ꝙ aliud non eſt ipſum.

**Rationes autem** facte in contrarium omnino nihil valent. Si.n. non ſolum aliq̄d reciperet ſeipſuȝ: ſed etiam aliud a ſe: quemadmodum tunc ex eo ꝙ ſuſciperet ſeipſum diceretur reſpectu alicuius: quia reſpectu ſui haberet modum recipiendi: ſ'm ydemptitatem ſic etiam ex eo ꝙ reciperet aliud a ſe diceretur reſpectu eius habere modum recipiendi ſecundum diuerſitateȝ: ⁊ per conſequens receptum in ipſo quantumcunqȝ non foret ipſum: eſſet tamen in recipiente per modum recipientis. Unde patet euidenter ꝙ͞ friuolum ſit primum argumentum.

**Secundum adhuc** minus valet: videm⁹ enim ꝙ idem attributum: ⁊ ſecundum vnum ⁊ eundē gradum vni debetur primo ⁊ alijs ſecūdo: nec tamen idcirco oportet ꝙ ſ'm idem ſit ꝙ primum. Nam eſſe coloratum: primo debetur ſuperficiei: ⁊ corpori non primo: ſed ſecundo: vt dicitur in littera: nec tamen corpus eſt ipſa ſuperficies: videmus etiam ꝙ eſſe localiter in celo d̄betur igni p̄io ⁊ aeri ſecundo: quia mediāte igne nec tamen aer ideȝ eſt ꝙ ignis. Quantumcunqȝ igitur eſſe in amphora primo conueniret amphore: ⁊ ſecundo alteri: non tamen idcirco oporteret ꝙ illud alteruȝ eſſet ipſa amphora: vnde patet ꝙ͞ nihil ſit ſecunda ratio cuȝ ſua declaratione. ¶ Uerum tamen ad intelligendum defectuȝ propoſitionis quā aſſumūt in ſecunda ratiōe conſiderandum eſt ꝙ quandocunqȝ aliqua paſſio conuenit aliquibus duobus ſ'ȝ aliq̄d idem in vtroqȝ realiter acceptum: ſi id cui primo conuenit ſit cauſa: quare ꝯueniat alteri: ſicut eſt triāgulo yſocheles reſpectu eius ꝙ ſit habere tres: opȝ neceſſario ꝙ idem cui talis paſſio conuenit ſecundo recipiat predicationeȝ eius cui debetur primo. Si autem attributum aliquod pluribus conueniat ⁊ vnicuiqȝ ſecundū naturam propriam diſtinctam ab alterius natura: non oportet ꝙ id cui primo datur de illo predicetur cui conuenit ſecundo. Naȝ in eēntia ſubſtantie: quia debetur colori: non quia natura ſua ſit natura qualitatis: ſed quia h̄ nulli debetur niſi propter rationem accidentis: ⁊ color naturam accidentis habet: quantumcūqȝ in ſubſtantia primo ſit quantitas: ⁊ ea mediante color: non tamē ideo color eſt quantitas: ſed bene eſt accidens vtraqȝ. Et vnuȝ hēre modum qui nō idē in pluribus exiſtat contra ſe diſtinctum: neceſſarium non eſt ꝙ vnum illorum ſit alterum quantumcunqȝ in altero illud attributum primo ſit: ſȝ bene neceſſarium eſt ꝙ in aliquo vno conueniant ſecundum ꝙ illud attributum dicatur de vtroqȝ. Unde ſi amphora eſſet in ſeipſa localiter: ⁊ in ea etiam eſſet aliquid aliud localiter: diſtinctuȝ tamē ab ipſa in natura quantumcunqȝ eſſe in amphora prius amphore ꝙ͞ alteri conueniret: non tamen idcirco oporteret illud alterum eſſe amphoram: ſed bene oporteret ꝙ vtrumqȝ eēt corpus in amphora locatum. Nam ⁊ amphora protāto primo eſſet localiter dico in ſeipſa: quia eſſet corpus primo in ipſa amphora locatuȝ: ⁊ aliud etiam idcirco eſſet localiter ſecundo in amphora: quia eēt corpus aliud in ipſa locatum ſecundario.

**Si autem dicat** aliquis ꝙ ſic dicendo videmur contradicere phyloſopho patet de facili ꝙ ſibi nō contradicim⁹ ſed reprobamus expoſitionem datam contra mentem eius. Non enim eſt intentio phyloſophi dicere ꝙ ſi aliquod totum foret primo in ſeipſo quidlibet quodcūqȝ in eo acceptum eſſet ipſum totum: quia non intelligit de acceptis in ipſo: vel per modum accidentium: vel per modum aliquorum extrinſecorum a totalitate eius: ſed de acceptis in ipſo in eius totalitate concluſis ſicut partes totius ſingule ſe habent: vnde ⁊ pro tanto ſupra diximus: ꝙ quia totum idem eſt ꝙ omnes partes: ſi totum eſſet primo in ſeipſo: eſſent omnes partes in omnibus partibus: ⁊ forēt omnes partes ideȝ: pro tanto etiam phyloſophus dicit non ꝙ ſi amphora ſimpliciter: ſed ꝙ ſi h̄ totum aggregatum ꝙ eſt amphora vini in ſeipſa eſſet: non differt āphora a vino: que duo clauduntur in totalitate eius ꝙ eſt amphora vini.

¶ Textus.

¶ At vero neqȝ ſcd'm accidens ꝯtingit: ſimul eniȝ duo corpora in eodem erunt ⁊c.

Q̄ō quarta.

**QUarto poſſet** eſſe dubiuȝ vtruȝ ſi aliquod corpus eſſet in ſeipſo: primo ꝑ aliud corp⁹ neceſſariū foret duo corp̄a eē in eodē loco: vr̄.n. ꝙ nō: q2 ibi nō eēnt eque p̄io ſed vnuȝ p̄io ſicut illud quo mediāte aliud in ipſo exiſteret ⁊ aliud ſecundo. Sic autem duo corpora eſſe in eodem loco non eſt inconueniens: quia iſto modo vnum tantū corpus ponitur in vno loco immediate.

**Ad iſtam q̄ōnem** pretermiſſa ſuperflua ⁊ inutili multiplicatione verborum: dicendum eſt ꝙ ad hoc vt totum aliquod non ratione alicuius ſue partis: ſed primo ſiue ſecūdum ꝙ totum in ſe toto ſit per aliud corpus ꝙ non eſt aliqua partium eius: exigitur ꝙ ipſum totum ſit in tali corpore medio: ⁊ ꝙ etiam tale corpus ſit non in parte illius totius: ſed in toto: quia alias ipſo mediante totum in ſeipſo non eſſet ſecundum ꝙ totum: ſed ſecundum aliquam partem: quemadmoduȝ ſi amphora eēt tota in ſeipſa: ſcd'm ꝙ tota mediante vino

oporteret

oporteret non ꝙ pars ampbore: ſʒ ꝙ tota ampbora in
vino eſſet: ⁊ cum ħ pariter vinū non deberet eſſe in ſuper
ficie ampbore ſola: quia tunc per ipſum vinuʒ ampbo
ra non in ſeipſa eſſet: ſed in ſuperficie ſua. Unde vt am
pbora tota per vinum exiſteret in ſeipſa: oporteret vinū
eſſe in tota ampbora: ⁊ coexiſtere eius tote profundi/
tati: ꝙ ſtare non poſſet niſi totum vinum: ⁊ idem ſpaci
um inſimul occuparent vinum ⁊ ampbora. Quia igi
tur ħ eſt poſſe duo corpora in eodem loco inſimul eſſe:
patet euidenter ꝙ ſi tota ampbora per vinum exiſteret
in ſe ipſa: duo corpora eque immediate ſimul eſſent in
eodem loco: ꝙ eſt impoſſibile. Quidam autem aliter cō
ſequentiam iſtam declarant. Dicunt enim ꝙ quando
aliquid eſt in aliquo per aliud: oportet ꝙ ſit idem mo
dus eſſendi hic ⁊ ibi. Si ergo ampbora eſſet in ſeipſa:
per aliud: tunc ſicut ampbora eſt eſſentialiter in ſeipſa
ſic etiā ⁊ illud aliud eſſentialiter erit in ea: ꝙ eſſe nō poſ
ſet niſi ſubintraret eā.

**Sed iſta ratio** friuola eſt. Nam ſi ali
quid eſt in aliquo loca
liter: propter aliud ſufficit ꝙ vtrumqʒ localiter ſit in il
lo: nec vltra ħ exigit idem modus locationis: precipue
cum vinum in ipſo locetur immediate ⁊ aliud mediate
Conſimili igitur modo ſi aliquid eſt in ſeipſo per aliud
ſufficit ꝙ vtrūqʒ ſit in ipſo localiter: nec vltra ħ requi
rit ꝙ ſi vnum eſſentialiter imponitur in ipſo eſſentia
liter ponatur ⁊ reliquum. ¶ Sed vlterius iſtam ratio
nem ipſi per ħ roborare conātur ꝙ illud quo mediante
aliquid eſt in aliquo loco: eſt illi loco proximius ꝙ ſit il
lud ꝙ eſt in eo per ipſum: vnde ſcdm ħ id quo median
te aliquid ponitur in ſe ipſo: erit ſibi proximius ⁊ eſſen
tialius ꝙ ſit ipſum met ſibi. Dato autem ꝙ iſta robora
tio teneat: non tamen poterit per eam concludi ꝙ duo
corpora ſimul ſint: ſed tantummodo vnum. Quod.n.
eſt in aliquo: ſicut idem ſibi eſſentialiter vnum perfe/
cte eſt ſecum: vnde non bene etiam dicitur: ꝙ ſi vnum
eſſet eſſentialiter in aliquo: ſicut ipſum met ſibi vnum
ſubintraret reliquum: immo eſt ħ oppoſitio in adiecto
ꝙ ſubintrat aliquid ab eo ꝙ ſubintrat diſtinctum eſt
⁊ diuiſum neceſſario in eſſentia. Unde dicere ꝙ ſi vnū
eſt eſſentialiter in aliquo: ſicut in ipſum idem ſibi vnuʒ
ſubintrabit: aliud eſt dicere ꝙ ſi vnum non eſt eſſentia
liter diuiſum ab alio erit eſſentialiter diuerſum ⁊ diſti
ctum ab ipſo. Et hinc eſt ꝙ etiam iſti non ex intentione
vt credo: ſed veritate cogente poſterius ſibi contradicē
tes formant aliam rationem rationibus his oppoſitaʒ
Dicunt eniʒ ꝙ ſi ampbora eſt in ſeipſa per aliud: quia
per vinum: tunc ſicut ipſa ampbora vinum recipit mo
do alietatis: ſic etiā recipiet ⁊ ſeipſam mō diuerſitatis
⁊ per ꝯñs duo diuerſa corpora inſimul erunt.

**Sed attendendū eſt** ꝙ quam
uis illud
ſit bene dictum: ꝙ ſi ampbora eſſet in ſeipſa per vinum
vinum ⁊ ampbora diuerſa eſſent: ex quo vinum recipe
retur in ampbora modo alietatis: non tamen ex ħ ſuf
ficienter concluditur ꝙ duo corpora inſimul eſſent niſi
aliud adiungatur: quia ſi vinum non eſſet in tota am
pbora: ſed in ſuperficie eius: huic ſuperficiei vinum eſ
ſet proximius ꝙ ampbora: ſecunduʒ propoſitiones ab
iſtis acceptas: non tamen propter ħ totam ampboraʒ
penetraret: ⁊ ideo ħ ſuperflua verborum multiplicatio
vitanda eſt: vt eſt ſuperfluus: ⁊ pbiloſopbi ratio declarā
da breuiter: vt nos fecimus.

¶ Textus.

¶ Quid autē forte ſit locus: ſic fiet vtiqʒ manifeſtū ⁊c.

¶ Lectio. 4. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** aliquis dubitare vtrum
locus ſit equalis loca
to: videtur enim ꝙ non quia que non ſunt
comparabilia non poſſunt dici equalia: lo
cus autem cū ſit ſuperficies: nō eſt compa
bilis ipſi locato: ꝙ eſt corpus: igitur ſibi equalis di/
ci non poteſt.

**Ad iſtam qōnem** dicendum eſt ſʒ
commentatoreʒ
ꝙ eſt duplex equalitas: quia equalitas continentie ⁊
equalitas ſecundum menſuram. Et locus quidem eſt
equalis locato equalitate que eſt ſecundum continenti
am: quia tantum eſt locatum quantum contineri po/
teſt a loco: ⁊ non plus nec minus. Secundum autem
equalitatem menſure: locus non dicitur equalis loca
to: quia non eſt eadem quātitas ⁊ natura ſpecifica vtri
uſqʒ: cum locus ſit ſuperficies: ⁊ locatum ſit corpus.

**Poſſumus etiam** dicere ſcdm
ꝙ ait Tho.
locatum eſſe ſecundum id equale ſuo proprio loco ſecū
dum ꝙ ipſum primo ⁊ immediate cōtingit. Nec eniʒ ē
extrema ſuperficies ſua: que tanta eſt ſecundum men/
ſuram quantus eſt locus. Et hic videtur eſſe Ariſtote
lis intellectus. Unde in ſequentibus cum dixiſſet locū
equalem eſſe locato: adiunxit pro ratione. In eodeʒ.n.
ſunt vltima contingentium.

¶ Textus.

¶ Oportet aūt tentare intētionē ſic fieri ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** aliquis dubita
re vtrum diffinitio ſubiecti ſit mediuʒ de
monſtrationis: ſicut Ariſto. ħ velle vide
tur: ⁊ poſſet aliquis credere ꝙ nō: quia in
ſecundo poſteriorum dicitur ꝙ ratio primi termini eſt
medium in demonſtratione. Primus autem termin⁹
non eſt ſubiectum ſʒ paſſio.

**Ad iſtam qōnem** dicunt aliqui ꝙ
diffinitio ſubie
cti non eſt medium demonſtrationis: quia nō eſt de ra
tione demonſtrationis: ꝙ in pria diffinitione cadat in
medio: quamuis propter aliam cauſam cadere ibi poſ
ſet. Huius autem ipſi dupliceʒ rationem in hoc loco aſ
ſignant. Quarum vna eſt: quia cum demonſtrationes
augeantur non per media non poſſunt eſſe plura me
dia ad vnam concluſionem: nec medium vnum ad plu
res. Huius autem contrarium contingeret: ſi diffini
tio ſubi eſſet mediuʒ demonſtrationis: quia vnius ſub
iecti ſunt plurime paſſiones.

**Secunda autem ratio** ipſo
rum
eſt: qꝛ ab vno ſubiecto ſecundum vnam conſiderationē
profluit immediate vnica tm̄ paſſio: ⁊ mediante ea pro
fluūt alie: ita ꝙ ſecunde reſpiciunt ſubiectū mediante
prima. Sed paſſio prima ipſum reſpicit nulla alia me
diante. Quia igitur immediatorum nulla eſt demon
ſtratio: ſequitur ꝙ prima paſſio de ſubiecto demonſtra
ri non poſſit. Et quia ſubiectum non reſpicit immedia
te alias paſſiones: conſequitur ꝙ eius diffinitio nullaʒ
earuʒ poterit demonſtrare: propter id ꝙ demonſtratio
debet ex immediatis procedere. Et ergo ponenduʒ ſm
iſtos ꝙ non diffinitio ſubiecti: ſed prima paſſio tm̄ ſit
mediū demonſtrationis perfecte. Sed iſta opinio ſtare
non poteſt: quia tollit rōnem demōſtrationis perfecte:
Cum enim demonſtratio ſit ſilogiſmus faciēs ſcire: vt
dicit i pmo poſterioꝝ: ⁊ ſcire ſit cauſas pmas ⁊ vſqʒ ad

cauſas vltimas rei cognoſcere: ſi vnquam per viam
demonſtratiuā poterit ad cām primā paſſionū perue
niri: nunq̄ per viā demonſtrationis poterit ſcia perfe
cta baberi. Eſt aūt quidditas ſubi q̄ ꝓpria ſubi diffō
ſignificat cauſa prima omnium proprietatuꝫ eius. Ex
quo igitur per viā demōſtratiuam quantū eſt ex demō
ſtrationis ratione nunq̄ poteſt accipi dicta diffinitio
neceſſariuꝫ eſt ꝙ ꝑ viā demōſtratiōis nūq̄ per ſ. bēri
poſſit ſcia perfecta: ꝙ eſt omnino icōueniens. ¶ Et pre
terea ſyllogiſmus accipiēs pro medio ſubiecti diffōneꝫ
ad primā paſſionem de ſubiecto demōſtrādā bꝫ omnes
ꝯditiones quas ponit Ariſt. in primo poſterioꝝ eſſe de
ratione demonſtrationis. Nā talis ſyllogiſmus proce
dit ex primis: quia propoſitio predicans diffinitioneꝫ
ſubiecti de ſubiecto: prior eſt omni alia propoſitione de
ſubiecto predicante aliud. ¶ Procedit etiam ex veris ⁊
prioribus ⁊ notioribus ⁊ cauſis ꝯcłonis: ſicut patet in
tuentibus. ¶ Procedit etiam ex proprijs: quia quid
ditas ſubiecti eſt propria cauſa paſſiōis prime ⁊ imme
diata. Nā ſi dicat̄ ꝙ cadit intra ipſa eſſe medium: tūc
aut tale eſſe erit ſubiecto attributum per ſe aut per acci
dens. Si per accidens per diffinitionē ſubiecti tūc nō
poterit demōſtrari de ſubiecto ꝙ eſt ꝯtra eos. Nūquā
enim eſt demōſtratio de his que ſunt per accidens. Si
autem ipſum ſit ſubiecto attributum per ſe: ⁊ non pri
mo modo: ſed ſecūdo: erit neceſſario prima paſſio ⁊ pro
prietas ſubiecti. Et quia ipſum de ſubiecto demonſtra
tur per diffinitioneꝫ eius: vt cōcedūt: ſequitur neceſſa
rio ꝙ diffinitio ſubiecti ſit medium nature demōſtrati
onis. Ex quo ſillogiſmus diffinitionē ſubiecti accipiēs
pro medio ad paſſionem primam demonſtrandam de
ſubiecto habeat conditiones omnes perfecte demon
ſtrationis.

**Argumentū autem** factum in contrariū primo non ꝯcludit: q2 lꝫ vnius ſubiecti ſint multe
paſſiones non tamen diffinitio eius eſt principium pro
priū ⁊ imediatū oiuꝫ: ſed ſolius prime. Et ad iſtā demō
ſtrādam ipſa per ſe ⁊ proprie ſumitur pro medio. Un
de vnū mediū propriū ſcōm h̄ ad vnam tantum cōclu
ſionē eſt imediate. Secunda etiā ratio nō ꝯcludit: quia
prima paſſio: ⁊ ſi ſubiectum nō reſpiciat mediantibus
alijs paſſionibus: quaꝝ nulla eſt de eēntia ſubiecti: re
ſpicit tn̄ ipſum mediātibus eius eēntialibꝫ principijs
Unde ⁊ propoſitio in qua prima paſſio de ſubo predica
tur nō eſt imediata: q2 ſm̄ phm̄ propoſitio imediata eſt
qua nō eſt altera prior. Eſt aūt prior ꝓpoſitio p̄dicans
diffinitionē ſubi de ſubiecto: q̄ propoſitio de ipſo predi
cās p̄mā paſſionem eius. Ex auctoritate aūt Ariſt. non
pōt probari ꝙ ſola diffinitio paſſionis mediū ſit demō
ſtrationis. Naꝫ licet dicat primo ꝙ ratio primi termi
ni eſt medium demōſtrationis: dicit tn̄ poſtea ꝙ rō vlti
mi termini eſt mediū ipſius: ⁊ ſi velius ſaluare verūq̄
dictū Ariſt. dicere debemus ꝙ diffinitio que eſt demō
ſtrationis mediū talis eſt ꝙ vna manens eſt ratio paſſi
onis que eſt primo extremū: vtpote: q2 vna manens di
cit quid ſubi ⁊ quid paſſionis: h̄ autem qualiter cōtin
gat alibi haber declarari.

¶ Textus.

¶ Iā igitur manifeſtum ex his quid eſt locus ⁊c.

¶ Lectio. v. ¶ Nō prima.

**Hic poſſet** primo dubitare aliqs qō veruꝫ ſit ꝙ ſi
ſpaciū eēt locus eēnt īfiniti loci. Videt̄ .n.
iſta ratio nihil incōueniēs ꝯcludere. Naꝫ
dato ꝙ ſingulis ꝑtibꝫ totius debeat̄ locus
ex quo tn̄ ꝑtes īfinite ſunt ſolū in potētia: erūt loci infi
niti ſolū in potētia, ꝙ nō videt̄ inconueniens.

**Ad iſtam queſtioneꝫ** dicunt aliqui
ꝙ iſta conuenientia dupliciter verificari poteſt: vno
quidem modo: vt dicatur ꝙ dimenſiones nūquam
ſubintrant dimenſiones niſi diuidant ⁊ ſeperent eas: ſi
cut clauus nō ſubintrat lignū niſi diuidēdo ⁊ ſeparā
do ipſum: ergo ſi locatū ſubintraret totā dimēſionē lo
cantem: ipſam totam diuideret ⁊ ſeparatet: ꝙ contin
gere non poſſet niſi talis dimenſio in infinita diuidere
tur: ⁊ eſſent per conſequens actu infiniti loci. Secūdo
autem h̄ poteſt verificari ſecundum iſtos dicendo ꝙ ſi
locus eſſꝫ talis dimenſio non ſolum ſe applicaret dimē
ſionibus que ſunt in actu: ſed ēt dimēſionibꝫ que ſunt
i potētia. Et q2 iſte ſunt īfinite: eēnt tūc neceſſario ⁊ di
mēſiones locātes īfinite. Sed non videtur mihi iſte de
clarationes dubitationē tollere. Nam pro tāto vna di
mēſio aliā intrādo ipſam diuidit ⁊ ſeꝑat: q2 non pōt ſi
mul ſecū eē. Unde ipſam diuidere bꝫ: vt eaꝫ expellat a
ſpacio in quo ipſa dꝫ fieri. Ex h̄ ergo ꝙ tota ponit̄: ſic
tota penetrādo ſeꝑat: ꝯcludi dꝫ ꝙ ipſaꝫ totaꝫ ꝯſumat
vel expellat: ⁊ non ꝙ ſint īfiniti loci. Quia aūt locus ſi
mul eſt cū locato: ponētes dimēſionē eē locū: ſicut nō di
cerēt ipſam cedere locato: ſic ēt non ꝯcederēt ipſaꝫ a lo
cato: ⁊ per locatum diuidi ⁊ ſeꝑari.

**Unde patet quod** ſecundum iſtam de
clarationem rō phi nihil valeret ꝯtra iſtos. ¶ Scda ēt
declaratio nō videt̄ aliqd̄ incōueniēs ꝯcludere. Nam
dato ꝙ locus attingat nō ſolū dimēſiones que ſunt in
actu: ſed illas ēt que ſunt in potentia: ſi tn̄ eas nō facit
in actu diuiſas: nō ponet ēt nec locos īfinitos diuiſos
in actu: ſed ſolū in potētia: ꝙ vt dictū eſt nullū videtur
incōueniēs. Et idcirco vt videamus quē vigorē ratio
Ariſt. haber contra iſtos: ꝯſiderāduꝫ eſt ꝙ locū ponen
do eſſe ſuperficiem corporis cōtinentis: nō eſt alius lo
cus partis ⁊ totius: ſed idē quia in ſuperficie eadē cor
poris ꝯtinentis eſt totum cū omnibus partibus ſuis: li
cet .n. pars ſi diuideretur a toto haberet in eo ſuperficiē
locātem aliam a ſuperficie in qua locatur totum: pro
pter id qd̄ iſta non eſt in toto concepto: ſed extra totum
conceptum eſt in corpore continente. Sed ſuperficies
locans partem a toto diuiſam non eſt extra totum: ſed
in ipſo toto. Propter id ꝙ in eodem eſt pars ſicut in to
to ante diuiſionem: ⁊ ſicut in loco poſt diuiſioneꝫ: tamē
ſi pars non ſit a toto diuiſa: non hab. bit ſuperficieꝫ ali
quam in toto actu continentem eā: ſed ſolū in potentia
actu autem erit in ſuperficie extrīſeca a toto: in qua ip
ſum totum continetur: vnde patet euidenter ꝙ ponen
do locum eſſe ſuperficiem in eodem loco: quia in ſola ſu
perficie extrinſeci corporis recipitur pars ⁊ totuꝫ: nec
actu ante diuiſionem eſt aliqua ſuperficies in toto que
ſit contentiua partis eius. Sed ſi locus ſit dimenſio ip
ſius ſpacij dicetur neceſſario contrarium. Sicut enim
actu eſt totum ſpacium: ſic etiā actu ſunt per actualita
tem tamen totius ante diuiſionem omnes partes ſpa
cij: ꝙ de ſuperficie manente potentia in continuo nō eſt
dicendum: quia ipſa non eſt pars continui: ſed termi
nus diſtinctiuꝫ eius. Et ſicut totum locatum recipitur
in toto ſpacio: ſic etiaꝫ pars locati actu recipitur in par
te ſpacij: ſicut in loco proprio itaq̄ nec actu nec poten
tia aliquid totius ſecundum hoc ponetur locus par
tis: ſicut contingit: ſi circundans ſuperficies ſit locus
ſed locus partis erit vna pars dimenſionis ſpacij diffe
rens ⁊ diuerſa a dimēſione in qua recipitur totū ſum
ptum

ptũ3 prout pro alijs partibus ſupponit quia propterea dicit Ariſto. ꝙ idẽ faciẽt omnes partes in toto: ꝙ facit omnis aqua in vaſe. Sicut.n. aqua aliam partem ſpacij replet ab ea que repletur per quantitatem vaſis: ſic etiam vna pars aque aliam replet partem ſpacij ab ea quã replet aqua tota pro alijs partibus ſupponẽs. Secundum h̃ itaq3 oẽs partes totius habebunt actu ſuu3 locũ: ⁊ diuerſarũ partiũ erit locus differens ſm actum Et q2 in toto partes inequales ſunt infinite: videt̃ ex h̃ ſequi ꝙ actu ſint infiniti loci. Nõ tñ ex h̃ ſequitur ꝙ ſint actu per actualitatem ꝓpriam: ſed per actualitatẽ totius dimenſionis: ꝙ nõ videt̃ incõueniens: q2 ſic etiã per actualitatem totius ſuperficiei ambiẽtis ſunt infinite ſuperficiei partes. Ut ergo iſta ratio vigorẽ habeat: op3 adiungere ꝙ iſta ſpatij dimenſio ſi realis eſt: neceſſario ipſa etiam ſpatium replebit: q2 non aliunde h3 replere ſpatiũ: niſi q2 corporeã dimẽſionem ponit: ponit aũt ſpatiũ coextẽſum corpori ſcd̃m ſuam profunditatẽ totam de neceſſitate corpoream dimẽſionẽ: propter qđ ſi dimẽſio iſta realis eſt: ipſa3 etiã oportebit locũ ⁊ ſpatiũ replere: ⁊ de h̃ loco: ſi ipſa etiam eſt dimenſio corporea realis: ſimilr̃ dicetur ⁊ ꝓcedetur per conſequens in infinitũ ⁊ erũt ſimul in eodẽ ſitu infiniti loci: vnde Ariſto ad h̃ probãdum adducit ſcd̃am rationem: que eſt h̃ modo cõpletiua prĩe. Ait.n. ꝙ ſi locus eſt dicta dimenſio mouebitur ſcd̃m locum: ⁊ per ꝯñs loci erit locus. Non autem iſta inconuenientia ſecuntur ponendo locum eſſe ſuperficiem: q2 tunc locus non coextendetur locato: ſm ſua3 profunditatẽ totam: vt ſic dici poſſit ꝙ alius eſt actu locus partis ⁊ alius totius: ⁊ ꝙ locus ſit dimenſio corporea. Unde ad h̃ denotãdũ dicit Ariſto. ꝙ nõ eſt alius locus partis ⁊ totius. Non erit ẽt locus per ſe in loco motus: quia ſuperficies nõ eſt per ſe mobilis: ſed omne corpus per ſe exiſtẽs actu per ſe ẽ ſubiꝰ motus. Habet autẽ locus omnimodã immobilitatem: ſicut h̃ inſinuat Ari. ex habitudine ad vniuerſum.

¶ Qõ ſecunda.

Secundo autem propter iſta que dicta ſunt poſſ3 eſſe dubiũ vtrũ locus ſit ſuperficies corporis continentis. Arguit.n. contra h̃ Simplicius ſic dicens: in cõmẽto celi ⁊ mun. Attẽdere oportet quẽ dicat inferiorẽ locũ Ariſt. ſi locus eſt terminus continẽtis: ſm quẽ continet id qđ continetur. Nõ quidẽ.n. ſurſum locꝰ ſit concauum lunaris ſpere: ⁊ quidem h̃ impoſſibile: q2 eius qui ſurſum loci non erit aliquid magis ſurſum: lunaris aũt ſpere multa ſuperiora Quod autem deorſum locus ſi quidem terre ſuperficies: primo quidem non continet ipſa: ſed cõtinetur. Deinde ⁊ quomõ magis deorſum ſuperficie terre ipſa terra videtur: ⁊ omnia grauia. Nam loci qui deorſum inferior aliquis vtiq3 non erit: ſi autem centrum vniuerſi eſt qui deorſum locus: palã ꝙ ⁊ qui ſurſum ꝙ in circuitu: ⁊ non ad h̃ terminus continentis ſcd̃m quem continet id ꝙ continetur: ſcd̃m igitur h̃ que a Simplicio adducuntur contra Ariſto. dicendum videtur ꝙ locus non ſit ſuperficies: ſed ſpatium: ita tamen ꝙ ſpacium non ponat dimenſionem realem: ſicut ſupponit̃ in premiſſis rationibus Ariſto. ſed imaginatũ tantum.

Dicunt ad iſtam qõnem aliqui ꝙ ſpacium eſt locus ⁊ nõ ſuperficies ambientis corporis: propter id ꝙ omni tali ſuperficie ſubtracta ⁊ ſubtracto per impoſſibile omni corpore ambiente: corpore tantum vnico relicto: adhuc tale corpus diceretur alicubi eſſe: ⁊ ita h̃ ꝙ non alibi: conſtat autem tunc non eſſet in determinata parte ſpatij: non igitur ſuperficies ſcd̃m iſtos: ſed ſolum ſpatium eſt locus. ¶ Sed ſi phice ſiue naturaliter loqui volumus nullo mõ pt ſtare h̃ poſitio: cuius declaratio eſt: q2 de ratione loci naturalis eſt non ſolum recipere: ſed etiam ſaluare ſiue conſeruare locatu3 naturaliter ipſi loco competere non poteſt: niſi habeat locatum virtutem aliquam naturale3 ſaluatiuam ⁊ conſeruatiuam locati: virtus autem naturalis: nullo modo eſſe poteſt in eo ꝙ non eſt aliquid ſecundum rem: ſed ſecundum imaginationem tantum eo igr̃ ipſo ꝙ ſpacium dicitur non ponere ſubſtantiam aut dimenſionem aliquam ſcd̃m rem: ſed ſolum ſecundum imaginationem: neceſſarium eſt concedere ꝙ non poſſit eſſe ſubiectum alicuius virtutis naturalis: ⁊ per conſequens oportet ponere ꝙ phyſice loquendo nõ ſit locus: eſt autem virtutis ⁊ qualitatis naturalis aliquod corpus naturale: ⁊ h̃ non ſecundum ſe totum: ſed ſecundum ſuam extremam ſuperficiem eſt receptiuum corporis locati. De neceſſitate igitur phyſice loquendo dicere oportet ꝙ extrema ſuperficies corporis naturalis in qua locatum recipitur primo: ⁊ immediate etia3 in qua eſt virtus ſaluatiua eius: eius ſit locus naturalis. Motiuũ aũt tenentiũ contrarium non valet ſtante enim prefata ſuppoſitione nullus eẽt locus naturalis: nec aliud vnicum corpus eẽt in loco naturali: ſed imaginato: qui tunc imaginatus locus magis diceretur eſſe ſuperficies imaginata ſpatij circundantis tale corpus: quam ipſum ſpatium ab ipſo occupatum.

¶ Ratio etiam Simplicij non valet: nam loco ſimpliciter deorſum non eſt aliquid inferius ꝙ ſit locans: bene tamen poteſt aliquid eſſe inferius ꝙ ſit locatum: q2 locatum inferius eſt loco: ⁊ ipſa quidẽ terra corpus locatum eſt loco: ⁊ ſimpliciter ſurſum non poteſt eſſe aliquod corpus locatum ſuperius: bene tamen eſſe poteſt corpus locans: ⁊ corpus celeſte ꝙ eſt ſupra infimam ſuperficiem lunaris orbis: non habet per ſe rationem locati: ſed locantis: ſicut infra patebit.

¶ Qõ tertia.

Tertio reſtat ſtatim dubitatio habẽs ortum ex predictis modo: conſtat enim ꝙ in viſceribus terre multa ſunt a terra diuerſa: ſicut lapides metalla: ⁊ huius: que ſicut in loco ſunt in ſuperficie terre ambientis: h̃ autem ſuperficies inferior eſt ꝙ vltima ſuperficies aque circundantis terrã: ergo loco infimo erit non ſolum locatum: ſed etiam locans aliquod inferius: ꝙ eſt ꝯtra ſolutionẽ precedentis opinionis.

Ad hoc cõſiderãdum eſt ꝙ duplex eſt diſtinctio locorum: vna ſecũdu ſpeciem: ⁊ alia ſecundum numerum ſub eadem ſpecie: ⁊ prima diſtinctio locorum ſumitur ⁊ attenditur vniuerſaliter: ſecundum diſtinctionem elementorum: quibus per ſe ⁊ primo locus debetur ẽt vniuerſo. Elemẽtata enim ſiue mixta: ſic ſecuntur motu3 elementi predominantis: ſic etiam ſunt in loco elemento predominanti debito: naturaliter loquendo: elemẽta autem quatuor tantum ſũt ſc3 ignis aer aq̃ ⁊ terra: q̃tuor igr̃ tm̃ erũt ẽt ſpẽs locorũ: ⁊ quẽadmodũ ignis eſt ſupremũ elm̃ ⁊ terra infimũ: ſic etiã locus debitꝰ igni eſt locꝰ ſupremus omnium locoꝝ: ⁊ locꝰ debitꝰ terre eſt infimꝰ: ita q̃ locus infimior diuerſus ſpẽ ab ipſo non eſt in vniuerſo: ꝙ ẽt patet diſcurrendo ꝑ conditiones cũctorũ elemẽtorũ. Nã ignis corpꝰ locatũ eſt: non tñ in ſuperficie alicuiꝰ elementi: q2 nullũ elemẽtu3 circundat ipſum: ſ3 locat̃ in ſuperficie cõcaua orbis lune: ⁊ in ſua concaua ſuꝑficie cõtinet aerẽ

quē circūdat naturalr: aer autē circūdat aquā: vñ nō
ſoluȝ ↄtinetur in ↄcaua ſuꝑficie ignis: ſȝ etiā in ſua cō
caua ſuꝑficie ↄtinet aquā. Aqua ꝟo circūdat ēt terraȝ
vnde ſic locatur in ſuꝑficie aeris circūdantis: ꝙ etiam
terrā ↄtinet in ſuꝑficie ſua. Sed terra non circūdat vl
terius aliud elm: nec ↄtinet: ꝛ ꝓpterea locꝰ eius: qui eſt
circūdans ſuperficies aque: ita īfimus eſt ꝙ aliꝰ ab ip
ſo ſpē diuerſus dari non poteſt inferior. Si aūt loqua
mur de ſecunda locoꝝ diſtinctiōe: ſuꝑficiē aque circun
danteȝ terraȝ nō dicemꝰ eſſe infimū locū: q2 ab ipſa vſ
ꝙ ad centrū poterūt accipi ſuperficies terre circūdan
tes aliqd: ꝛ habentes rōnē locoꝛuȝ terreſtrū: tñ ſemꝑ: ſi
cut ꝛ īfima ſuperficies aque: rōnē loci terreſtris habȝ
ꝛ ꝑ hec patet Reſponſio ad argumentum.

¶ Queſtio quarta.

Varto autem ꝓpter mō dicta poſ
ſet eſſe dubiuȝ: vtrum qlibet locus a quo
libet loco differat ſpē: vr. n. ꝙ ſic. Que dif
ferūt forma differūt ſpē: ſed qlibet locus a
quolibet loco differt forma: vtpote ordine ad vniuer
ſuȝ: qui eſt formalis rō loci: igitur quilibȝ locus a quo
libet loco differt ſpecie.

Ad iſtaȝ queſtioneȝ dicenduȝ eſt: ꝙ non
quilibet locus a quolibet loco differt ſpē: ꝙ pȝ tā aucto
ritate ꝙ̄ etiā rōne. Auctoritate qdē: q2 ſm Ari. idem ē lo
cus ꝑtis ꝛ totius. Totiꝰ aūt ignis eſt locus vnus tā ſpē
ꝙ̄ etiaȝ numero. Igiť ꝛ partes eius vnite in toto habe
bunt locuȝ vnū tā numero ꝙ̄ ſpē: diuiſe ꝟo ꝛ retinētes
ſpēm totius: habebūt vnū locum ſpē. ¶ Cōmentator
etiaȝ in pꝛio celi ꝛ mūdi ſic ait. Motus ignis eſſet ideȝ
cum motu aeris: ſi moueretur ad eūdē locuȝ ſpē: q2 mo
tus eſt vnꝰ ſpē: q ad vnuȝ locum ſpē eſt: locus aūt ignis
nēcio differt a loco aeris: ꝛ iō ſi aer pōneť i loco ignis
deſcenderet ad inferiꝰ. Silr eſt de motu aq̄ ꝛ terre. ſ. ꝙ
ſpē differūt in ſe: propter diuerſitatem ſuoꝝ locoꝝ. Ex
iſtis autem ꝟbis cōmen. euidenter apparet ꝙ ſubla
ta idēptitate ſpecifica locorum nālium: tollitur neceſſa
rio idēptitas motuuȝ nālium. Si ergo non poſſent da
ri deorſum duo loci: vel ſurſuȝ eiuſdē ſpeciei: nullo mō
motus deorſuȝ duaruȝ partiuȝ terre eēnt eiuſdem ſpēi
Motus etiaȝ duaruȝ ꝑtiuȝ ignis ad ſurſuȝ neceſſario
ſpē differrēt: ꝙ eſt oīno icōueniēs. Igiť ſaluata ſnia tā
Ari. ꝙ̄ ēt cōmētatoris oīno icōueniēs ē ponere ꝙ qlibȝ
locus a quolibet loco ſpē differat. Apꝑet aūt h idē rōne
nā ſi qlibet locus a quolibet loco ſpē differret: locꝰ in in
diuiſibili cōſiſteret: ꝛ q2 vbi ſignificat eſſe in loco: opoꝛ
teret etiaȝ in indiuiſibili conſiſtere ꝛ vbi: ꝙ videtur om
nino inconueniens.

Ad argumentum ergo in cōtra
riuȝ dicēduȝ eſt: ꝙ differentia in forma indiuiduali: non diuerſifi
cat ſpēm: ſed dr̃ia in forma ſpecifica. Non auteȝ qlibet
locus a quolibet loco differt ordine ſpecifica differētia
ſicut patet de ordine qui debetur vni ꝑti terre: ꝛ de or
dine qui debetur alteri: ſicut enim ille ꝑtes ſunt vnuȝ
in ſpē: ſic etiam ꝛ ordines corrñdentes eis ponunt for
mam loci vnicam ſm ſpēm.

¶ Queſtio quinta.

Vinto poſſet eē dubium
vtruȝ rō lo
ci in indiuiſibili conſiſtat: vr ꝙ ſic quia
rō loci formalis ſumiť ex ordie ad vniuer
ſum. Talis auteȝ ordo in indiuiſibili conſiſtere vr: pro
pter id ꝙ quantacunq; mutatione facta ſtatim de ne
ceſſitate variať ordo. Igiť locꝰ in indiuiſibili ↄſiſtit.

Ad iſtam qōneȝ dicenduȝ eſt: ꝙ nō
conſiſtit in indiui
ſibili: ſed habet magnā latitudinem: huiꝰ autem decla
ratio eſt: q2 indiuiſibile non acqritur ꝑ motum. Si er
go ipſum vbi in indiuiſibili conſiſteret: nullo mō i vbi
eſſet motus. Eo igitur ipſo quo motuȝ veriſſimū ꝛ per
fectiſſimuȝ ponimus in vbi: non ↄſiſtere in indiuiſibi
li: ſȝ magnā latitudineȝ hr̄e: ꝛ q2 vbi nil aliud dicit ꝙ̄
in loco eſſe: īpoſſibile latitudinē hr̄e ipſum niſi in loco
latitudineȝ hn̄te. Manifeſtū igiť eſt ꝙ locꝰ non ↄſiſtit
in īdiuiſibili: ſed magnā hȝ latitudinē. Hoc aūt patet
etiam ex habitudine relationis ad ſuū fundamentum
videmꝰ eni quātā latitudineȝ habet relationis funda
mentuȝ: tātam etiā latitudinē hȝ ꝛ relatio fundata ſu
per ipſum: queadmodū quātā hȝ latitudinē albedo: q
eſt fundamentuȝ ſimilitudinis duorū alboꝝ: tātam la
titudinem etiā dicta ſimilitudo habet. Nūc autē vide
mus ꝙ ordo: q eſt ratio formalis loci: īpoꝛtat relationē
quādaȝ: cuiꝰ fundamentū eſt diſtantia ↄnaturalis ali
cui locato naturali: h autem diſtantia non conſiſtit in
indiuiſibili: ſed magnā hȝ latitudineȝ: ſicut diſtantia
cōnaturalis terre in ſe claudit totā latitudineȝ: q cadit
infra centrū ꝛ ſuperficieȝ aque circundantē terrā. Oȝ
igitur ſilr ꝙ ordo fundatus ſuper eaȝ hēat latitudineȝ
contētiuā diuerſoꝛuȝ graduū ad eādem ſpēm loci natu
ralis ꝑtinentiū: per h igitur pȝ ſolutio ad argumētuȝ
facta eni mutatione qlibet ſecūdū locuȝ: non opȝ ꝙ fi
at tranſitus de ordine vnius ſpeciei ad ordinem alte
rius: ſed ſufficit ꝙ fiat proceſſus de vno gradu ordinis
ad gradum alium ipſius.

¶ Textus.

¶ Eſt aūt ſicut vas locus trāſmutabilis: ſic locus vas
immobile. ꝛc.

¶ Queſtio ſexta.

Exto dubitare poſſȝ ali
qs vtrū
locus ſit imobilis per ſe: ꝛ per accidēs: vr
enim ꝙ nō: q2 locus eſt quoddā accidens.
Accidēs autē quodlȝ neceſſario eſt in ali
quo ſubiecto: ꝛ moueť ad motuȝ ꝓpꝛij ſubi: Igitur lo
cus de neceſſitate mobilis ē ad motū ſubi ſui.

Ad iſtam qōneȝ dicendum eſt ꝙ in
loco: quātū ſpectat
ad preſens: eſt duo accipere: quia ſuperficiē coꝛꝑis am
biētis: que materialr ingreditur rōnem loci: ꝛ ipm or
dinem in vniuerſo: ex quo ſumiť eiꝰ rō formalis. Et ex
pꝛio qdē ipſe locus non habet imobilitatē: quia ſuꝑfi
cies coꝛꝑis naturalis moueť ad motuȝ coꝛpoꝛis i quo
eſt: habet ergo imobilitatē ex ſecundo: vȝ ex ordine vni
uerſi. Talis eni ordo eſt penitus imobilis. Cuius decla
ratio eſt: q2 ordo non dico naturarū ſed ſituū in vniuer
ſo: fundatur ſuper diſtantiā circūferentie ad centruȝ.
Hec āt diſtantia ſemper vna ꝛ eadeȝ manet: ꝓpter id
ꝙ centrum ſemꝑ diſtat equalr a circūferentia ꝛ ecōuer
ſo. Neceſſarium eſt ergo ꝙ ordo etiā ſitualis totius vni
uerſi: ꝛ quelibet ꝑs talis ordinis hēat oīmodā imobili
tatem. Ut autem videať quomodo talis ordo: nō obſtā
te ꝙ eſt accidens: hēat imobilitātē: ↄſiderandū ē ꝙ ac
cidens relatiuuȝ non mutatur: niſi propter mutationē
ſui fundamenti: itaq; ſi ſuum fundamentum vnum ꝛ
idem manet: neceſſarium eſt ꝙ vnum ꝛ idem maneat
ꝛ ipſum. Si vero ſuum fundamentum mutatur: opoꝛ
tet ꝙ ipſum ēt mutetur: queadmoduȝ ſi albedo: que eſt
fundamentum ſimilitudinis duorum alboꝛuȝ: vna nu
mero maneret: etiam coꝛpoꝛe ſtante ſub albedine muta
to in

to in aliud corpus numero: de neceſſitate ipſa etiã ſimilitudo ſuper albedinem fundata rõne vnitatis albedinis in illis diuerſis corporibus vna ⁊ eadem numero maneret: ita ꝙ quantũcũqȝ tunc facta eſſet mutatio in corporibus ſubiectis: ſicut tamen albedo: ſic etiam ⁊ ſimilitudo fundata ſuper ipſam pſiſteret immota. Nũc aũt ſic eſt ꝙ ordo ſitualis vniuerſi iportat relationẽ quãdam fundatam immediate ſuper diſtantiam ad cẽtrũ vel ad circũferẽtiam. Nec in corpore moto vel in ſuperficie corporis moti attendit̃ h ordo niſi inquantũ talis ſuperficies contingitur termino predicte diſtantie in certo ſigno ſpacij ꝙ eſt infra circũferentiã ⁊ centrum ꝙuis non ſemper ſit cõiunctum ſuperficiei eiuſdẽ nalis corporis. Quantũcũqȝ igitur corpora ⁊ ſuperficies ipſorum moueantur circa idẽ ſignũ ſpacij predicti: ex quo tñ illud ſignũ retinet ſemper eãdem diſtantiam ad circũferentiam ⁊ centrũ: que eſt proprie fundamentũ dicti ordinis: neceſſarium eſt ꝙ ordo ille maneat immotus. Nam quãuis accidat ſuperficiei corporis naturalis: non tamẽ eſt accidens eius abſolutum: ſed relatiuũ: ⁊ in ipſa nõ fundat̃ immediate: ſed inquantum contingitur ſigno ſpacij: vt dictum eſt habẽti ſemper eandem diſtantiã ad centrũ. ¶ Si autẽ queratur vtrũ diſtantia imobilitatẽ habeat dicẽdũ ꝙ eã habet ex immobilitate circũferentie ⁊ cẽtri: quorũ eſt accñs talis diſtãtia: vel quorum diſtantie illa diſtantia eſt pars. Ideo enim diſtantia circũferentie ⁊ centri cum omnibus ptibus eius ſuis manet imobilis: qꝛ centrum ſtat ſemper in eodem ſitu: ⁊ ſemper etiam in eodem ſitu ſtat circũferentia: pȝ igitur per ea que dicta ſunt diſſolutio: tã qõnis ꝙ etiam argumenti facti in oppoſitum.

¶ Textus.

¶ Cui quidẽ igitur corpori ineſt aliquid extra corpus continens ipſum ⁊c.

¶ Lectio ſexta. Qõ prima.

Hic primo poſſet eſſe dubiũ vtꝝ vltima ſpera ſit i loco: videtur enim ꝙ non: qꝛ locus eſt ſuperficies corporis ambientis. Nullum autem corpus eſt ambiens vltimam ſperam. Igitur ipſa non eſt in loco.

Ad iſtam qõnem ſimpliciter dicẽdũ eſt ꝙ vltima ſpera eſt in loco: cuius declaratio eſt: qꝛ motus localis ſicut habetur in quinto eſt motus in vbi: queadmodũ motus alterationis eſt motus in qualitate: ⁊ ad qualitatẽ. Nunc aũt ſic eſt ꝙ in quocũqȝ ſubiecto natus eſt eſſe aliquis motus: in eodẽ etiã neceſſario natũ eſt eſſe: ⁊ id ꝙ acquiritur per motũ illum: queadmodum in quocumqȝ eſt eſſe motus alterationis: in eodem etiam nata eſt eſſe: ⁊ ipſa qualitas que acquiritur per alterationẽ ⁊c. pȝ igitur de neceſſitate ꝙ in quocũqȝ inuenit̃ mot⁹ localis in eodẽ inueniat̃ ⁊ vbi: ꝙ dictũ motũ neceſſario conſequitur ⁊ comitatur. Cũ ergo in vltima ſpera inueniatur localis motus: oportet neceſſario ꝙ in ipſa inueniatur etiam ⁊ vbi: vbi autem ſignificat in loco eſſe infallibiliter ergo concluditur ꝙ vltima ſpera aliquo modo vnus eſt in loco.

Ad argumentum ergo dicẽ eſt ꝙ oẽ hñs corpus ambiẽs pȝ ꝙ ſeqꝫ ſe eẽ i loco: vltia aũt ſpera: ⁊ ſi nõ ſit i loco per ſe: eſt tñ in loco per accidens.

¶ Textus.

¶ Et alia quidem per ſe ſunt: vt omne corpus aut ſm loci mutationem ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.



Sed tunc ſecundo reſtat qõ vtrũ vltima ſpera ſit per ſe i loco: videtur enim ꝙ ſic: qꝛ ꝙ per ſe mouet̃ localiter eſt per ſe in loco: ſicut ꝙ per ſe alteratur eſt neceſſario per ſe quale: ſed vltima ſpera per ſe ⁊ non per accidẽs localiter mouetur igitur per ſe ⁊ non per accidens eſt in loco. ¶ In contrariũ autem eſt ꝙ Ariſto. dicit ꝙ anima ⁊ celum ſunt in loco per accidens.

Ad iſtam qõnem dicẽ eſt ꝙ locũ poſſumus dupliciter accipere: vno qdẽ modo ſcdm omnia que cõcurrũt ad rõnẽ eius: ⁊ ſic per ſe nihil eſt in loco niſi ꝙ hȝ extra ſe corpus ambiens ipſum: vnde h modo vltima ſpera non eſt per ſe in loco. Alio aũt modo locum poſſum⁹ accipere quantũ ad partẽ aliquã eoꝝ que cõcurrũt ad rationem eius. Et tunc adh dupliciter ſcdm duo que ad rationẽ eius maxime concurrũt: quorũ vnũ eſt formale in loco: ⁊ reliquum materiale: formaliter autẽ locus videtur nihil aliud eſſe ꝙ ordo determinatus in vniuerſo corporeo: cui⁹ declaratio eſt: qꝛ ꝙ diu mobile manet in eodem ordine ad vniuerſum dicit̃ manere ſimpliciter in vno ⁊ eodẽ loco: ſtatim autem cum mutat ordinẽ dicitur mutare etiam ⁊ locum. Unde ſi nauis in flumine ligata ſtet fixa in eodem ordine ad vniuerſũ: quantumcũqȝ ſuperficies aque continentis nauim mutetur propter vnitatẽ tñ ordinis dicetur manere ſimplr in vno ⁊ eodem loco. Si autem ipſa nauis ſimul cũ ſuperficie vna cõtinentis aque tranſeat de vno ordine ad alium: quantũcũqȝ tunc nauis maneat in vna ⁊ eadẽ ſuperficie aque continentis: nihilominus tñ propter mutationẽ ordinis: dicetur ſimplr mutaſſe locũ: h autem ſignũ ſatis ſufficiẽs vr ad oñdẽdum ꝙ talis ordo formaliter ſit locus. Quia. n. forma dat eẽ ⁊ non mã: propter aliã: ⁊ aliam formam ſpecificã: eſt ꝙ ſit aliud ⁊ aliud eſſe ſpecificũ: ⁊ propter aliam ⁊ aliam formam numeralem: ⁊ non ppter mãm. Ex his aũt euidẽter concluditur ꝙ cuicũqȝ ſecũdũ ſe totũ per ſe debetur ordo determinatus in vniuerſo corporei et per ſe debet̃ locus formalr ſumptus: ⁊ per ſe ſibi debetur vbi: prout ſignificat eſſe in loco taliter accepto. Quia igitur vltima ſpera per ſe eſt in ordine determinato vniuerſi corporei: opȝ neceſſario ꝙ ei per ſe debeatur id ꝙ eſt formaliter locus: ⁊ ſimiliter etiam ipſum vbi taliter acceptum: vnde ⁊ dicim⁹ ꝙ vltima ſpera ſcdm ſe totã manet ſemper in vno ⁊ eodẽ vbi realiter. Partes vero eius non manent realiter in eodem vbi: ſed durãte motu fiunt continue in alio ⁊ alio vbi: ſicut etiã fiunt in alio ⁊ alio ordine: locus autẽ materialiter ſumptus eſt ipſa ſuperficies ambientis corporis: ⁊ qꝛ vltimã ſperã nõ circũdat aliquod corpus ſequitur ꝙ ipſa in loco ſic ſumpto non ſit per ſe: ſed ſolũmodo per accidens.

Ad argumentum ergo in contrarium dicẽ eſt ꝙ illud ꝙ ſic mouetur localr ꝙ tranſit de ordine ad ordinem illud per ſe eſt in loco et mãliter ſumpto. Quod vero per motũ localem ordinẽ realiter non mutat: ſufficit ꝙ ſit per ſe in loco formaliter accepto: ⁊ ſic ſe habet vltima ſpera.

¶ Queſtio tertia.

Tertio poſſet eſſe dubiũ vtꝝ in loco materialiter accepto in quo vltima ſpera eſt per accidens ipſa ſit actu vel potentia. Videtur enim ꝙ actu: quia ꝙ actu mouetur ſe. ſcdm locum: actu eſt in loco: vltima autem ſpera actu mouet̃ ſecundum locum: igitur ipſa actu eſt in loco.

**Ad iſtam qónem** dicendum eſt ꝙ in loco materialiter ſumpto nõ eſt actu: ſed potentia: ipſa vltima ſpera. Hoc autez patet ex nobilitate ſue nature: ſicut tangit Thomas in lectione iſta. ❡ Eſt enim vltima ſpera corpus ſupremũ inter omnia corpora: ſicut in ordine ſitus ſic etiaz in ordine nature: propter qđ inter omnia corpora debet maxime accedere ad vniformitatez: que in ſubſtãtijs ſpiritualibus inuenit̃. Subſtãtia aũt ſpiritualis: nec actu: nec potentia: eſt in ſuperficie corporis ambiẽtis: propter quod nihil ambitur a corpore niſi corpus: corpora vero que ſunt infra vltimam ſperam que magis q̃ ipſa recedũt a ſpiritualibꝰ ſubſtãtijs: nõ ſolũ potẽtia: ſed etiaz actu ſunt in ſuperficie ambiẽtis corporis: quãuis accidat ꝙ corpus circulare nõ ſit in loco: igitur ipſa vltima ſpera nõ ſolũ per accidẽs nõ erit in tali loco: ſed etiaz nõ actu: ſicut nec ſpirituales ſubſtãtie: q̃ tamẽ deficit ab eis erit in tali loco in potẽtia: nõ reducibili ſecundũ rem ad actum: ſed ſecũdũ imaginationez tãtum: propter id ꝙ ipſa nõ eſt receptiua ratiõe ſue nobilitatis peregrinarum impreſſionum. Eſt autem attẽdẽdum ꝙ cum dicimus vltimam ſperaz per aliud: ſic eſſe in loco in potẽtia: nõ h̄ ideo dicimus: quia id rationecuius ponitur taliter in loco: nõ habeat actu corpus circũdãs ipſum: ſed qꝛ ſuperficies per quam attingit̃ ab ipſo: ⁊ que eſt locus materialis acceptus nõ eſt actu/ ſed potẽtia mõ qui dictus eſt. Unde ⁊ Ariſto. ad denotãdũ ꝙ vltima ſpera eſt in tali loco ſolum in materia reſumpſit h̄ ꝙ dixerat ſuperius: ſcilicet ꝙ quedaz ſunt in loco actu: ⁊ quedã ſunt in potẽtia.

**Ad argumentum** ergo in cõtrarium dicẽduz eſt ꝙ ad h̄ vt aliquid dicatur localiter moueri motu circulari ſufficit ꝙ ſit actu in loco formaliter accepto: ſic aũt ſe habet vltima ſpera: vt ſupradictũ eſt.

❡ Qõ quarta.

**Quarto poſſet** aliquis dubitare vtrũ vltima ſpera i loco materialiter ſũpto poſſit dici eſſe ratione partium: videtur enim ꝙ nõ: quia ratione partium vltima ſpera nõ mouet̃ localiter: ſed per ſe: igit̃ ratiõe partiũ nõ eſt dicẽda eẽ i loco materialiter accepto.

**Ad iſtam qónem** dicunt aliqui ꝙ vltia ſpera non eſt ponẽda rõne partium in loco: h̄ autez tripliciter oſtẽdũt. ❡ Primo quidẽ: quia ordo partium in toto eſt differẽtia quãtitatis. Ordo aũt partium in loco eſt predicamẽtũ ꝙ eſt ſitus. Aſſignare igit̃ locũ alicui ex ordine ptiũ i toto eſt ignorare quomodo differt poſitio que eſt predicamẽtũ a poſitione que eſt differẽtia quãtitatis. ❡ Secũdo aũt idẽ ſic oſtẽdũt. Quelibet ſpecie pars eſt ſemper eiuſdem ſpecici partibꝰ copulata manẽs in eodẽ ordine ad omnes partes. Si ergo vltime ſpere debet̃ locus ex ordine partiũ: cũ q̃tum ad hunc ordinem: nec tota ſpera mutet̃: nec aliqua partiũ ipſius: ſequetur ꝙ ipſa: nec ratiõe ſui: nec ratiõe partium in loco moueat̃ ꝙ eſt aperte cõtra ſenſibilia. ❡ Tertio vero idẽ oſtẽdũt qꝛ cũ partes vltime ſpere ſint in loco in potẽtia nõ reducibili ad actum: niſi per imaginationem: ſi rõne ipſarũ vltima ſpera eſt in loco: ſequet̃ ⁊ ꝙ ſit i loco i poᵃ: ⁊ ꝙ ſit i loco imaginato tãtũ: quoꝝ vtrũq; falſum eſt. Iſtis ergo rationibus conãtur aliqui oſtẽdere ꝙ vltima ſpera nõ ſit in loco ratione partiuz.

**Sed quod iſta** opinio ſit falſa de facili oſtẽdit̃ tam ratione q̃ etiam auctoritate. Auctoritate quidem h̄ oſtenditur qꝛ Ariſt. h̄ dicit ꝙ partes celi in loco quodã omnes ſũt. Si aũt dicat̃ ꝙ per partes celi ipſe itelligit orbes: oportet tũc oſtẽdere quomodo ſaluatis verbis Ari. vltima ſpera ſit in loco. Nõ enim dici poteſt ꝙ ſpere iferiores ex eo aſſignãtur in loco: qꝛ habite ſunt a ſpera ſuperioruz: ſi ſpera ſuprema: ſic non ſit habita ⁊ contenta ab alia ſpera: eſt tamen in loco per centrum: h̄ enim per ipſa verba Ariſt. oſtenditur eſſe ꝯtra mẽtẽ eius. Cũ enim dixiſſet ꝙ partes celi in loco quodã ſunt omnes: ſtatim ſeipſum declarãs adiecit in eo eni ꝙ circulariter ſũt cõtinet alia aliã: h̄ aũt nullo modo ſaluari poteſt. Si autẽ partes celi ſole ſpere intelligũtur. Eſt. n. vltima ſpera de talibus partibus celi: nec continet̃ ab alia ſpera: cũ tamẽ Ariſt. dicat partes celi nõ quaſdã: ſed oẽs: ideo eſſe in loco: qꝛ in eo ꝙ circulariter ſunt cõtinet alia aliaz. Sed itaq; ꝙ h̄ itelligat̃ nõ ſolũ de partibꝰ celi que ſpere dicũtur: ſed etiã de partibus ipſaꝝ ſperaꝝ: que circulariter accepte oẽs in loco ſic ſũt ꝙ vna cõtinet̃ ab alia ⁊ per cõſequẽs ratione ſuaruz partium ſpera quelibet ſit in loco. Sic igitur per auctoritatem Ariſt. patet ꝙ vltima ſpera eſt in loco rõne partiũ. ❡ Ulterius aũt idẽ apparet triplici ẽt ratiõe ad preſens. Et prima quidem ratio ſumit̃ ex cauſa propter quã alicui per ſe cõpetit in loco eſſe. Dictũ eſt. n. ⁊ eſt ſentẽtia ⁊ verbuz phyloſophi ꝙ tota cauſa propter quã aliquid eſt per ſe in loco eſt: qꝛ habet extra ſe corpus ꝯtinẽs ipſum. Non aũt quelibet pars ſecũdũ circulũ accepta in ſpera habet extra ſe corpus: qꝛ aliam partem eiuſdem ſpere a qua ſicut ab ambiẽte ⁊ circũdãte eſt habita ⁊ cõtẽta: igitur omnes partes ipſius vltime ſpere in eo ꝙ circulariter ſunt ſm̃ ſe i loco ſunt. Et qꝛ ꝙ cõuenit partibus attribuit̃ toti rõne partiũ: vt ſupra Ariſto. oſtendit: ſequitur de neceſſitate ꝙ vltima ſpera dicatur eſſe i loco rõne ptiũ.

**Secunda autem rõ** ad idem ſumit̃ ex motu locali. Dictum eſt enim pluries: ⁊ verum eſt: ꝙ locus etiã materialiter ſumptus ſecũduz ſe debet̃ omni ei ꝙ ſic localiter mouetur ꝙ realiter tranſit de loco ad locuz formaliter ſumẽdo locũ. Cõſtat aũt ꝙ ſicut ſol qui q̃doq; eſt in oriẽte quãdoq; in occidẽte trãſit ſecũdũ rem de loco ad locũ: ſic etiã ⁊ oĩs pars in ſpera ſecũdũ circuluz accepta: igitur omnes partes ipſiꝰ ſpere ſecũduz ſe ſũt in loco materialiter accepto: ⁊ per ꝯñs ratione ipſaruz tota ſpera eſt in loco.

**Tertia vero ratio** ſumitur ad idẽ ex cauſa ꝓpter quã vltima ſpera ſecũduz ſe totam nõ ponitur in loco: Nã inter alias iſta cauſa eſt: qꝛ ipſa ĩfra ſuum ambitũ reliqua corpora concludit: ꝙ ſi nõ faceret ſecũduz ſe totam exiſteret in loco. Nunc autem ſic eſt ꝙ nulla partium ipſius habet ſic naturalem ambitum ꝙ infra ipſũ omnia reliqua corpora concludat. Igitur omnes partes vltime ſpere ſecũdũ ſe ſũt in loco: m̃aliter accepto: ⁊ per conſequens tota ſpera ratione ipſarũ eſt in loco. ❡ Hoc aũt ſic intelligẽduz eſt: qꝛ corpus corpori per ſuperficiem mediam continuatur: pars aũt corporis corpus eſt. Igit̃ vna pars corporis ſperici alteri parti eiuſdem continuatur per ſuperficiem mediam. Superficies autem corporis ambientis eſt materialiter locus: ⁊ cum ipſa fuerit vnum alteri continuans: non continuans habebit rationem locantis in actu. Cum autẽ vnũ fuerit alteri continuãs: erit locus in potẽtia: ⁊ ſic ſe habet ſuperficies partium corporis celeſtis. Unde tales partes ſunt ſecũdũ h̄ in h̄ loco ſolum in potentia: propter qđ Ariſto. volens oſtendere: quomodo celum ſit in loco

loco pretermittit ꝙ partes dum ſunt continue ſunt in loco potẽtia. Et ꝙ h̄ potentia nõ eſt reducibilis ad actũ ſecũdũ rem: ſed ſecũdũ imaginationem tm̃: atteſtat̃ nobilitati corporis celeſtis: vt ſupra dictũ fuit. Nunc tamen ideo concedẽdũ eſt ꝙ talis ſuperficies ſolũ mathematbica imaginata: niſi ibi accipiat̃: vt i actu. Eo tamen modo quo ibi eſt realis ⁊ naturalis eſt: q2 ſuperficies cõtinuans partes reales ⁊ naturales corporis realis ⁊ naturalis eſt: vnde patet debilitas tertij motiui.

¶ Primũ autem motiuũ vel ex malitia vel ex ignorantia procedit. Non enim ponendo vltimam ſperam in loco ratiõe partiũ: aſſignamus ei locuʒ ex ordine partium in toto ſimpliciter: ſed poti⁹: ſi ſic loq liceat: ex ordine partiũ in toto ſumpto reſpectu ordinis determinati in vniuerſo: qui ordo formaliter eſt locus. ¶ Scdʒ etiã motiuũ eſt valderude. Nam ex ordine partium adinuicem vltime ſpere nõ aſſignat̃ locus: nec formaliter ſũptus: qa ſic ille ordo nõ eſt locus: ſed ordo ad vniuerſuʒ nec ſũptus materialiter: qa ſic dicit̃ ibi locus nõ ordo: ſed illa ſuperficies per quã partes continuant̃ adinuicem: ⁊ quãuis qdem partes a talibus ſuperficieb⁹ non remoueant̃: nihilominus tñ dicũtur mutare locum: q2 non manẽt ſemper in eodẽ ordine ad vniuerſum.

**Ad argumentum** autem primũ dicendũ eſt ꝙ nõ ratione ſui totius: ſed ſuaꝝ partiũ vltima ſpera ꝑ motũ circularẽ tranſit ſecũdũ rem de ordine ad ordinẽ ⁊ ideo dicit Ariſto. ꝙ partiũ eſt h̄ motus ⁊ h̄ locus materialis. ſ. q debet̃ ſpere propter dictũ motũ.

¶ Qõ quinta.

**QVinto poſſet** dubitat̃ aliquis vtruʒ cõuenienter dicat̃ vltima ſpera eſſe in loco per centrum. Videtur enim ꝙ ſic: quia centrum eſt aliquid ipſius ſpere: ⁊ eſt in loco poteſt autem res dici in loco eſſe propter id ꝙ aliquid ſui eſt in loco: igitur vltima ſpera conuenienter poni poteſt in loco eſſe per centrum.

**Ad iſtam qõnem** dicũt aliqui ꝙ vltima ſpera ẽ in loco per centrũ: h̄ aũt triplici ratione oſtendũt quaꝝ prima eſt. Quia eo modo mobili aſſignandũ eſt: quo ei cõpetit motus localis. Que ergo mouentur in aliquo debent poni in loco: q2 ſũt in aliquo ꝙ eſt locus ipſoꝝ ⁊ que mouentur circa aliquid debent habere locum: nõ quia ſint in aliquo: ſed quia ſunt circa aliquid: vltima aũt ſpera mouet̃ circa terrã. Igit̃ ẽ i loco ꝙ eſt terre.

**Secũda autem rõ** ipſorum eſt: q2 impoſſibile eſt intelligere motũ localẽ: niſi intelligat̃ aliqd immobile quia locus vult qd immobile eſſe: vt ſupra declaratuʒ fuit: vltima aũt ſpera habet immobilitatem ex fixione terre vel cẽtri. Igit̃ eſt in loco per terrã vel cẽtrum.

**Tertia autem rõ** ipſorum eadem eſt: q2 cuilibet mobiliter attribuendus eſt locus ꝙ per totum motũ localẽ ipſum mobile aliqualiter locum mutet: h̄ autẽ ſaluatur in motu locali ipſius ſpere propter terram. Naʒ in h̄ motu ptes ſperales vadũt ↄtinue reſpiciẽdo alias ⁊ alias partes terre. Tota etiã ſpera vadit continue reſpiciendo totaʒ terrã ſub alia ⁊ alia diſpõne: igit̃ ipſa eſt in loco rõne terre. h̄ ſunt motiua tenẽtium ꝙ vltima ſpa ſit in loco per centrum.

**Sed quod iſta opinio** non ſit conueniens triplici ratione ad preſens oſtendi poteſt. Et prima quidem ſumitur ex habitudine ad locum eius ꝙ eſt in loco per ſe: ⁊ eius ꝙ eſt in loco per aliud. Nam h̄ duo non habent habitudinẽ ad duos locos: ſed ad vnũ ⁊ eundeʒ: idem eñi locus eſt quem reſpicit per ſe ipſum id ꝙ eſt per ſe i loco: ⁊ quẽ reſpicit ipſo mediãte id ꝙ eſt i loco per ipſum: ex hoc autem ſequitur ꝙ cuʒ querit̃ de eo ꝙ eſt in loco per accidens vbi ſit. Reſponderi debet ꝙ eſt in loco illius rõne cuius ipſum ponit̃ in loco eſſe. Si ergo vltima ſpera eſt in loco per terrã vel per cẽtrũ ad qõnẽ qua queritur de ipſa ſpera vbi ſit cõuenientiſſime reſpondebit̃ ꝙ ipſa ibi eſt vbi eſt terra vel centrum. Cum igitur illa reſpõſio ſit penitus abſurda: ⁊ illa qua dicit̃ ꝙ eſt ibi vbi ſunt omnes partes eius ſit velud rationabilis: concluditur euidenter ꝙ ridiculoſuʒ eſt ponere vltimam ſperam eſſe in loco per centrum: ⁊ valde rationabile ponere ipſam in loco eẽ per partes.

**Secunda ratio** poteſt ſumi ad idem ex habitudine ipſius terre ad vltimã ſperam: habet eñi ſe ad ipſaʒ: ſicut locatũ ad locans: eſt aũt omnino inconueniens ꝙ locans tiue remotum ſiue propinquuʒ ſit in loco ratione eius: ⁊ per id ꝙ locatur in ipſo: quemadmodum terra: ſicut dictũ eſt ad minus tanꝗ in locante remoto eſt in vltima ſpera: patet ꝙ omnino inrationabile eſt ponere ipſam vltimã ſperã eẽ in loco per terram.

**Tertia ratio** ad idẽ ſumit̃ ex habitudine forme ad materiam: h̄ enim duo ita ſe hñt ꝙ ſi deberent concurrere ad ↄſtituenduʒ aliquid vnũ non debent abinuiceʒ diſiũcta eſſe: ſed ſic vnita ꝙ vbi ponit̃ vnum ibi ſtatim ponat̃ ⁊ reliquum. Secũdũ aũt ꝙ ſupra dictũ fuit ad locũ cõcurrit formaliter ordo: ⁊ materialiter ſuperficies corporis ambiẽtis. Si ergo h̄ duo concurrere debent ad locũ celeſtẽ conſtituendũ: neceſſariũ eſt ꝙ vbi eſt ordo qui celo reſponderet: ibi ſit etiam ſuperficies ordini ſubiecta atꝗ vnita ordo autem qui debetur vltime ſpere non eſt in centro: ſed in circũferentia ſoluʒ: igitur in circũferentia ⁊ non in centro debet eſſe ſuperficies: que dicto ordini vnita conſtituit locum celeſtem: nulla autem talis ſuperficies huius loci conſtitutiua cum ordine ibi accipi poteſt niſi illa tantum que partes ſpere habet inuicem copulare: nullo igitur modo ratione centri: ſed ſolum ratiõe ſuarum partium vltia ſpera dicenda eſt eſſe in loco.

¶ Motiua autem tenentium contrarium ex ignorantia artis ſillogizandi procedunt. Non enim ſecundum veritatem concludunt ꝙ vltia ſpera ſit in loco per terram vel per centrum: ſed ꝙ terra vel centrum ſit locus ipſius: ꝙ non ſolum ſm Tho. eſt falſum: ſed etiam ſcdʒ eos verum eſt autem neꝗ h̄ ſufficienter concludunt: q2 eñi vltima ſpera circa centrũ ⁊ reliqua corpora mouet̃ oportet ꝙ locus eius formaliter ſumptus ſit non centrũ vel aliquod illorum corporum: ſed ordo q circa centrũ ⁊ omnia corpora illa attenditur: vt puta in ſitu circũferentie. Unde patet ꝙ primum motiuuʒ non concludit. ¶ Ex fixione autem centri ſpera habet immobilitateʒ quia centro fixo manente remanet vltima ſpera in eodem ordine: ⁊ in eodẽ per cõſequens loco: qui tamen ordo non eſt ordo centri: ſed circũferentie: vnde ſecunduʒ etiam motiuum non valet. ¶ Tertiũ autem procedit ex puris affirmatiuis in ſecunda figura: dicitur eñi in ipſo ꝙ mobile per totum ſuũ localem motum debet diuerſum vel diuerſimode reſpicere locum: vltima vero ſpera per totum ſuũ motũ diuerſimode reſpicit terraʒ ⁊ partes eius: h̄ autem eſt diſpoſitio ſecunde figure: vnde euidenter apparet ꝙ ipſum procedit ex ignorantia artis ſillogizandi.

Ad argumetum autem primuꝫ dicēdū ē ꝙ ⁊ ſi centꝝ aliquo modo dici poſſit aliquid ipſius ſpere:eſt tamen diſiunctum ⁊ ſeparatum ab ea: ⁊ ideo per ipſum ipſa ſpera non eſt dicenda eſſe in loco: quemadmodū etiam materia: que aliquo modo eſt aliquid ipſius anime tā quā eius perfectibile:exiſtente in loco non dicitur propter ipſaꝫ anima ſeparata ab ea in loco eſſe; ⁊ ſi ħ dici poſſit de anima ſibi coniuncta.

¶ Textus.

¶ Manifeſtuꝫ aūt ex his:quoniā ⁊ dubitationes oēs ſoluūtur ſic vtriqꝫ dicto loco ⁊c.

¶ Lectio ſeptima. ¶ Qō prima.

Hic primo poſſet aliqs dubitare vtrum ſit neceſſe locum cum locato augeri:videtur enim ꝙ non:quia corpus creſcens occupat maiorē ſuperficiem: ⁊ plus habet de ordine q̄ prius: vnde videtur locus creſcere ⁊ decreſcere creſcente ⁊ decreſcente locato.

Ad iſtam qōnem dicenduꝫ eſt ꝙ locum ponendo eſſe dimenſionem corpoream realem:dilatata ⁊ creſcente concauitate:que eſt infra latera continentis dilatabitur ⁊ creſcet illa realis dimenſio que ponitur in dicta concauitate:precipue:ſi in ipſam non ingrediatꝛ alia realis dimēſio:nec eſſe poſſit ſine tali dimenſione. Sed ſi locum ſumamus ſm̄ Ariſtoti. ſententiam dicemus ꝙ quantū eſt ratione ſuperficiei q̄ ponit mobilitatem habet: ⁊ creſcere ⁊ decreſcere poteſt:quia ſuperficies corporis naturalis mutantur ⁊ creſcunt dicto corpore mutato ⁊ creſcente ⁊ decreſcente. Ratione autem ordinis locus non augetur nec mouetur:ſed alia mouētur circa ipſum:cū eniꝫ creſcit corpus: ⁊ ſi habeat plus de ordine q̄ prius:non tamen ħ ideo eſt: quia ordo quē prius habebat extenſione ⁊ mutatione ſui creuerit: ſꝫ qꝛ remoto ⁊ nō mutato ħ ordine corpus creſcēs accipit aliam partem ordinis:non que tunc generetur:ſed que prius erat: coniūcta manens corpori: ꝙ ab ipſa expellitur per crementū alterius:vnde optime dictuꝫ eſt ꝙ ita ſumēdo locū ipſe manet imobilis: ⁊ alia mouentꝛ circa ipſuꝫ: ⁊ per ħ pꝫ reſpōſio ad argumentum.

¶ Textus.

¶ Et fertur igitur in ſui ipſius locum ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

Secundo poſſet q̄ri quomodo q̄ ſimul ſunt apta nata ſunt impaſſibilia:videtur enim ħ eſſe falſum: quia contraria abinuicem patiuntur:terra autem que ſimul eſt cū vltimo aque: ⁊ aqua:contrarietatem habet igitur ſunt abinuicem paſſibilia.

Ad iſtam qōnem dicendum eſt ꝙ corpus locatum alteriꝰ poteſt conſiderari dupl'r: vno quideꝫ modo ſecūduꝫ ꝙ eſt ſibi contrarium virtute: ⁊ ſic tranſmutat ipſuꝫ a ſua natura: Alio autem modo ſumi poteſt ſecūdū ꝙ in vltio eius eſt virtus generatiua: ⁊ per conſequens ſaluatiua ⁊ conſeruatiua alterius: ⁊ ſic ipſū non tranſmutat:ſed perficit ⁊ conſeruat:nam in infima ſuperficie orbis lune:eſt virtus generatiua ⁊ ſaluatiua ignis diuiſa ab orbe que per cōtinuationē elongationis a dicta ſuperficie:paulatiꝫ debilitatur donec deficiat: ⁊ ponatur virtus generatiua ⁊ conſeruatiua aeris: in ſitu autem in quo fit iſtud eſt infima ſuperficies ignis: ⁊ ſuprema ſuperficies aeris. Unde pro tanto dicimus ꝙ in īfima ſuꝑficie ignis: que eſt locus aeris eſt ichoata virtus generatiua ⁊ ſaluatiua per conſequens: ⁊ eodē modo eſt de aere reſpectu aque: ⁊ ď aqua reſpectu terre: vnde ſecundum ħ iſta ſimul ſe compatiuntur: nec poſſunt ſe ħ modo corrumpere: ⁊ idcirco Ariſto. ſignanter non dixit ſimpliciter ꝙ iſta impaſſibilia ſunt: ſed dixit ꝙ ſimul apta nata īpaſſibilia: ⁊ ſic pꝫ rn̄ſio ad argumētū.

¶ Textus.

¶ Et manet igitur natura in ꝓprio loco vnūqdqꝫ.

¶ Qō tertia.

Tertio queritur vtruꝫ locatuꝫ ſit ſic̄ pars loci: videtꝛ eniꝫ ꝙ non:quia pars eſt aliquid de quātitate totius: ſed locatū nō eſt aliqd de q̄titate ipſius loci.

Ad iſtam qōnem dicendum eſt ꝙ ⁊ ſi nō in omnibus:in aliquo tamen eſt ſimile de locato ⁊ loco forma ⁊ materia parte ⁊ toto: pars enim ignis a toto diuiſa debilitationem: ⁊ per conſequens imperfectionem contrahit in ſua virtute:propter id qđ virtus diuiſa debilior eſt q̄ vnita: vt dicitur in libro de cauſis: ⁊ ſic tunc eſt in potentia ad vnionem cum toto:ſic etiaꝫ eſt in potentia ad vigorationem: ⁊ perfectionem ſue virtutis: ħ auteꝫ idem inuenimus in locato in comparatione ad locum naturalem. Nam locatum poſitum extra locum in quo eſt virtus nālis gn̄atiua ⁊ ſaluatiua ipſius:contrahit debilitatem ⁊ imperfectioneꝫ ſue virtutis: ⁊ quemadmoduꝫ tunc eſt in potentia ad vnionem cuꝫ loco: ſic eſt in potētia ad fortificationem: ⁊ perfectionem virtutis ſue: ⁊ pro tanto dicitur eſſe: vt pars: ħ auteꝫ vnio ⁊ materia diſiuncta a forma imperfecta eſt: ⁊ perfectionē habet in potentia: q̄ tunc accipit in actu: quādo actu vnitur ⁊ coniungitur: forme que eſt actus ⁊ perfectio eius ⁊ per hanc cauſam mā mouetur naturaliter ad formā ⁊ quietatur per eam: ⁊ locatū mouetur nāliter ad ſuuꝫ locū: ⁊ quieſcit i ipſo: ⁊ pars naturaliter mouetꝛ ad ſuū totū: ⁊ in ipſo etiam quietatur.

¶ Textus.

¶ Eodem autem modo accipiendum phyſici eſſe conſiderare de vacuo ⁊c.

¶ Lectio octaua. ¶ Qō prima.

Hic circa vacuum poſſet eē dubitatio vtrum de ipſo debeat determinare naturalis: videtur enim ꝙ non: quia ſm̄ cōmentatorē nō eſt differentia inter vacuuꝫ ⁊ corpus mathematicū cuꝫ vtrūqꝫ ſit tres dimenſiones abſtracte a materia. Cuꝫ ergo de corpore mathematico debeat determinare geometra ⁊ non naturalis videtur ꝙ etiā de vacuo determinare ſpectet ad geometram ⁊ non ad naturalem.

Ad iſtā qōnem dicendū eſt ꝙ de vacuo naturalis phyloſophus determinare debet: cuius ratio eſt: quia vacuum: ſicut infra dicetur: non queritꝛ maxime niſi propter motū. Que aūt propter motū maxime ponuntur determinanda ſunt a phyſico:qꝛ ſolū ſecūdū ſe determinat de motu: igitur phyloſophus naturalis tractatum debet facere de vacuo. ¶ Et preterea eiuſdeꝫ ſcientie eſt đterminare de aliquo veritatē: ⁊ excludere falſitates circa ipſuꝫ contingentes. Quia igitꝛ ad naturalem pertinet veritatē đterminare de loco:oportet ꝙ pertineat etiam ad ipſum deſtruere falſa que contingūt circa ipſuꝫ fuit auteꝫ multorum opinio ꝙ vacuum ſit locus. Quia vtriqꝫ falſitas huius opinionis nō poteſt perfecte declarari

rari niſi de vacuo determinetur: apparet euidenter ꝙ ad phyloſophum naturalē ptinet de vacuo deteriare.

**Ad argumentum** ergo in contrariū dicendum eſt ꝙ dato vacuū ſecunduz rem non differre a corpore mathematico: q2 tamen non querebatur niſi pp motuz: pp quem non queritur corpus mathematicum ſic ſimpliciter acceptū: de ipſo agere dz naturalis.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo poſſet** eſſe dubium vtruz commenta. dictum ꝙ ait vacui ad corpus mathematicū non eſſe differentiā habeat veritatem: videtur enim ꝙ non: q2 que adinuicem differentiam non habēt de inuicez poſſunt pdicari. Sic autez non ſe habēt corpus mathematicū ⁊ vacuū. Non eni videtur verum eſſe dicere ꝙ corpus mathematicū eſt vacuū: falſum igitur eſt ꝙ vacui ad corpus mathematicū non ſit differentia.

**Ad iſtam queſtionem** dicendum eſt ꝙ ſecundū rem non videtur vacuū a corpore mathematico differre: Naz corpus mathematicū trinā dimēſionem ponit: nec refert ad rōnē eius vtruz trina dimēſio ſit realis vel imaginatiua tantū: quia in vtraqꝫ reſeruatur ratio corporis mathematici: verū eſt autez ꝙ magis cōplere imaginata reſeruatur: propter id ꝙ abſtrahit ſecūdū ſuaz rationem a qualitatibꝰ ſenſibilibꝰ a quibus tamen non eſt actu ſeiuncta dimenſio realis ſed imaginata ſic. Uacuū autem ſi ponatur de neceſſitate trinaz dimenſionem ponit; ⁊ ſi non realē ad minus tamen imaginatā ⁊ ſeiunctaz a ſenſibilibus qualitatibus: quia vacuum nullam qualitatem ſenſibilem habet. Secundū h igitur vacuū rem aliam non videtur ponere a corpore mathematico. Et pro tanto forte commentator dixit ꝙ non eſt differentia inter vacuuz ⁊ corpus mathematicū. Attendenduz tamen eſt ꝙ ⁊ ſi vacuū non videatur ſecunduz rem a corpore mathematico differre: bene tamen ab ipſo differt ſecundū rationez: ſicut.n. infra dicetur de ratione vacui eſt ꝙ ſit ſpaciū receptiuū corporis naturalis vel realis: ꝙ tamē nō eſt de ratiōe corporis mathematici: vnde pz euidēter ꝙ corpus mathematicū ⁊ vacuū ſecūdū rōnez differunt.

**Et per hoc** patet reſpōſio ad argumentū. Sufficit enim ad h ꝙ aliqua non poſſint vere pdicari de ſe inuicē ponere ꝙ ipſa differant ſecundū rationem.

¶ Textus.

¶ Aliȷ qdez igit̄ tentantes monſtrare: q2 non eſt ⁊c.

¶ Qō tertia.

**TErtio poſſet** dubitare aliquis verum vera ſit opinio dicentiuz extra celū eē vacuū: videtur enim ꝙ ſic: q2 vbicūqꝫ poteſt eſſe corpus ⁊ non eſt ibi eſt vacuū: extra celū aūt non eſt corpus eſſe tn̄ poteſt: q2 deꝰ poſſet ibi corpus facere: igit̄ extra celū eſt vacuum.

**Ad iſtā qōnem** dōz eſt ꝙ extra celuz nō eſt vacuū: cuiꝰ rō ē: q2 vacuū ponit corpis carētiaz cū nāli tamē aptitudine ad ipſuz: quemadmodū cecū ponit carentiam virtutis viſiue cū naturali tamen aptitudine ad eam. Uidemus eniz ꝙ ſi aliquid ſit non habens viſuz nec habens naturalem aptitudinem ad ipſum: non dicitur cecum ſicut lapis non vocat̄ cecus ꝙuis carentiā habeat ipſius viſus. Ulteriꝰ etiā ſi aliquid ſit ꝙ viſu careat naturaliter: ⁊ per conſequens ad ipſuz naturalez aptitudinem non habeat: quantumcūqꝫ ſibi ſupernaturaliter poſſet dari viſus: non tn̄ idcirco cecuz diceretur: quemadmodū talpa viſu caret: nec habet naturalē aptitudinē ad ipſuz: quāuis deus poſſit ipſuz ſibi dare: ⁊ tamē cū h toto non proprie vocatur ceca. Cōſimiliter ergo in propoſito: q2 vacuū dicit corporis carentiā cū naturali aptitudine ad ipſuz quantūcūqꝫ extra celū ſit corporis carentia: ⁊ quantūcūqꝫ etiā per virtutez ſupernaturalem: ſicut per virtutem diuinam: poſſit ibi corpus fieri q2 tn̄ non eſt ibi ad corpus naturalis aptitudo: propter id ꝙ nullū corpus pōt ibi eſſe eēntialiter non eſt dicendum ibi eſſe vacuū. Ex h aūt apparet ꝙ friuolū ſit dcm̄ cōmentatoris. Ait eni ꝙ ſi totus mūdus eſt productus poſtꝙ non fuerat: ſequetur vacuū fuiſſe ante productionem mūdi. Nā ante productionē mūdi erat quidē corpoꝝ carentia: ſed ſine naturali aptitudine ad habendū ipſa: ⁊ q2 h aptitudo naturalis nō ante corpoꝝ poſitionē: ſed inſimul cū corporibus fuit poſita in actu: apparet euidenter ꝙ quantūcūqꝫ ponamus mūdū non fuiſſe ab eterno: non tamē idcirco cogimur ponere: quia vacuū aliqn̄ preceſſerit: ⁊ per h pz rn̄ſio ad argumentū.

¶ Textus.

¶ Igit̄ hoc nō opz monſtrare: q2 eſt aliquid aer ⁊c.

¶ Qō quarta.

**QUarto poſſet** dubitare forte aliquis verū etiā opinio dicentiū ꝙ vacuū exigitur: vt faciat diſtinctionē in corporibus poſſit continere veritatez: videtur.n. ꝙ ſic quia ſi inter ſuperficiem aque ⁊ ſuperficiem aeris: nullum ſpaciū eſt mediū: neceſſariū erit ꝙ in eadem ſuperficie imaginatiua ſpatij ſint due ſuperficies: ⁊ ſuperficies aeris ⁊ ſuperficies aque: ⁊ pari ratiōe in vnica linea ipſiꝰ ſpatij eēnt ſimul due linee: ⁊ per ꝯſequēs inter duo puncta nō erit tantū vna linea: ſed plures: ꝙ eſt falſuz ſecūdū ſuppōnes mathematicorum.

**Ad iſtam qōnem** ſimpliciter dicēdū eſt ꝙ ad h vt corpora ſint realiter diuiſa ⁊ non continua non exigit̄ vacuū vlluz inter ipſa. Naz ⁊ ipſa ratio cogit euidenter ponere inter aliqua corpora ſpacium vacuū non eē que tamen ſunt realiter diuiſa: ſicut apparet de aere ⁊ de aqua: que ſunt corpora humida ⁊ fluxibilia propter habitudinem ſuam. Nam ſi ſpatium aliquod poneretur inter aquam ⁊ terraz: aqua per ſuam humiditatez circūfluens verſus terram flueret in id ſpaciuz ⁊ ipſuz neceſſario occuparet ⁊ impleret. Similiter etiam ptingeret ſi inter aerem ⁊ aquam ſpatiū tale poneret̄. Unde euidenter ipſa fluxibilitas taliū corporuz dat nobis intelligere ꝙ talia corpora intra ſe ſpacium vacuuz nullum eſſe patiuntur: ⁊ tn̄ conſtat ꝙ ipſa non ſunt realiter continua ſunt autem contigua: quia contigua ſunt quorum vltima ⁊ ſi diuerſa ſint: ſunt tamen ſimul. Cōtinua vero ſunt quoꝝ vltima ſūt vnū: vltima autē dictorum corpoꝝ non ſunt vnum: ſed ſunt ſimul: vnde contigua ſunt dicta corpora ⁊ non continua.

**Ad argumentum** in contrariuz dicendum eſt ꝙ ſicut in vna linea imaginata ſpatij ſūt ſimul plures linee reales: ſic etiaz in vno pūcto imaginato ſpatij ſūt ſimul plura puncta realia: q2 alia ſecundū rem ſunt pūcta aeris ⁊ alia ipſius aque: dicemus ergo ſecundū h ꝙ inter duo puncta tantum cadit tantuz vna linea: quia inter duo puncta imaginata ſpatij cadit tantū vna linea imaginata ſpatij. Inter duo vero puncta realia

aeris cadit tantuꝫ vna realis linea ipſius aeris. Inter
duo etiā puncta aque realia non cadit niſi tantuꝫ vna
linea realis aque. Quomodo autem puncta ſupra inui
cem poſita poſſint diuerſa remanere in ſequētibus deo
dante oſtendetur.

¶ Textus.

¶ Ad quale aſit ſe habeat oportet accipere quid ſigni-
ficet nomen ⁊c.

¶ Lectio nona. ¶ Dō prima.

Hic poſſet eſſe dubium vtruꝫ ve
rum ſit ꝙ vbi nihil
eſt vacuum ſit. Videtur eniꝫ ꝙ ſic: quia
vbi nihil eſt corpus ibi non eſt: ſed vbi non
eſt corpus: videt̄ ⁊ vacuum eſſe: igitur vbi
nihil eſt vacuum eſt.

Ad iſtam q̄ōnem dicendum eſt ꝙ
vbi nihil eſt nō
neceſſarium eſt eſſe vacuum: quia vacuuꝫ eſt locus cor
pore priuatus: locus autem corpore priuatus natus eſt
habere corpus: ſed non habet: vnde de ratione vacui eſt
vt ſupra dictum fuit: ꝙ ponat carentiaꝫ corporis cum
aptitudine ad ipſum. Si ergo alicubi nihil ſit: nec
aptum natum ſit ibi eē corpus: ibi nullo modo ponen
dum erit eſſe vacuū. Si etiam in loco aliquo ſit aliquid
ſed nō corpus cuiuſmodi eſt ſubſtātia ſpiritualis. Nō
propter h̄ locus ille dicetur eſſe plenus: id eni tantuꝫ lo
cum implet proprie ꝙ ſecum in ipſo corpus aliquod re
cipere non poteſt: ſubſtantia autem ſpiritualis poſita
alicubi nō prohibet quin corpus etiaꝫ ꝙ eſt aliud ab ip
ſa inſimul ſit ibi. Unde patet euidenter ꝙ non habet lo
cus ꝙ ſit plenus ex quocunq̄ poſito in ipſo: ⁊ conſimili
etiam modo non habet vacuum eſſe in aliquo ex h̄ ſo-
lum ꝙ in ipſo nihil eſt. ¶ Duo igitur habemus ſecūdū
h̄ ex dictis: vnum quidem ꝙ non neceſſario ſit vacuum
illud in quo nihil eſt. Aliud vero ꝙ non reddatur locus
plenus ex quocunq̄ poſito in ipō: ex dictis patet reſpon
ſio ad argumentum.

¶ Textus.

¶ Videtur autem vacuū locus eſſe in quo nihil eſt ⁊c.

¶ Dō ſecunda.

Secundo poſſet eſſe du-
biuꝫ vtꝝ
ſit vacuum vbi non eſt corpus tangibile:
videtur enim ꝙ ſic: quia vbi non eſt corpus
tangibile ibi nullum corpus eſt: propter id
quod oē corpus eſt tangibile contactu dimenſiuo: qui
eſt ꝓprius contactus: ſed vbi nullū corpus eſt ibi vide
tur eſſe vacuum.

Ad iſtam q̄ōnem eſt dicendum ꝙ
tangibile quan-
tuꝫ ad preſens ſpectat poteſt accipi dupliciter: vno qui
dem modo ſecundum ꝙ dicitur tāgibile id ꝙ eſt perce-
ptibile per ſenſum tactus: ſenſu autem tactus percipi
non poteſt quod qualitates tangibiles non habet. Et
quia corpus celeſte denudatum eſt ab iſtis qualitatibꝰ
patet ꝙ ipſum non eſt tangibile h̄ modo: Alio autē mo
do tangibile dici conſueuit oē id ꝙ tangitur ⁊ contingi
tur ab alio contactu dimenſiuo: ⁊ h̄ modo omne corpus
eſt tangibile. Nam corpora celeſtia: ⁊ ſe mutuo contin-
gunt h̄ contactu: continguntur ēt taliter ab alijs: queꝫ
admodum orbis lune contingitur ab igne. Siue auteꝫ
tangibile ſumatur primo modo ſiue etiam ſecundo: pa
tet ꝙ non oportet eſſe vacuum vbi corpus tangibile nō
eſt. Nam ſi primo modo tangibile ſumendo vacuuꝫ di
ceret̄ id ꝙ corpus tāgibile nō hꝫ: cū ſpaciū corpoꝝ cele
ſtiū: corpꝰ h̄ mō tāgibile nō hēat: oporteret dicı̄ ſpaciū
plenū celeſtibꝰ corporibꝰ eē vacuū ꝙ eſt euidēter falſuꝫ.
Si ēt ſecūdo mō tāgibile ſumat̄ adhuc vbi eſt carētia cor
poris tāgibilis nō opꝫ eē vacuū. Nā punctum non hꝫ
corpus tangibile: nec modo primo nec ſecūdo modo tā
gibilitatis: nec tamen ipſum dici poteſt vacuum: vt di
citur in littera. Ut ergo nos breuiter expediamꝰ: ⁊ de
h̄: ⁊ de alijs queſtionibus que fieri poſſunt de ſignifica
tione vacui: conſiderandum eſt ꝙ vacuum proprie vide
tur dicere ſpacium corpore priuatum. Sicut enim lo-
cus ex h̄ dicitur plenus ꝙ ſpacium totum poſitum per
concauitatem eius eſt occupatuꝫ corpore: ſic etiaꝫ opor
tet ꝙ ideo vacuum dicat̄: quia idem ſpacium intelligi
tur eſſe corpore priuatum: quemadmodum ſi concaui-
tas vaſis ꝙ aſſimilatur loco ſit occupata per aquaꝫ di
cetur vas plenū eē. Si autē ſit priuata corpore dicetur
vas ipſum eſſe vacuum: Per hoc autem ꝙ dicitur pri-
uatum corpore dantur intelligi duo: quia corporis
carentia ⁊ aptitudo ad recipiendum corpus. Quemad
modum eni priuatio formarum in ſubiecto ponit carē
tiam earum ⁊ aptitudinem ad ipſas: ſic etiaꝫ priuatio
corporuꝫ ponit in ſpacio corporum carentiaꝫ ⁊ aptitu
dinem ad recipienduꝫ ipſa: ita ꝙ vbi talis aptitudo nō
eſt non eſt dicenda eſſe corporum priuatio: nec per con
ſequens vacuum: ſed tantum corporum abſentia. Di-
co autem ſignanter ꝙ vacuum eſt ſpacium corpore pri
uatum: ⁊ non locus corpore priuatus: quia locus cir-
cundans ⁊ continens non debetur naturaliter corpori
bus: cum tamen vniuerſaliter corporibus cunctis de-
beatur ſpacium replere: ⁊ tū qꝛ vacuum antiqui quere
bant tanquam locum dicere ſecundum eos ſimpliciter
vt videtur debemus ꝙ vacuū eſt locus corp̄e priuatus.

¶ Textus.

¶ Omnino autem: ⁊ que eſt de augmēto ratio: ⁊ in ci
nerem diffuſe aque ⁊c.

¶ Dō tertia.

Tertio poſſet eſſe du
bium: quomodo ratio de augmento ⁊ cine
re impedit ſeipſam.

Ad quod dicendum eſt
ꝙ pro tanto ſeipſam impedire dicitur: quia concludit
etiam contra ipſos arguentes qui pro ſe adducunt ip-
ſam. Quia quelibet pars aucti eſt aucta: ſicut dicitur
in primo de generatione: ⁊ alimentū ingrediens: vt an
tiquis videbatur: facit augmentum: ꝙ cum ſit corpus
videtur ingredi non ad plenum: ſed ad vacuum: conſe
qui videtur ꝙ nulla pars in toto ꝙ augetur aliquaꝫ po
nat plenitudinem: ſed magis ꝙ partes omnes in ipſo
ponant omnimodam vacuitatem. Idem etiam vide-
tur concludere: ⁊ argumentū de cinere. Naꝫ aut cinis
aliquid ponit implēs ſpaciū: aut nihil. Quod ſi ponit
aliquid implens ſpacium: neceſſario per eius poſitio-
nē in vaſe ſpatium implenduꝫ minus remanebit: ⁊ per
conſequens non ſtabit tanta aqua in minori ſpacio
quanta in maiori: ſi ergo tanta ſtat cum cinere quanta
ſine cinere: videtur ꝙ cinis nihil impleat de ſpacio: ꝙ
eſſe non poſſet niſi cinis nihil poneret de quātitate cor
poris: h̄ autem eſt falſum: etiam ſecundum ponentes c
poris: h̄ autem eſt falſum etiam ſecundum ponentes ar
ſe vacuum. Et idcirco dicit Ariſto. ꝙ iſti pro ſe non ar
guunt: ſed volunt cōmunem dubitationem ſoluere: ſol
uitur autem communiter dubitatio de cinere per h̄ ꝙ
ipſe aduſtus, permanens: ⁊ ſiccus corrumpit ⁊ ſepara
re facit aliquid de aqua: que eſt humida ⁊ frigida. Cu
ius ſignum eſt: quia qui vellet inde aquam poſtmoduꝫ
extrahere non poſſet tantam inde accipere quantam
ibi viſum

diuiſum fuerat intrare.

**Argumentum** vero de augmento ſoluitur: quia non fit augmentum ſimpliciter per ingreſſum: ſed per conuerſionē corporis augentis in corpus ꝙ augetur: ſicut declarari habet in libro de generatione.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem non eſt vacuū ſic diuiſum ⁊c.

¶ Lectio decima. ¶ Q̄ō prima.

**Hic poſſet dubitare** aliquis vtrum ſuppoſito ꝙ eſſet vacuū ibi poſſet eſſe motus naturalis. Videtur enim ꝙ ſic: quia ſuppoſito impediente poteſt mobile naturaliter ad locū tendere: multo magis videtur ꝙ hoc poſſit ſi impediens tollatur: plenū autem rationem impedientis habet quam tamen vacuum habere non videtur. Quia igitur per plenum poteſt mobile ad ſuum locum naturaliter moueri: videtur ꝙ multo magis moueri poſſit etiam per vacuum.

**Ad iſtam q̄onem** dicendū eſt ꝙ motus naturalis poſito vndiqꝫ vacuo non poteſt fieri in ipſo. ¶ Ad cuius intelligentiam conſiderandum eſt ꝙ motus naturalis ſecundum locum: cuiuſmodi eſt motus grauium ⁊ leuium de neceſſitate tollitur: ſi tollatur influentia primi mobilis: ſicut alibi habet declarari: h̄ autem influentia de neceſſitate tollitur: ſi vndiqꝫ circa corpus ꝙ moueri debet vacuum ponatur: vtputa ſi lapis ſit qui moueri debeat: ⁊ ſpacium vacuum ſit ꝙ vndiqꝫ circa ipſum eſt. Quia enim influentia primi mobilis ad corp⁹ inferius pertingere non poteſt niſi aliquo corpore deferente mediante: ex quo lapis non corpus: ſed vacuū vndiqꝫ haberet: nullo modo poſſet ad ipſum influentia primi mobilis pertingere. Quia igitur ſine tali influētia eſſe non poteſt motus grauium ⁊ leuium patet euidenter ꝙ poſito vndiqꝫ vacuo nō poſſꝫ eſſe mot⁹ nālis.

**Hoc autem multo** magis ſequitur ſi ponat̄ totaliter vacuum: ita vꝫ ꝙ ipſum celum etiam tollatur quia tunc non ſolum tolleretur primi mobilis influentia: ſed etiam diuerſitas ⁊ diſtinctio naturalium locorū qualis eſt illa que eſt inter ſurſum ⁊ deorſum. Non enim tunc eſſet vnum dicendum naturaliter magis ſurſum vel deorſum ꝙ̄ alterum: ſed ſolum forte quo ad nos. Sublata autem diuerſitate natura ſurſum a deorſum: neceſſarium eſt ꝙ tollatur motus leuium qui eſt ad ſurſum tantum: ⁊ etiam motus grauium qui eſt tantum ad deorſum. Eſt autem h̄ diligenter attendendum ꝙ per h̄ valde ſufficienter excludit̄ opinio phyloſophorum antiquorum: qui ponebant vacuum propter localē motum. Motus enim naturalis pro tanto eſt magis ad vnum locum ꝙ̄ alium: quia in ipſo virtus ⁊ qualitas naturalis in corpore aliquo ē ſicut in ſb̄o. Apparet euidenter ꝙ motus naturalis non eſt ad aliquem locū propter vacuum ꝙ ſit in ipſo: ſed magis propter determinatum plenum.

**Ad argumetum** ergo in contrarium dicendum eſt ꝙ ⁊ ſi plenū vno modo ſit impediens: quia tamen per ipſum differunt influentia primi mobilis: ⁊ alia mobilia: motus naturalis in ipſo eſſe poteſt: qui tamen non eſſet in vacuo propter ſublationem dicte influentie.

¶ Textus.

¶ Amplius ſi eſt vacuum aliquid velut locus priuatus corpore ⁊c.

¶ Q̄ō ſecunda.

**Secundo poſſet eſſe** dubium vtrum in vacuo: ſi poneretur: eſſe poſſet motus animalis: videtur enim ꝙ non: quia vt aliqualiter tactum eſt: ſublata primi motus influentia: neceſſarium eſt ꝙ tollatur omnis motus alius: quia omnis motus primi mobilis eſt cauſa omnis motus. Igitur in vacuo non poterit eſſe etiam motus animalis.

**Ad iſtam queſtionem** dicendum eſt ꝙ animalia in h̄ differunt a grauibus ⁊ leuibus: q2 grauia ⁊ leuia non habet in ſeipſis mouendi neqꝫ faciendi principium: ſed patiendi ſolum: vt dicitur in octauo phyſicorum. Animalia vero habent in ſeipſis principium actiuum ſui motus: vnde ⁊ pro tanto h̄ dicuntur moueri ex ſeipſis. Alia vero dicuntur moueri a generante tantum. Animalia que ex ſe mouentur vbicūqꝫ ponantur ſiue medio exiſtente pleno ſiue vacuo ponitur vna cum eis principium actiuum ⁊ paſſiuum ſui motus. Et quia poſito principio motus actiuo ⁊ paſſiuo poteſt poni motus: patet ꝙ ſi animalia ſaluari poſſent medio exiſtente vacuo: poſſet ⁊ etiam ſaluari: ⁊ motus localis ipſorū animalium.

**Propter argumentum** autem factum in contrarium conſiderandū eſt ꝙ animalia naturaliter loquendo non poſſunt ſine influentia primi mobilis ſaluari. Et quia talis influentia tollitur per vacuū: patet ꝙ animalia naturaliter in vacuo viuere non poſſunt: ad ſublationem autem animaliū ponitur neceſſario ſublatio mot⁹ animalis: ſicut ſublato ſubiecto neceſſe eſt ꝙ tollatur accidens. Motus autē primi mobilis: q2 cauſalitatē habet ſupra animal neceſſe eſt etiā ꝙ cauſalitatē habeat ſupra virtutem eius motiuam: ⁊ ſupra motum propriū ipſius. Sed ſi abſqꝫ cauſalitate dicta animal in vacuo poſſet cōſeruari: ⁊ conſeruari etiam poſſꝫ ſine ipſa ⁊ virtus motiua ⁊ motus animalis. Nam non obſtante falſitate antecedentis poteſt condictionalis vera eſſe: vnde patet defectus argumenti.

¶ Textus.

¶ Amplius nunc quidem proiecta mouentur proiectore non tangente.

¶ Q̄ō tertia.

**Tertio poſſet** eſſe dubium vtrum mot⁹ proiectionis poſſit in vacuo ſaluari: videtur enim ꝙ ſic: quia ſi eſſet ibi hō poſſet lapidem in manu tenere: ⁊ ipſum etiam a ſe reijcere ꝙ ſine motu proiectionis non ſaluatur.

**Ad iſtam queſtionem** dicendum eſt ꝙ in vacuo ſi eſſet non ſaluaretur proiectionis motus: cuius ratio eſt: quia motus proiectionis non deficit: niſi propter defectum virtutis: ſicut etiam non remittitur: niſi propter virtutis debilitationem: virtus autem impreſſa a proijciente non debilitatur: niſi propter reſiſtentiam alicuius ꝙ reſiſtendo habet debilitare ipſam. Talis autem reſiſtentia: nullo modo ponitur in vacuo: propter id ꝙ vacuū nihil poſitiue dicit: ⁊ ꝙ non eſt aliquid poſitiue non poteſt per ſe alicui reſiſtere: nunꝙ̄ ergo in vacuo debilitaretur virtus impreſſa a proijciente: nec per pn̄s vnꝙ̄ remitteretur piectiōis motus. Si ergo eſſet talis motus in vacuo eſſet ſemper

eque intenſus nec vnq̄ finiretur q̄ eſt impoſſibile: igitur impoſſibile eſt motū proiectiōis in vacuo ſaluari. ¶ Alia autē ratio eiuſdem eſt: q̄ motus proiectionis ſaluari non poteſt ſine aliquo habente ratione moti ⁊ mouentis: q̄ oportet ſemper cum proiecto eſſe inſimul vel vnū ⁊ idē numero: vel diuerſum: ſicut domino cōcedente oſtendet in. 8. Quia igitur h̄ tollitur per poſitionē vacui: patet q̄ tollitur: ⁊ per proiectionis motū has autem duas rationes ponit phs in littera.

**Ad argumenum** ergo factū in cōtrarium dicendum eſt q̄ ſi eſſet aīal in vacuo poſſet ad motū ſue manus mouere lapidem manui coniunctū: ⁊ poſſet ipſū mouere velocius ⁊ tardius. Statim autē cum manū extendendo ⁊ ad ſe retrahendo lapidem dimitteret: ipſe lapis in illo ſigno ſpatij in quo dimitteret̄ ſiſteret imotus: per hoc aūt nō ponitur ſed tollit̄ mot⁹ ꝓiectiōis.

¶ Textus.

¶ Amplius aūt ⁊ ex his manifeſtū eſt qḋ dicitur ⁊c.

¶ Lectio. xj. ¶ Qō prima.

**H**Ic primo poſſet dubitare aliquis vtrū tota cauſa quare requiritur tempus in motu ſit plenitudo medij: videtur enim q̄ ſic: quia phyloſophus h̄ dicit q̄ proportio motuum in velocitate eſt ſecundū proportionem mediorum in ſubtilitate: ita q̄ ſecundum h̄ ſi eſſet mediū vacuū motus ibi in inſtanti fieret.

**Ad iſtam qōnem** dicunt aliqui q̄ ſūt duplicia mobilia: quia quedā ſunt que mouent ſeipſa: ſicut de animalibus apparet: ⁊ quedam que mouentur a generante: ſicut ſunt grauia ⁊ leuia. Differentia autē inter iſta eſt: q̄ q̄ mouent̄ ex ſe mouent̄ nō tm̄ ad vnā differentiā poſitionis ſed ad plures: quia aīal non poteſt moueri tantū ſurſum vel tantū deorſum: ſed ſurſum ⁊ deorſū aū ⁊ retro. Grauia vero ⁊ leuia cū habent formā grauitatis aut leuitatis actu: ita determinate reſpiciunt vnam differentiā poſitionis q̄ non aliam: quemadmodum corpus actu graue ita inclinat̄ ad deorſum q̄ non ad ſurſū. Et ꝓpterea: q̄ de ſe determinate habet q̄ ſit deorſū non eſt adhoc eſſentialiter in potentia: ſed accidētaliter: q̄ ratione medij detinentis ⁊ prohibentis ipſum actu exiſtere deorſum: propter qḋ ſi mediū prohibens tollatur ſtatī vel ſubito deorſū fiet: in motu igit̄ grauiū ⁊ leuiū que determinata ſunt ad vnā differentiā poſitionis: tempus non requiritur niſi propter impedimentum medij. In motu vero eorum que ex ſe mouent̄: quia non ſunt talia determinata ad vnam poſitionis differentiā: aliud tempus exigitur q̄ ex medij impedimento.

**Sed iſta poſitio** non eſt omnino conueniens. Quod enī ē de ratione alicuius: non eſt ponendū exigi ad ipſum propter aliquid extrinſecum: ſed propter ipſum met: ſiue propter eius eſſentiam ⁊ naturam. Eſt autem de ratione tranſitionis cuiuſcūq̄ corporis de loco ad locū q̄ ſit motus: quia de ratione motus eſt: q̄ ꝯtinuū qḋdā ſucceſſiuū ſit: de cuius ratione eſt q̄ fiat in tēpore continuo. De ratione igitur tranſitus cuiuſcūq̄ corporis de loco ad locū eſt q̄ in tempore fiat. Non eſt igitur ponendū q̄ ſi ſibi conueniat propter medij plenitudinē: nec ēt q̄ ab ipſo auferatur propter ſublationē talis plenitudinis. Nam ⁊ ſi diligenter h̄ poſitio conſideratur: apte inuenitur ponere contradictoria. Supponit enī q̄ trāſitus corporis de loco ad locū fiat medio non pleno exiſtente: ⁊ cū hoc ponit q̄ fiat in non tempore. Hoc autē non eſt aliudq̄ tranſitū corporis non fieri propter id q̄ de ratione eius eſt: vt in tempore fiat: ſicut predictū eſt. Ponit ergo talis poſitio q̄ tranſitus corporis in medio non pleno fiat: ⁊ non fiat: q̄ eſt ponere contradictoria: h̄ autē magis clare patebit ex ſequentibus. Nō autē ipſorū eſt omnino friuola. Nam dato q̄ impedimentū medij faciat: vt ſit de ratione motus: q̄ in tēpore fiat: dicemus tamen h̄ impedimentū non conſurgere ex ſola eius plenitudine: ſed etiam ex diſtantia extremoꝝ: que attenditur in ipſo. Eſt enī impoſſibile q̄ corpus in eodē inſtanti ſit ſecundū ſe totū in medio: ⁊ in extremo ſpatij: vnde ⁊ per nullā virtutē poteſt fieri vt vnū ⁊ idem numero corpus ſit localiter in diuerſis locis: quia igitur h̄ diſtātia extremoꝝ non tollitur per poſitionē vacui: patet euidēter q̄ ꝑ ipm ēt nō tollit̄ oē impedimentū medij.

**Ad aliud autem** q̄ dicitur de phyloſopho dicendū eſt q̄ ratio ſua procedit contra phyloſophos antiquos idēſt qui ponebant totam reſiſtētiā in motu locali prouenire ex plenitudine medij: ſicut etiā iſti ponūt demo tu grauiū ⁊ leuium.

¶ Qō ſecunda.

**S**Ecundo poſſet eſſe dubiū vtrū quantitas ſpatij faciat: vt tēpus in motu exigatur: videtur enī q̄ non: quia ſpatiū non habet q̄ reſiſtat niſi extrinſeco poſitiuo: propter id q̄ reſiſtere eſt quoddam agere: vacuū autem tollit talē poſitionem: tollit ergo rationem reſiſtentie: ⁊ per conſequens quantumcūq̄ ſit motus in ipſo fiet in non tēpore. Non ergo propter ſolā quantitatem ſpatij tēpus reqritur in motu.

**Ad iſtam qōnem** dicunt aliqui q̄ quantitas ſpatij nihil de ſe facit ad h̄ q̄ motus ſit in tempore. Ratio autē ipſoꝝ ē: q̄ nos videm⁹ q̄ cā quare tēpus requirit̄ in motu materie ad formā non eſt quantitas materie ſed eſt diſpoſitio ꝯtraria: que eſt in ipſa: vnde ⁊ videm⁹ q̄ ſi nullā habeat contrariā diſpoſitionem ad formā inducendam: ſubito tranſmutabitur ad ipſā: ſicut patet in illuminatione aeris: que ſubito fit in parua ⁊ magna quantitate aeris. Sicut ergo in motu ad formā nō requiritur tempus ratione quantitatis materie: ſed propter contrariā eius diſpoſitionem: ſic etiam in motu grauiū ⁊ leuium non eſt ponendū q̄ tempus requiratur propter quantitatem ſpatij: ſed propter reſiſtentiam ipſius medij: precipue q̄ mot⁹ localis minus q̄ alij motus habet de trāſmutatione mobilis.

**Sed quod hec omnia** puerilia ſint de facili apparet. Et vt per ea que ipſi pro ſe aſſumunt eorū dicta repellamus: conſiderandū eſt ſꝫ q̄ diximus in qōnib⁹ diſputatis in determinatione huius queſtionis: q̄ ſicut in tranſmutatione materie ad formā eo ipſo inuenitur reſiſtētia ad agens: quo ipſius materie inexiſtit aliqua diſpoſitio oppoſita ⁊ repugnans diſpoſitioni inducende per virtutem agentis: ſic neceſſario oportet q̄ in trāſmutatione mobilis ad locum eo ipſo ad virtutem motiuam reſiſtentia inueniatur: quo ipſi mobili inexiſtit aliqua diſpō oppoſita ⁊ repugnās diſpōni inducēde per localē eius tranſmutationē. Non autē ita eſt q̄ diſpoſitio que directe acqritur per localē motū in ipſo mobili eſt vbi: vnde pro tanto motus localis dicit̄ motus in vbi. Illa etiā diſpō que abijcit̄ eſt vbi oppoſitum

ſtū ⁊ repugnās vbi inducēdo: cuius oppōnis rō eſt: q2 illa dicuntur neceſſario ſibi inuicem oppoſita ⁊ repugnantia: que non poſſunt ſimul: ſed viciſſim tantum eſſe in eodē. Illa vero vbi q̄ proueniūt ex diuerſis partibus ſpacij poſſunt quidem viciſſim nunquā tamen ſimul eſſe in eodem mobili. Non enim eſt poſſibile vnū ⁊ idem mobile ſimul habere duo vbi: ſicut non eſt poſſibile vnum ⁊ idem locatum ſimul eſſe in duabus partibus ſpacij vel in duobus locis. Op3 igiṫ ꝙ talia vbi q̄ ex diuerſis partibus ſpacij proueniunt ſint ſibi inuicē oppoſita ⁊ repugnantia: ⁊ per conſequens neceſſarium eſt ꝙ tranſmutatione mobilis ad locum eo ipſo inueniatur reſiſtentia ad virtutem motiuam: quo ipſum mobile itelligitur eſſe in alia parte ſpatij: q̄ in illa ad quā debet procedere per potentiam motiuam. Nunc autē ita eſt ꝙ trāſmutatione materie ad formam: vt iſti etiam pro ſe aſſumpſerant: requiritur de neceſſitate tempus: propter reſiſtentiā prouenientem ex diſpoſitione inexiſtente materie: ⁊ tanto requiritur maius tempus quanto fuerit maior diſtantia huius diſpoſitionis ad diſpoſitionem inducendam cui repugnat. Conſimiliter ergo dicere oportet ꝙ in traſmutatione mobilis ad locū: requiritur de neceſſitate tempus propter reſiſtentiam prouenientem ex vbi inexiſtente ipſi mobili oppoſito vbi inducendo per localē tranſmutationem ⁊ tanto maius quanto fuerit maior diſtantia locorum aliis exiſtentibus equalibus. Quod autem hec diſtantia ſit maior aut minor non prouenit niſi ex quantitate ſpatij neceſſarium itaq3 habēt confiteri ſcd̄m veritatē ea que ipſi pro ſe aſſumunt: ꝙ quantitas ſpatij faciat ad h̄: vt tempus maius vel minus in motu locali requiratur. Quod autem ipſi dicunt motum localem minus ponere de tranſmutatione mobilis non eſt pro eis: hoc enim ideo contingit: quia non acquiritur per ipſum forma tante realitatis: ſicut acquiritur per ip̄os alios motus ſed hoc non ſequitur ꝙ ipſe poſſit ſubito fieri niſi in ipſo mobili: vt ſit vbi repugnās ad vbi inducendū: quēadmodū etiā tranſmutatio mãe ad formam non hab3 ꝙ fiat ſubito niſi in materia non ſit diſpoſitio ⁊ forma contraria ad formam inducendam ſicut ipſi dicunt.

**Ad argumentum** ergo dicendū ē ꝙ in ſpacio vacuo non eſſet ad virtutem motiuam reſiſtentia proueniens ex repugnantia vbi abiciendi ad vbi acquirendū ſicut diffuſe declarauimus.

¶ Qō tertia.

**Tertio ad maiorem** dictorum declarationē dubitaret forte aliquis vtrū in vacuo eſſet motus in inſtanti ſuppoſito ꝙ ibi eſſ3 deſcenſus vel aſcēſus grauiū ⁊ leuiū: videtur eni3 ꝙ ſic: q2 phyloſophus ita videṫ concludere in lectione iſta.

**Ad iſtam qōnem** dicunt aliqui ꝙ ponere motum illum non eſſe in inſtanti eſt contra mentē phyloſophi ⁊ eſt negare propoſitiones per ſe notas: contra mentem phyloſophi: quia ipſe aperte vult in lectione iſta ꝙ proportionem q̄ habent adinuicem media reſiſtentia habent etiam adinuicem velocitates motuum: ⁊ in fine omniū concludit ꝙ antiqui contrario modo dicere nō debebant: neq3 ꝙ ſi motus non eſt vacuū non eſt: quia in vacuo non poteſt eſſe motus.

**Oſtendunt etiam** vlterius iſti ꝙ illa poſitio negat ꝓpōnes ꝑ ſe notas: q2 ꝑ ſe notū eſt ꝙ ſi tāta virtꝰ mouet tātū mobile per tantū ſpaciū in tanto tēpore: dupla virtus mouebit illud mobile per tantumdem ſpacium in medietate temporis. Cum ergo maioritas virtutis ſolum ſcindat medium. Non autem magis faciat propinq̄re terminos: ſecundū ꝙ huius: patet ꝙ ſi medij plenitudo tollatur: neceſſario tempus tolletur a motu: ⁊ ponere cōtrariū eſt negare aſſumptā propoſitionē que per ſe nota eſt.

**Dicendum eſt itaque** ſecundum eos cū cōmentatore ꝙ tēpus in motu requiriṫ: vel propter reſiſtētiā mobilis: vel ꝓpter ipedimētū medij: vel propter vtrūq3. Primo quidem modo contingit quando mobile eſt diſtinctū a motore: ⁊ eſt in loco alio q̄ motor velit vel q̄ motor appetat. Nam ex hoc ſtatim intelligitur eſſe quedam reſiſtentia ad potentiam motiuam propter quā tempus requiritur in motu: ſed talis reſiſtentia non inuenitur in motu grauiū ⁊ leuium: quia in eis ratio mouendi non eſt niſi forma: qua remota remanet materia: ex qua mobile nō habet ꝙ reſiſtat: nec valet ſi dicatur ꝙ remanet materia cū quantitate: que tenet ſe ex parte materie: quia propter quantitatē non requiritur tempus in motu: niſi eam comitetur contraria diſpoſitio.

**Sed hec omnia** friuola apparent: ⁊ primo ipſa poſitio eſt contradicens intellectui. ¶ Ad cuius intelligētiā h̄ ꝑ accipiendū eſt ꝙ ⁊ ipſi etiā ꝯcedunt: ꝙ graue ⁊ leue ſicut vniuerſaliter omne corpus tranſire non poteſt de loco ad locū: niſi tranſeat per mediū: h̄ aūt intellectus quilibet concedit. Secundo aūt accipiendū eſt ꝙ oē corpus replet ⁊ occupat ſimul totū illud ſpaciū in quo eſt in vno ⁊ eodē tēporis inſtanti: vel in quo in aliquo toto tēpore quieſcit: ꝙ etiā concedit omnis intellectus. Tertio aūt accipiendū eſt ꝙ nullū corpus poteſt ſimul ſimultate tēporis eſſe in duabus partibus ſpacij ſibi equalibus: aut etiā occupare ſimul vnū ſpaciū niſi equale ſibi: quia oportet ſemper quantitas ſpacij ꝙ equetur quantitati corporis occupantis ſpaciū. Hec enim omnia ſunt per ſe nota intellectui: his itaq3 preſuppoſitis ponamus: ſicut ipſi ponunt: ꝙ graue deſcendens a ſuprema parte ſpacij ad partem infimam per partes medias: quarū quelibet intellectui poteſt equalis ei eſſe in vno tēporis inſtanti: fiat in omnibus partibus ſpacij intermedijs ⁊ in parte infima. Non eni3 de extrēa parte poteſt fieri in alia extrema: niſi fiat in partibus medijs: ſicut patet ex prima propoſitione: ſed ſi h̄ ita ſe h3: neceſſariū erit concedere ſtante ſecūda propoſitione: ꝙ corpus graue ſit deſcendens ſimul ſimultate tēporis in multis partibꝰ ſpacij ſibi eq̄libus: ⁊ ꝙ ſpaciū ſimul tēpore ab ipſo occupatum multo maius ipſo ſit ꝙ totum eſt contra propoſitionem tertio aſſumptam: que tñ eſt per ſe nota: patet itaq3 ꝙ ſaluata opiniōe iſtorum: neceſſe eſt aut contradictoria ſimpliciter concedere aut propoſitionem aliquā per ſe notā tollere: ꝙ etiam fieri non poteſt ſine implicatione contradictionis: fuga autem ipſorum omnino nulla eſt: ꝙ ſi graue deſcēderet in vacuo: deſcēderet nō in inſtāti: ſed in tēpore.

**Neque putandū eſt** h̄ eſſe contra mentē Ariſtotelis: cum non credamus ipſum fuiſſe ita parui intellectus ꝙ non bene viderit abſurditatem dicte opinionis. Unde conſiderandum eſt ſecundū ꝙ diximus in determinatiōe huiꝰ qōnis: ꝙ mediū magis reſiſtēs

aut habet reſiſtentiam transcendentem reſiſtentiã mobilis ad potentiaꝫ motiuaꝫ: aut talem reſiſtentiam nõ habet. Quod ſi eam habeat: tunc habebit retardare naturalem velocitatem mobilis: ita ꝙ a mobili per potentiam motiuaꝫ ipſum tardius ſcinderet ꝙ medium minꝰ reſiſtens: ⁊ erit tunc per conſequens proportio velocitatis motuum. Si autem medium talem reſiſtentiam non habet: ⁊ eque tranſcendat reſiſtentiã ipſiꝰ mobilis: tunc ſicut nihil addit ſupra reſiſtẽtiã: ſic etiam neceſſariuꝫ eſt: ꝙ ex ipſo in nullo creſcat tempus ꝙ in motu propter reſiſtentiã mobilis exigit: ⁊ per conſequens in medio pleno: ⁊ ĩ vacuo manẽte reſiſtẽtia mobilis: ipſum mobile in equali tempore mouebitur: ħ autem phyloſophus nõ habet pro inconueniente: niſi dato ꝙ tota reſiſtentia in motu ſit ſumenda ex plenitudine medij: ſicut antiqui ponebant. Eſt enim conſuetudo Ariſto. ex datis contra aduerſariuꝫ procedere. Secundum hanc etiam opinionẽ antiquorũ: patet ꝙ ipſi contrariũ ponere debebant eius ꝙ ponebant: q2 ſi tota ſecundũ eos reſiſtentia prouenit ex plenitudine medij: poſita vacuitate nulla erit reſiſtentia: ⁊ per ꝯñs nullus erit motus.

Ulterius autem propoſitio maior quã iſti aſſumũt vꝫ ꝙ ſi tanta virtus mouet tantum mobile in tanto tempore: dupla virtus mouebit idem mobile per tantũdem ſpaciuꝫ in medietate temporis: per ſe nota eſt: ſꝫ minor propoſitio qua dicitur ꝙ ideo cõtingit: quia maior virtus citius ſcindit medium: non ſoluꝫ non eſt per ſe nota: ſed etiam apparet eſſe falſa. Uidemus enim in virtutibus celeſtibus ꝙ maior virtus mouet non ſolũ tantũdem: ſed ⁊ maius mobile etiam per maius ſpacium in equali tempore: quemadmodum motor vltime ſpere mouet ipſam per totum ſuum ſpacium in tẽpore vnius diei ⁊ vnius noctis: cum tñ ſpere inferiores occupent minus ſpacium: ⁊ ipſuꝫ non circueant in minori tempore. Conſtat autem ꝙ ħ non contingit: quia motor proprius prime ſpere citius ſcindit medium. Nam ibi non eſt ſciſſio medij. Cõtingit ergo ħ ſolum: quia citius conſumit diſtantiam equalem extremorum: vnde patet euidenter ꝙ negare iſtorum poſitionem: non eſt negare propoſitiones per ſe notas: ſed eſt negare propoſitiones manifeſte falſas: id aũt ꝙ ipſi vlterius aſſumũt a commentatore ſoluunt ipſi met. Nam abſtracta grauitate aut leuitate non manet nuda materia: ſed corpus quantũ ⁊ communicatum ipſi diſpoſitio contraria: quia vbi oppoſituꝫ ad vbi adquirendum. Demus enim ꝙ ex grauitate appetatur vbi ꝙ prouenit ex infima parte ſpacij: ⁊ corpus quantum ſubiectuꝫ grauitati intelligatur habere vbi proueniẽs ex materia in pte ſpacij ſuprema. Ex ħ enim ſtatiꝫ intelligetur contrarietas ⁊ reſiſtentia ad intentionem vel ad appetitum grauitatis: vnde patet ꝙ in iſtis etiam attendi poteſt reſiſtentia ex mobili in vbi conſiderato habente repugnãtiam ad vbi ad ꝙ inclinat potentia motiua. Quod vero dicitur in iſtis non eſſe diſtinctum mobile a mouente ſpecialẽ difficultatem patitur: ⁊ declarabitur domino concedente in ſequentibus.

¶ Qõ quarta.

Quoniam auteꝫ iſti ad ſui erroris fulcimentum faciunt de hoc tractatum vnum ſpecialeꝫ: mouentes prius quaſdam queſtiones de illuminatione aeris: ⁊ ex eis poſtea ſuum errorem confirmãtes: vt perfecte error ipſoruꝫ confutetur: volumus per ipſorũ queſtiones ſingulas diſcurrere: oſtendendo quid probabilitatis habeat opinio eorum: ⁊ idcirco in lectione iſta queratur quarto loco: vtrũ in illuminatione aeris ſint plura mutata eſſe: videtur enim ꝙ non: quia in vnico inſtanti eſt tantum vnicum mutatum eſſe. Cum ergo tota illuminatio aeris fiat in vnico inſtanti: videtur ꝙ ipſa tota non ponat niſi vnũ mutatũ eſſe tantũ.

Ad iſtam queſtionem volumus reſpondere aliter ꝙ reſpondeant iſti: vt oſtendamus ꝙ ea concedendo que pro ſe aſſumunt non concludũt propoſitum ſuum: ſed noſtrum. Dicunt ergo iſti ꝙ in illuminatione aeris ſunt plurima mutata eſſe: ad cuiꝰ intelligentiam aſſumunt: ꝙ ſicut eſt in reali tranſmutatione: ſic ſe habet ſuomodo in tranſmutatione intentionali: videmus autem ꝙ ignis calefacit aerem: ⁊ calefaciendo immediate partem ſibi proximã: ⁊ mediãte illa calefacit remotam ei parteꝫ. Conſimili ergo modo: ſi lucidum aliquid illuminat: vtpote mediuꝫ: in quo lux eſt intentionaliter ſecunduꝫ eos: neceſſarium eſt ꝙ illuminet immediate partẽ ſibi proximam: ⁊ ꝙ mediante illa illuminet partem aliam remotam. Hoc autem eſſe non poſſet: vt etiaꝫ ipſi dicũt: niſi a luce generata in propinquiori parte generaretꝛ lux in parte poſteriori. Sunt ergo in tali illuminatione aeris diuerſi generatores lucis ⁊ per conſequens diuerſa mutata eſſe.

Ad argumentum ergo in cõtrarium dicẽdũ eſt ꝙ diuerſa mutata eſſe que conſiſtunt: vel in acquiſitione formaruꝫ repugnantium: vel in acquiſitione forme eiuſdem ſpeciei in eodem inſtanti: fieri non poſſunt in eadem materia vel in eadem parte materie: bene tamen fieri poſſunt in materijs vel in partibus materie diuerſis. Et diuerſa quideꝫ mutata eſſe: que ponuntur in illuminatione aeris: non fiunt in vna aeris parte ſed in pluribus. Habent enim diuerſificari ſecundum puncta medij: ita tamen ꝙ punctuꝫ non dicat aliquid indiuiſibile: ſed partem ita modicam: que ſi vlterius diuideretꝛ non eſſet ſuſceptiua luminis.

¶ Qõ quinta.

Sed tũc quinto cõſurgit dubitatio vtrum ħ omnia mutata eſſe que ſũt in illuminatione aeris poſſint eſſe in vnico inſtanti: ſicut modo dictum eſt: videtur ꝙ non: quia ſicut motus menſuratur tempore: ita mutatum eſſe menſuratur nũc: ⁊ per conſequẽs vbi ſunt plura eſſe ibi videntur eſſe plura nũc menſurantia.

Ad hoc dicunt quod ſicut ſe habet tempus ad motuꝫ: ita ſe habet inſtans ad mutatum eſſe: tempus autẽ non ſit aliud: ⁊ aliud: niſi propter alietatem primi ⁊ ſupremi motus: ⁊ non propter alietatem motuum inferiorum. Conſimiliter ergo nũc temporis fiet aliud ⁊ aliud: propter diuerſa mutata eſſe ſumpta in ſupremo motu: ⁊ non propter diuerſa mutata eſſe ſupra in mutationibus inferioribus. Cum ergo omnibꝰ mutatis eſſe que ſunt in illuminatione aeris reſpondeat vnum mutatum eſſe in celeſti motu: ⁊ non plura: ſi aꝰ eni oporteret dicere ꝙ illuminatio eẽt motus: ⁊ ꝙ fieret in tẽpore: ꝙ eſt ꝯtra pħꝫ neceſſariũ eſt eis ꝯcedere ꝙ omnibus

omnibus mutatis eſſe que ſunt in illuminatione aeris correſpondeat vnum tantum nũc temporis ⁊ non plura. Ut autẽ ex hac ſimilitudine: quã iſti aſſumunt pro ſe viaȝ in multis habeamus contra eos: conſiderandũ eſt ꝙ inter h̄ illuminata eſſe: opȝ neceſſaria ꝙ attendatur prius ⁊ poſterius prioritate vl' ordine nãe ⁊ ñ non tẽporis: oportet enim ſemper ꝙ generans precedat generatum: vel ordine tẽporis: vel ordine nature: nũc ita eſt ꝙ pars aeris illuminata proxima lucido illuminanti q̃ mediante fit lumen in parte aeris remota habet rõnem generantis lumen in remota parte: ſicut patet per verba iſtorum poſita in precedẽti queſtione: neceſſariũ eſt igitur ꝙ illuminatio illius prime partis precedat: vel ordine nãe: vel ordine tẽporis illuminationem partis ſecunde vel remote: non oportet autem ꝙ precedat ipſam ordine temporis: videmus. n. ꝙ ſimul ⁊ in eodẽ inſtãti temporis poteſt poni generãs alicuius: ⁊ aliqd ab ipſo generari: quemadmodũ ſi aliquis intueat̄ ſpeculũ in eodem inſtanti lapis in ſpeculo obiect⁹ generabit ſuam imaginem in ſpeculo: ⁊ ex hac eius imagine generabitur imaginis ſpecies ⁊ ſimilitudo i oculo aſpicientis ſpeculũ: verȝ eſt autem ꝙ talis imago erit prius prioritate nature in ſpeculo q̃ ſpecies ab ipſa genita in oculo: propter id ꝙ generans: neceſſario precedit genitum ordine temporis vel nature: vnde quia dicta imago non dicitur eſſe prior prioritate temporis ſpecie ab ipſa genita in oculo: neceſſariũ eſt ꝙ ſit prior ipſa prioritate naturalis ordinis: conſimiliter ergo in propoſito pars aeris illuminata a ſole: ⁊ lumen generans in parte aeris remota quantũcũq ſit ſimul tẽpore illuminata cum aliȷs partibus que recipiũt ipſa mediante lumen prius tamen ordine nature oportet ꝙ ipſa illuminata ſit q̃ alie: alias enim non verum eſſet ꝙ ipſa acceptio luminis a ſole redderet lumen partib⁹ aliȷs remotis. Ulterius aũt hic conſiderandum eſt ꝙ ſicut ſpeculum nõ eandem numero ſpeciem lapidis q̃ accipit a lapide ſibi obiecto reddit oculo aſpicientis: ſed aliam: ſic etiã pars aeris proxima corpori luminoſo non eandem luceȝ numero q̃ accipit a lucido reddit partib⁹ remotis: ſed diuerſam: generans enim non poteſt idem numero eẽ cũ a ſe genito: quia nihil generat ſeipſuȝ. Unde ſi idẽ oĩno ſecundum numeruȝ eſſet lumen partis remote: ⁊ lumẽ partis proxime illuminanti: non eſſet verum dicere ꝙ lumen in parte remota generaret̄ ex lumine exiſtẽte in parte lucido corpori propinqua. Si etiam eandem numero lucem q̃ accipit vna pars redderet alteri parti: nullo modo talis lux poſſet ſimul tempore eſſe in vtraq parte: ⁊ ratio eſt: q2 omnino vna numero forma: nullo modo eſſe poteſt ſimul in pluribus ſubiectis diſtantibus ſecundum ſitum. quia igitur partes aeris diuerſe ponunt diuerſa luminis ſubiecta diſtantia ſecundum ſitum: impoſſibile eſt e adeȝ lux numero ſimul tempore ⁊ in eodem temporis inſtanti ſit ita in diuerſis partib⁹ poſito ergo ꝙ pars proxima illuminãti lumie accepto reddat non idem numero lumen: ſed idem ſpecie partibus remotis: erit quidem prius ordine nature lumẽ in ipſa q̃ in aliȷs: ſed non prius tempore: verum ſi idẽ numero lumen acceptum aliȷs partibus reddere deberet oporteret neceſſario h̄ lumẽ eſſe prius in ipſa q̃ in aliȷs tam prioritate nature q̃ prioritate tẽporis. ¶ His viſis vlterius conſiderandũ ſit ꝙ pars ſuſceptiua luminis in ſe non dicit aliquid indiuiſibile: quia aer ſicut omne continuum diuiditur i diuiſibilia: quia ergo aer poteſt intelligi diuiſus in tales partes ſuſceptiuas luminis in ſe: neceſſarium eſt ꝙ omnes dicant quid continuum ⁊ diuiſibile: ⁊ non qqid indiuiſibile ſecundum quantitatem: vnde ⁊ non ideo tales partes dicũtur pũcta: quia non ſint ſecundum quantitatem diuiſibiles ſicut ſupra dictum fuit: ⁊ quia continua equalia in dimenſione non poſſunt eſſe numero iſinita: nec actu: nec potentia: in cõtinuo finita ſecundum quantitateȝ: ex quo predicta puncta ſunt quedam continua: neceſſariũ eſt ꝙ in toto aere: qui finitus eſt: ipſa nec actu: nec potẽtia ſunt infinita numero: ⁊ per cõſequẽs omnia mutata eſſe: que ſunt in illuminatione aeris: ⁊ numerant̄ ſecũdũ ꝙ ipſi dicũt: ſecũdũ numerationeȝ taliũ punctoꝝ neceſſario ſũt numero finita tam actu q̃ potentia.

## ¶ Q̃o ſexta.

**Sexto** eſt dubitatio vtrum ſi graue deſcenderet in vacuo in ſuo deſceuſu eſſent plura mutata eſſe: videtur ꝙ nõ: q2 imutatione facta in inſtãti: videtur eſſe tantũ vnum mutatum eſſe: ille autem deſcenſus: vt videt̄: in inſtanti fieret: igit̄ nõ contineret niſi tantũ vnicũ mutatũ eſſe.

**Ad iſtam q̃onem** dicũt aliqui ꝙ ſicut illuminatio aeris fit in inſtanti: ⁊ tamen in ipſa ſunt plurima mutata eſſe: propter plures partes aeris: ſic etiam deſcẽſus grauis in vacuo: ſi fieret: eſſet in inſtanti: ⁊ tamẽ ꝓpter diuerſas partes ſpacij i ipſa eẽnt diuerſa ⁊ plurima mutata eſſe: ⁊ quemadmodũ inter plurima mutata eſſe: que ſunt in illuminatione aeris: non cadit medium aliquod moueri: propter h̄ q̃d non eſt dare in materia contraria diſpoſitionem: ſic etiã inter plurima mutata eſſe ſumpta in deſcenſu grauis in vacuo non caderet medium aliquod moueri propter h̄ q̃d tale ſpaciuȝ non haberet. Unde reſiſteret in deſcenſu grauis. Ex h̄ autem vlterius concludunt: ꝙ ſicut illuminatio aeris non eſt motus: ſic etiam nec talis deſcẽſus in vacuo motus eſſe poſſet.

**Sed hec omnia** ſunt friuola: impoſſibile eſt eniȝ plura mutata eſſe ſecundum locum attendere ſimul in vno ⁊ eodem mobili per ſe: quemadmoduȝ impoſſibile eſt plura mutata eſſe ſecundum formam eiuſdem ſpeciei inſimul attendere circa eandeȝ numero materiam: impoſſibile eſt enim ꝙ in vna parte aeris: que eſt ſubiectum dealbationis attendãtur inſimul plura dealbata eſſe aut ꝙ in vna parte aeris que eſt ſubiectum illuminationis attendantur inſimul plura illuminata eſſe: ſicut autem pars aeris eſt ſubiectum illuminationis: ſic etiam deſcenſus grauis habet pro ſubiecto non ſpacium ſed corpus graue ꝙ in ſpacio deſcendit: quia ſubiectuȝ mutationis eſt illud ꝙ mutatur ⁊ mouetur: deſcenſus autem grauis non ponit motuȝ in mutationem ſpacij ſed ponit mutationem deſcendentis corporis. Si ergo bona eſt ſimilitudo de illuminatione quã adducunt: ꝯguntur de neceſſitate dicere ꝙ ſicut ꝑ primã illuminationem in vna parte aeris in vno inſtanti non ponuntur plura illuminata eſſe: ſed vnum tantum: ſic etiam in corpore vno deſcendẽte in vacuo: deſcenſu nullo modo diuiſo in vno inſtanti: nullo modo eſſe poſſunt plura mutata eſſe localia: ſed tantum vnum. Eo igitur ipſo quo deſcenſum ſupradictum iſti ponunt in inſtanti fieri: ⁊ corpus graue deſcendens ponunt tantum eſſe vnũ: ponere debent: ſi intelligunt que dicant: ꝙ in dicto deſcenſu ſit tantum vnicum mutatũ eẽ ⁊ nõ multa.

**Melius igitur** dicendum eſt ꝙ in tali deſcẽſu ſi fieret

in vacuo eſſet plura mutata eſſe immo infinita in potētia: ſicut in quolibet continuo ſunt puncta infinita. Sed h̄ poſtea videbitur. ¶ Ea autem que ipſi dicūt ad declarandum ⁊ cōfirmandum ſuam fantaſiam omnino nihil valent. Nam ſi in illuminatione aeris contingeret ꝙ pars vna illuminata eandem numero lucem ꝙ̄ accipit in ſe tranſmitteret in partem aliam: nullo modo: vt dictum eſt in precedēti qōne: illuminatio vtriuſqꝫ partis fieri poſſet ſimul tēpore. Quia ergo idem numero graue eſt ꝙ poſitum eſt in parte vna ſpacij ex ipſa parte per ſuū deſceſum tranſmittit in aliam: ſimplr̄ cōcludendum eſt ꝙ tale corpus in illis diuerſis partibꝰ nullo modo fiat ſimul tempore: ⁊ ꝙ dictus deſcenſus nō fiat ſubito etiam in inſtanti. ¶ Ulterius etiam plures partes aeris: vt predictum eſt: ponunt eo modo quo ſunt plures plura ſubiecta illuminationis plures vero partes ſpacij non ponunt ſubiecta plurima deſcenſus quia ſubiectū eius non eſt ſpaciū: ſed corpus ꝙ in ſpacio deſcendit. Debet ergo ſimilitudo ſi recte intelligatur concludere ꝙ ſicut propter plures partes aeris ſūt in illuminatione plurima mutata eſſe: ⁊ plures generationes lucis: ſic etiam non propter diuerſas partes ſpatij: ſed propter diuerſa corpora deſcendētia: ſunt plurima mutata eſſe: ⁊ plures ſimul mutationes loci. Eſt. n. vt dictum eſt corpus ꝙ deſcendit ſubiectū deſcenſus ⁊ non ſpacium: ſicut ⁊ pars aeris ſubiectum eſt illuminationis. Conſimili etiam modo ex eo ꝙ intra plura illuminata eſſe non eiuſdē partis: ſed partium diuerſarum aeris illuminari: non cadit medium aliquod moueri: concludere debent ſi intelligerēt que dicunt ꝙ inter plura mutata eē localia non eiuſdem deſcendētis corporis: ſed corpoꝝ diuerſoꝝ deſcēdentium: non eſt neceſſe ꝙ cadat aliquod moueri: qꝛ ſicut diuerſoꝝ corpoꝝ motus fieri poſſunt ſimul tēpore: ſic etiā ſimul tēpore: ⁊ in eodem inſtanti terminari poſſunt. ¶ Ultima etiam concluſio ipſorum optime valeret ſi concluderet ꝙ ſicut ex illuminatis eſſe diuerſarum partium aeris non conſurgit motus aliquis: ſic nec etiam diuerſa mutata eſſe localia plurium mobilium ponunt motum vnum: patet igitur qūo iſti deficiant in omnibus que dicunt.

¶ Qō ſeptima.

Septimo aūt querunt hi vtrum plurima mutata eſſe ꝙ̄ ponuntur in deſcenſu grauis in vacuo menſurentur vnico inſtanti.

Ad quam qōnem ipſi dicunt ꝙ ſi deſcēſus grauis in vacuo reduceretur in motum celi: illa mutata eſſe reducerentur in mutatum eſſe celeſte: ſequeretur ꝙ ipſa omnia menſurarentur vnico inſtanti: ⁊ non pluribꝰ ſicut quia pluribus mutatis eſſe que ſunt in illuminatione aeris. Reſpondet ſolū vnicū mutatum eē in celo ipſa oīa menſurantur vnico inſtanti. Sed qꝛ vacuum non poteſt habere ordinē ad celum: ⁊ in eius deſcenſu ſunt plurima mutata eſſe: neceſſario eſt ꝙ menſuretur pluribus inſtantibus.

Sed iſta ſi diligenter conſiderentur omnia ſicut precedētia ſunt friuola apparēt. Impoſſibile eſt enim omnino ꝙ vnum corpus numero cōmenſuret ſe in vnico inſtanti in partibus pluribus ipſius ſpacij. Hoc enī non eſt intelligibile: nec deus poſſꝫ iſtud facere: ſicut alibi habet declarari. Cū igitur corpꝰ in ſpacio vacuo deſcendens tranſeat vt ipſi concedunt per omnes partes eius intermedias: nec per ipſas trāſire poſſit niſi ſe applicando ⁊ commenſurando eis: impoſſibile eſt omnino ꝙ hunc deſcenſum totū faciat vnico inſtanti. Ea vero que ipſi adducūt ad declarationē ſuam dicentes ꝙ illa mutata eſſe ſunt in pluribus inſtantibus: quibus tamen omnibus reſpōdet vnum inſtans temporis menſurantis motum celi: queadmodū pluribus mutatis eſſe que ſunt in illuminatione aeris correſpōdet tantum vnum inſtans omnino nihil valent eis. Dictum eſt enim ſupra ꝙ ſi per plurima mutata eſſe: que ſunt in illuminatione aeris: vnica lux numero tranſmutetur ab vna parte aeris in aliam: ⁊ ab iſta diffunderetur ipſa met lux etiam in partem aeris ſequentē: impoſſibile eſſet ꝙ iſtis pluribus mutatis eſſe reſponderet vnū inſtās temporis menſurantis motum celi. Quia igitur per plurima mutata eſſe ſumpta in deſcenſu corporis grauis in vacuo: vnum ⁊ idem corpus numero tranſmutatur ex vna parte ſpacij in aliam: ⁊ ex illa in alteram: īpoſſibile eſt omnino ꝙ eis non reſpondeat plurima inſtantia temporis mēſurātis motū celi. Unde patet euidenter ꝙ omnia que iſti adducūt pro ſe ſane intellecta contra eos ſunt.

¶ Qō octaua.

Octauo autem quereret aliquis: ſicut querunt hi vtrum illa plura mutata eſſe que ponuntur in deſcenſu grauis in vacuo habeant adinuicē continuitatem.

Ad iſtam qōnem dicunt iſti ꝙ inter mutata eſſe deſcenſus predicti non cadit continuitas: quia nunꝙ̄ continuitas cadit intra aliqua mutata eſſe: niſi inter ipſa cadat motus. Quia ergo deſcēſus grauis in vacuo non poſſet eſſe motus: ꝙ intra mutata eſſe in eo accepta nulla eſſet continuitas: ⁊ ſic etiam inſtantia correſpondentia eis: non habent adinuicem continuitatē. ¶ Sed iſta nullo modo poſſunt ſtare. Nam mutata eſſe que in deſcenſu illo ponerentur aut in ipſo actu ēēnt aut in potentia. Si in potentia neceſſario ille deſcēſus haberet cōtinuitatem: cuius ratio eſt: quia omne illud ꝙ continet in ſe multa in potentia: eſt inquantū huiꝰ actu indiuiſum: potentia vero diuiſibile. Quia igitur eſſe tale eſt continuum: patet ꝙ deſcenſus ille continēs in potentia plurima mutata eſſe foret neceſſario continuus: ⁊ menſura eius etiam eſſet non tempus compoſitum ex inſtantibus: ſed tempus continuum. Si autē dicatur ꝙ illa mutata eſſe in h̄ deſcenſu eſſent actu: tūc cum cuilibet mutato eſſe actu correſpondeat ſignum actu in ſpacio ſignatum: oportebit de neceſſitate confiteri ꝙ graue per ſpacium deſcendens: tot ſigna ſignet actualiter in ipſo: quot in ſuo deſcenſu actu ſunt mutata eſſe: immo vt melius dicamus quot in ipſo ſpacio ſignari poſſunt: propter id ꝙ non eſt dare: quare magis punctū ſignet in vna parte ſpacij ꝙ̄ in alia: cum quālibet totam attingat: ⁊ ita attingat vnam ſicut aliam. Poſſunt autē in ſpacio ſignari infinita puncta: cum ipſum ſit continuum ⁊ diuiſibile in infinitum: igitur graue deſcendens in hoc ſpacio actu in ipſo ſignabit numerabit ⁊ diſtinguet infinita ſigna: ꝙ eſt impoſſibile: igitur impoſſibile eſt ꝙ graue in ſpacio deſcendens ſignet puncta omnia que ſunt in ipſo niſi in potētia. Et quia puncto ſignato in potentia reſpōdet mutatū eſſe in potentia: patet euidenter ꝙ dictus deſcenſus continebit in potentia mutata eſſe infinita: ⁊ erit per conſequens neceſſario continuus: h̄ autem totum ꝙ dictum eſt: patet ex diuerſitate iſtorum ad mutata eſſe: que ſunt in illuminatione aeris: nam mutatum eſſe ꝙ eſt in illuminatione ſumitur ſecundum punctū ꝙ eſt quid indiuiſibile in aere. Et quia h̄ puncta ſunt in aere: tam

actu ꝙ̄ potentia finita idcirco mutata eſſe omnia que attendunt̄ in aeris illuminatione ſunt finita: vt ſupra dictum fuit. Sed mutatuȝ eſſe in deſcenſu vel aſcenſu corporis ſicut vniuerſaliter in qualibet tranſmutatione loci attenditur non ſecundū aliquid diuiſibile ipſiꝰ ſpacij: ſed ſecunduȝ aliquid penitus indiuiſibile: ſicut patet ex demonſtrationibus phyloſophi in ſexto phyſicorum. Et quia indiuiſibilia in quantocūq; ſpatio infinita ſunt: neceſſarium eſt ꝙ deſcenſus quilibet in ipſo factus contineat mutata eſſe infinita: ꝙ facere non poteſt actu: ſed ſolum in potentia: ⁊ per conſequens oportet ipſuȝ eſſe neceſſario continuum: vnde omnino nihil eſt dicere ꝙ talis deſcenſus non eſſ motus: immo oporteret ipſum eſſe infallibiliter ⁊ de neceſſitate motum.

¶ Q̄ō nona.

**Nono poſſet** aliquis querere vtrū illa plura inſtantia que conreſpondent pluribus mutatis eſſe que ſunt in deſcenſu grauis in vacuo differant ſecundum rem aut ſecundum rationem tantum.

**Ad hanc q̄ōnem** iſti reſpondēt ꝙ inſtans ſecundū rem fundatur in ipſo mobili: ⁊ plura mutata eſſe non diuerſificant ipſa nunc niſi prout diuerſificant ipſum mobile. Mobile autem ex eo ꝙ ſibi competit aliud ⁊ aliud mutatum eſſe: fit aliud ſecunduȝ rationem ⁊ nō ſecundum rem: igitur ⁊ inſtantia omnia que attenduntur in deſcenſu vnius grauis in vacuo erunt vnum ⁊ idem ſecundū rem: differētia ſecundū rationeȝ tantuȝ quemadmodum ēt ipſi mobili prout eſt in alio ⁊ alio ſigno ſpatij: ⁊ ſic ſub alio ⁊ alio mutato eſſe: competit ꝙ ſit ſecūdū rationeȝ aliud ⁊ aliud a ſeipſo.

**Sed conſiderandum eſt** ꝙ ex iſtis verbis iſtoruȝ poſſumus arguere ſufficienter contra eos. Oſtendit enim phyloſophus in tractatu de tempore ꝙ nūc temporis idē quodammodo eſt in toto tempore: ⁊ quodāmodo diuerſuȝ: quēadmoduȝ ipſuȝ mobile ideȝ eſt aliquo modo in omni ſigno ſpatij: ⁊ modo aliquo diuerſum eſt. Et quideȝ ad h̄ ꝙ nunc temporis ſit aliud ⁊ aliud aliterate ſibi debita: non exigitur niſi ꝙ vnū ⁊ ideȝ mobile ſit ſub alio mutato eſſe ſecundū aliud ⁊ aliud ſignū eiuſdeȝ magnitudinis. Quia ergo talis aliteras: vt ipſi dicūt: iuenitur in deſcenſu grauis in vacuo: coguntur de neceſſitate dicere: ꝙ ſi talis deſcēſus reduceret̄ in celeſtē motū: ibi correſponderent plurima nunc tēporis menſurantis motū celi ⁊ non vnum cuius tamen contrariuȝ ipſi aſtruere conantur: vt ſupra dictum fuit.

Q̄ō decima.

**Vltimo autem** poſſet aliq̄s querere vtrū intra illa plura inſtantia correſpōdentia mutatis eſſe: que attenduntur in deſcēſu grauis ī vacuo cadat aliqua ſucceſſio

**Ad hanc q̄ōnem** iſti dicunt ꝙ hic videtur eſſe quaſi labertintus: quia quicquid dicatur videtur eſſe incōueniens. Si enim ponatur ꝙ nō ſit ibi aliqua ſucceſſio videtur h̄ eſſe inconueniens: q̄ꝛ ſequit̄ ꝙ vnuȝ numero corpus ſit ſimul in partibus ſpatij diuerſis. Si autem dicatur ꝙ ibi ſit ſucceſſio: videt̄ h̄ ēt eſſe inconueniens: quia cū illa oīa inſtantia non ponāt pluſ ꝙ̄ vnū inſtās temporis: ſi inter ea eſt ſucceſſio poterit ſucceſſio eſſe in vnico temporis inſtanti: vt ergo iſta inconuenientia vitentur: dicendum eſt ſecundum eos ꝙ idem corpus numero non eſt ſimul in partibus ſpatij diuerſis. Nec obſtat: vt dicūt: ꝙ illa plurima inſtantia non ponūt pluſ ꝙ̄ vnum inſtans: ꝙ dupliciter oſtendūt. Primo q̄dem q̄ꝛ ſucceſſio non eſt attendenda ſecundū menſurā coexiſtentem: ſed ſecundū menſuram propriam: quia aliter non foret in tempore ſucceſſio. Non eniȝ eſt magis ſimpliciter nunc temporis ꝙ̄ nunc eternitatis ꝙ coexiſtit toti tempori: ⁊ tamen in nūc eternitatis non eſt ſucceſſio: ergo nec in iſtis nūc que omnia ſunt q̄ſi ipſum vnū eſt. Secūdo aūt oſtendūt ideȝ ex eo ꝙ inſtantis ad tempus eſt aliqua ſucceſſio: nec tamen plus poteſt tempus cum inſtanti ꝙ̄ tempus ſimpliciter. Conſimiliter ergo ⁊ ſi inter h̄ plurima inſtātia ſit aliqua ſucceſſio: non tamen neceſſariū eſt ꝙ plus ponant ꝙ̄ vnū nūc temporis menſurantis motū celi.

**Sed quod hec omnia** ſint friuola: ⁊ ꝙ iſti de neceſſitate per ipſa ſua verba capiant̄ de facili oſtendit̄. Nam prius ⁊ poſterius quantū ſpectat ad materiam preſentem attēdi nō poteſt niſi vel ſecundū ordinem temporis: vel ſecundū ordinē nature. Et illa quidem inter que non cadit prius ⁊ poſterius ſecundū tēpus: de neceſſitate ſunt ſimul tēpore: licet vnum ſit priꝰ alio nō tamē aliquo modo alio ꝙ̄ ordine nature. Sicut enim ſupra dictū fuit in exemplo adducto de illuminatione aeris. Quia enim non prius tempore illuminat̄ vna pars ꝙ̄ altera: dicimus ꝙ illa omnia illuminata eſſe ſunt ſimul tempore: nec vllo modo eſt vnum prius alio niſi ſolū ordine nature: ſi ergo inſtantia ⁊ mutata eſſe que attendunt̄ in deſcenſu ſupra dicto habent ad inuicem ſucceſſionem: propter quā dici poteſt vnū prius altero: aut prioritas inter ipſa cadit ſecundum ordinem temporis: aut ſecundū ordinē nature. Quod ſi ſecūdū ordinem temporis: nullo modo poterit eis correſpōdere tantū vnū nūc temporis: quia que ponūtur in vnico temporis inſtanti non habent adinuicem prioritatē que ſecūdum ordineȝ temporis attendit̄. Vnde ſi inter illa inſtantia cadit prioritas ſecūdū tempus: nullo modo verum erit dicere ꝙ ipſa omnia ponantur in vno temporis inſtāti: ꝙ tamen ipſi pertinaciter affirmant Si autem dicatur ꝙ inter ipſa non cadit prioritas niſi ſecundū ordineȝ nature: ſicut etiam nec in mutata eſſe que ſunt in illuminatione aeris: oportebit de neceſſitate dicere ꝙ ſicut h̄: ſic etiam ⁊ ipſa ſint ſimul tēpore omnino: ⁊ per conſequens omnino ſimul tempore ideȝ corpus eſſet in partibus ſingulis ipſius ſpatij. ¶ Nec valet eis aliquid: ſi dicant ꝙ in illis partibꝰ diuerſis eſt corpus ſecunduȝ inſtantia diuerſa ſibi ſuccedentia: q̄ꝛ ex quo intra iſta inſtantia diuerſa ſibi ſuccedentia non eſt talis ſucceſſio: ꝙ ipſa omnia non ponantur ſimul tēpore: neceſſario oportet ꝙ corpus ſimul tempore ſit in oībus illis locis ⁊ partibus diuerſis. Eſt eni h̄ argumentum omnino neceſſariuȝ. Corpus eſt in diuerſis locis ſecundū ħ inſtantia diuerſa: ſed hec omnia inſtantia ſunt ſimul tempore. Patet igitur: quomodo ineuitabiliter iſti per ipſa ſua verba capiuntur: propter ꝙ optime dixerūt ꝙ hic eſt eis quaſi laberintꝰ. ¶ Que autē ipſi poſtea aſſumunt ad declarationem ſuā eis omnino nihil valent. Quod eniȝ nūc eternitatis coexiſtit toti tempori ⁊ cunctis partibus eius ſibi ſuccedentibus non habet ex indiuiſibilitate: ſed ex permanētia ⁊ fixione ſua. Quia enim tale nunc ſtat ſemper fixum ⁊ permanens coexiſtere poteſt toti tempori: ⁊ non fluenti in tota fixione ſua. Sed nunc temporis nullo modo ſtat: ſed fluit continue ita ꝙ bis idē accipi non poteſt: ſicut vult

Ariſtoteles in tractatu de tempore: ⁊ idcirco nullo modo poteſt vnū ⁊ ideꝫ manēs coexiſtere duobus ſibi mutuo ſuccedētibus. Unde ⁊ videmus ꝙ quantūcūqꝫ angelus ſupra tempus ſit nō tn̄ due cogitationes eius ſibi ſuccedētes eſſe poſſunt in vno ⁊ eodē temporis inſtāti patet euidēter ꝙ aut inter inſtātia deſcenſus in vacuo nō cadit aliqua ſucceſſio: aut impoſſibile eſt ꝙ eis oībꝰ vnū ⁊ idem nūc temporis reſpōdeat ⁊ coexiſtat. ❡ Ulterius aūt licet ex ſucceſſione inſtātis ad tempus nō ponat maius aliquid ipſo tempore: qꝛ inſtans non eſt tēpus: ex ſucceſſione tn̄ duorum inſtātiuꝫ in tempore: bene intelligitur temporis poſitio. Eſt enim impoſſibile ꝙ duo inſtantia temporis ſibi ſuccedant ſine tēpore intermedio: ⁊ multo magis impoſſibile eſt ꝙ duo inſtantia tēporis ſibi ſuccedāt: ⁊ cum tota ſucceſſione ſua ſint in vno ⁊ eodē tēporis inſtāti. Patet igit̄ ꝙ puerilia ſint oīa que iſti dicūt in poſitione ſua. ❡ Sed forte vellet aliquis iſtos excuſare per ea que ipſi vltimo adiungunt quādo dicunt ꝙ impoſſibile eſt tempus componi ex inſtantibus: ⁊ motum componi ex mutatis: ⁊ per conſequens impoſſibile eſt ꝙ ſit motus grauiū vel leuium in vacuo. Sed per h̄ verba nullam poſſum habere excuſationem. Eſt.n. omnino falſum ꝙ tempus componeretur ex inſtātibus: ⁊ motus ex mutatis: ſi graue deſcenderet in vacuo: cuius declarationem non oportet ſumere: qꝛ ſatis poteſt haberi ex predictis. Non debet auteꝫ aliquis in propoſito me de prolixitate reprehendere: qꝛ iſtoꝝ pertinacia cogit ſepius ad ꝓlixitatē ꝯtrahēdam.

❡ Textus.

❡ Et per ſe autem cōſiderātibus videbitur vtiqꝫ dictū vacuum: ſicut vere vacuū ⁊c.

❡ Lectio.xij. ❡ Qō prima.

**Hic poſt** predicta bonuꝫ eſt inquirere vtrū vacuum poſſit eſſe in natura: ⁊ vt plenius habeatur intellectus eius: queratur primo vtrū iſta generātia particularia que ſunt in ſpera actiuorum ⁊ paſſiuorum poſſint per ſuam actionē vacuꝫ aliquod facere ī vniuerſo. Uidetur.n. ꝙ ſic: ponamus.n. ꝙ accipiatur aliquod corpus ferreū rotūdū habēs infra ſuū ambitum cōcauitatem plenaꝫ aere: nō tn̄ habens aliquod foramen per ꝙ: vel aer exeat: vel aliquid aliud poſſit ingredi ad concauitatem eius: ⁊ ponatur tale corpus in fundo maris. Quia enim talis locus eſt corruptiuus aeris: non poterit aer ſupradictus ſemper conſeruari: ſed corrumpetur quandoqꝫ ⁊ mutabitur in aquam. Eſt autem minoris quantitatis aqua ex aere generata q̄ aer qui conuerſus eſt in aquam: propter id ꝙ ex deceꝫ pugillis aeris non generatur niſi vnicus pugillus aque: quia igitur minor quātitas minꝰ occupat de ſpacio: non poterit aqua ex aere illo in concauo ferri generata totam cōcauitateꝫ ferri occupare: ⁊ quia poſitum eſt in ferro non eſſe aliquod foramen per quod corpus aliquod poſſit ingredi interius: videtur conſequi neceſſario ꝙ pars aliqua illius concauitatis remanebit vacua: ⁊ ſic per mutuam elementoꝝ actionē poterit poni vacuū in vniuerſo.

**Ad iſtam qōnem** ſimpliciter dicēdū eſt ꝙ per actionem nullius particularis generātis poteſt eſſe vacuū. ❡ Ad cuius intelligētiā conſiderandum eſt ꝙ omnia q̄ ſunt in ſpera actiuorum ⁊ paſſiuorum a generante vniuerſali: ꝙ eſt celuꝫ ipſa omnia circundās: cōcurrūt naturaliter. Et quia eiuſdem eſt aliqua connectere ⁊ ipſa trahere ad connexioneꝫ atqꝫ agere ad h̄ ꝙ non cadat intra ipſa diſcuſſio: neceſſarium eſt ꝙ ipſuꝫ vniuerſale generans agat naturaliter ad impediendum diſcuſſionē in ſpera actiuorum ⁊ paſſiuorum. Quia igitur vacuꝫ diſcuſſionem ⁊ ablationem connexionis ponit: neceſſarium eſt ꝙ ex actione naturalis vniuerſalis agentis a ſpera actiuorum ⁊ paſſiuorum omnis vacuitas tollatur. Et quia agēs naturale agit toto ſuo poſſe: concludēdum eſt ꝙ generans vniuerſale ꝙ eſt agens naturale toto poſſe ſuo agit ad impediendum eſſe vacuꝫ in ſpera paſſiuoruꝫ. ❡ Hoc igitur viſo vlterius conſideranduꝫ eſt ꝙ quandocunqꝫ duo agentia ſe extendunt in virtute: ita ꝙ virtus vniꝰ eſt multo potētior q̄ virtꝰ alteriꝰ ſi vnū ipſoꝝ agat ad vnū ⁊ reliquū agat ad ꝯtrariū: illud ꝓueniet ad ꝙ agit toto ſuo poſſe agens ꝙ eſt potentius in virtute. Eſt autem vniuerſale generans omnimode tranſcendens in virtute oē generās particulare: ⁊ agit toto ſuo poſſe ad impediendum vacuum. Quantūcūqꝫ ergo generantia particularia: que ſūt in virtute valde debilia reſpectu eius: agerent ad ponendum vacuum nunq̄ tamen ipſum per ſuam actionē ponere valebūt niſi contingeret particulare generans ſuperare virtutē vniuerſalis generātis: ꝙ eſſe non poteſt.

**Et preterea** inſtrm̄ non poteſt agere niſi ad h̄ tantum ad ꝙ mouetur ab agente principali. Generans autem particulare ſe habet ad generans vniuerſale: quemadmodum inſtrumentuꝫ ad agens principale: cuius ratio eſt: quia ſicut inſtrumentum agit in virtute agentis principalis: ſic etiam generantia particularia agūt in virtute vniuerſalis agentis. Ad id ergo agit naturale generans particulare ad ꝙ mouetur ab vniuerſali generante: quis ergo vt predictum eſt generans vniuerſale toto ſuo poſſe agit contra poſitionem vacui: ad h̄ idem oportet ꝙ moueat particulare generans: ita ꝙ ſm̄ h̄ non ſolū ex actione particularis generantis nō poteſt prouenire vacuū ſed nec ēt iſta particularia generantia ⁊ naturalia poſſunt vllo modo agere ad poſitionē vacui.

**Ad argumentum** ergo ī cōtrariuꝫ poteſt ꝑmo reſponderi ꝙ idcirco aqua generata ex aere eſt minoris quantitatis q̄ aer: quia eſt magis denſa. Sed tunc per virtutem primi generantis vndiqꝫ diffuſam aqua generata ex aere teneretur in tota raritate: quanta fuiſſet raritas aeris corrupti ita ꝙ ſecundum h̄ non eſſet maior quantitas vniꝰ q̄ alterius. Uel etiam ſecūdo reſpōderi poteſt ꝙ non ppſſet ferrum: ita denſuꝫ dari ꝙ non eſſet poroſum: ⁊ per tales poros virtute primi generantis: que maxima eſt: aqua vaporabiliter traheretur ad intrinſecam concauitatem: nec ſineret vllo modo ibi eſſe aliquam vacuitatem.

❡ Qō ſecunda.

**Secundo dato** ꝙ per actionem particularis agentis non poſſit vacuum poni in ſpera actiuorum ⁊ paſſiuorum: poſſet aliquis querere vlterius vtruꝫ h̄ poſſit fieri per actionem alicuius intelligentie create: videt̄.n. ꝙ ſic: ponamus enim ꝙ ſit aliquis lapis ita magnꝰ ſicut tota lombardia: quia angelus ipſum ſubito confringat in duas partes: ⁊ inſimul incipiat mouere ⁊ moueat equaliter partem vnam ab alia ſecundum omnia extrema. Hoc ſuppoſito ſtatim videtur ſequi vacuum. Quia enim lapis ille continuus erat: non poteſt in eius medio fuiſſe aer qui in ſeparatione partium incipiat occupare ⁊ occupet ſpatium ꝙ cadit intra partes illas. Sed ſi aer aliquis debet ibi poni: oportet ꝙ ab extra ſpatium ingrediatur. Talis autem aer veniens ab

extra

extra non poteſt ab extremo ſpatij ad centruꝫ venire: niſi prius tempore deueniat ad ſignum magis proximuꝫ extremo ſpatij: igitur vacuum erit ante ꝙ aer deueniat ad ipſum centrum.

**Ad iſtam q̄onem** dicendum videtur ſine preiudicio melioris ſnie ꝙ per actionem nullius intelligentie create poteſt poni vacuitas in vniuerſo. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ conſiderandū eſt ꝙ vniuerſum totū vnū eſt propter vnitatem principis: ſicut ponit Plato in Thimeo: ⁊ ſicut haberi poteſt ab Ariſto. in duodecimo metha. Uerum eſt autem ꝙ non eſt tanta vnitas in vniuerſo quāta eſt in principe: quia effectus anologus nō adequat vnitatem ⁊ perfectionem cauſe: vnde in principe eſt vnitas eſſentie: in vniuerſo vero nō eſt vnitas eſſentie: ſed vnitas connexionis: ⁊ ſic ab ipſo principe ſupremo eſt totum vniuerſum: ſic etiam a ſuprema vnitate talis principis eſt vnitas tota ipſius vniuerſi. Unitas conſiſtit in triplici connexione: quia in connexione ordinis naturarum: in connexione influentie: ⁊ in connexione ſituum. Connexio ſiquidem ordinis naturarū eſt in vniuerſo inquantum inferior natura per ſuum ſupremum inuenitur immediate attingere infimuꝫ ſuperioris: vt videatur inter vtramq̈ naturam nullam aliam poſſe eſſe mediam: que ſit inferior ſuperiore: ⁊ altior ſuperiore.

**Et idcirco** ait magn⁹ dionyſius ꝙ de⁹ coniunxit fines primorum principiis ſcḋorum ideſt infima ſuperiorum ſupremis inferiorum. Eſt etiam in vniuerſo connexio influentie: inquātum ſemper ſuperiora que ſunt magis in actu īfluūt in inferiora que ſunt magis in potentia: quemadmodum corpora celeſtia vndiq̈ influunt per totam ſperam actiuorum ⁊ paſſiuorum: ⁊ intelligentie influunt ſupra celos: ⁊ ſupra intelligentias inferiores influūt intelligētie ſuperiores. Ulterius eſt etiam in vniuerſo corporeo ⁊ connexio ſituum: inquantum corpora ſunt ita ſitibus connexa ꝙ nulla duo corpora poſſūt inueniri inter que cadat aliqua vacuitas: ſed vel ſunt ſe immediate in ſitu contingentia: vel mediante corpore implente totuꝫ ſpatium ꝙ cadit inter ipſa. In hac ergo triplici connexione conſiſtit vnitas perfecta totius vniuerſi deriuata: vt predictum eſt: a perfectiſſima ⁊ ſuprema vnitate principis: ⁊ i ea optima diſpoſitio vniuerſi cōſiſtit: vnde quia entia non volunt diſponi male: vt dicitur in duodecimo methaphyſice: neceſſe eſt ꝙ omnia naturaliter affectent ⁊ proſequantur talem vnitatem. Ex his autem omnibus apparet euidenter ꝙ nulla intelligentia creata poteſt per ſuam actionem ponere vacuum in vniuerſo. Perfectio enim ipſius vniuerſi non eſt in poteſtate alicuius ſue partis: ⁊ omnis intelligentia creata pars eſt vniuerſi. Unde non poteſt ipſa perfectionē vniuerſi tollere: nec per conſequens vnitatem in qua eius ſumma perfectio conſiſtit. Tolleret autem neceſſario dictaꝫ vnitatem ſi faceret vacuꝫ: quia in vnitate triplicis cōnexionis: vt predictum eſt: inuenitur optima diſpoſitio vniuerſi. Per vacuum autem tollitur connexio ſituū ſicut per ſe notū ē. Tollitur etiam per vacuum connexio influentie: Non enim corpora ſuperiora influunt in totam ſperam paſſiuorum niſi per virtutem ſuam diffuſam per totam talem ſperam. Sed ſi eſſet vacuum poſſꝫ ſiquidem deferri talis virtus vſq̈ ad extremitatem corporis contiguam cum extremitate vacui: ſed inde vlterius non poſſet deferri ad partem contiguam cum oppoſita vacui extremitate: quia cū talis virtus fieret in vacuo eſſet pro tunc ſine ſubiecto ꝙ eſt impoſſibile: quia vacuum non eſt ens: ⁊ nō ens non poteſt ſubiectum eſſe alicuius accidentis. Si autem dicatur ꝙ corpus circūſtans vacuum vndiq̈ a circunferentia circunſtante influentiam reciperet: patet ꝙ propter h̄ nō tollitur argumentum: quia ad min⁹ dicere oportet ꝙ nō tota ſpera influeret directe ſupra quamlibet partem illius circunſtantis corporis: ⁊ per conſequens per ſe non ſaluaretur totaliter in vniuerſo connexio que eſt ſecundum influentiam. Dicendum eſt ergo ꝙ talis vnitas perfecta in vniuerſo prouenit ab vnitate ⁊ bonitate principis. Et quia nulli creature bonitas ⁊ vnitas principis ſubmiſſa eſt nulla creatura poteſt per ſuam perfectam vnitatem tollere ab vniuerſo ꝙ eſt regnuꝫ rectum ⁊ diſpoſitum per ineffabilem principis glīoſi prouidentiaꝫ ⁊ ideo nulla creatura quantumcumq̈ excellens poteſt per virtutem ſuam in vniuerſo inducere aliquam vacuitatem.

**Ad argumentum** ergo dicēdum ē ꝙ lapis ⁊ angelus poſſunt accipi dupliciter: quia vel ſcḋm ſe vel in ordine ad vniuerſum cui⁹ ſunt partes. Et primo quidem modo nihil videt̄ prohibere ꝙ angelus poſſit partes lapidis ſeiungere citius ꝙ̄ inter eas fiat corpus aliquod. Sed ſecundo modo angelus h̄ facere non poteſt quia angelus pars vniuerſi cum ſit non poteſt optimā eius diſpoſitionem tollere: immo quia entia non volunt diſponi male: non lapis ſolum: ſed ipſe cuꝫ toto vniuerſo habet rationem reſiſtentis ad ſeparationem vacuuꝫ ponentem. Unde ſecūdum h̄ non poſſet ſic cito lapideꝫ a ſummo vſq̈ deorſū confringere angelus ꝙ non eque cito fieret ex confractione lapidis generatio aeris in tota fractura illa a ſumo vſq̈ deorſuꝫ: precipue cum virtus generantis per totum ſit diffuſa.

¶ Nō tertia.

**TErtio dato** quod vacuuꝫ nō poſſit fieri per actionem alicuius creature poſſet dubitare aliquis vtrum poſſit fieri per virtutē prime cauſe: videtur enim ꝙ non: qꝛ dictum eſt ꝙ vnitas vniuerſi eſt ab vnitate pricipis: ſed nō pōt priceps ſūmus tollere vnitatē ſuā: igit̄ nō poteſt etiam tollere cōnexionem ab vniuerſo.

**Ad iſtam q̄onem** ſimpliciter dicēdum eſt ꝙ prima cauſa per ſuam virtutem poſſet inducere vacuitatē. Agens enim naturale nō habet dominium ſui actus. Unde ſic agit ꝙ nō poteſt nō agere. Et propterea generās vniuerſale ꝙ eſt agens naturale: ſic agit ad cōnexionem inferiorum: ꝙ ad ipſam nō agere nō poteſt: agēs autem voluntarium liberum eſt in agendo: ⁊ maxima libertas eſt in primo pricipe: ⁊ propterea ſic agit corporum connexionem ꝙ poſſet eam non agere ſi vellet. Unde poſſet ab omnibus que in ſpera paſſiuorum ſūt eſſe penitus ſubtrahere abſq̈ eo ꝙ ipſuꝫ tolleret ab his que ſūt in ſpera orbium celeſtiū: qꝛ nō neceſſitate: ſꝫ voluntate libera iſ͞uit eſſe quibus vult.

**Ut autem ex his** aliquid accipiamus vtile ad ſupradicta: ponamus ꝙ deus ſicut facere poteſt de potentia abſoluta: ita faciat ſciſſionem in aere: ⁊ partium ci⁹ diſtātiam ſine vllo interueniente corpore ad occupādū ſpacium cadens inter ipſas: ⁊ poſtea dimittat aerem in poteſtate naturalis agentis cuius virtutem ligare poteſt ne agat niſi cum ſibi qui eſt eius facere placuerit. Cum ergo naturale generans habeat naturaliter h̄ inferiora propellere ad connexionem: tranſmittet neceſſa

rio aerem circũſtãtem ⁊ diffundet totaliter per ſpatiũ ꝙ ponebatur vacuum.

**Debemus enim** imaginari ꝙ corpus celeſte ſe habeat non ſolum ad modum magnetis attrahentis: ſʒ etiam ad modum propellentis ferrũ. Uterqʒ enim magnes inuenitur: ⁊ vterqʒ mouet ferrum: vel trahendo: vel propellendo in diſtantia illa ad quã virtus propria diffunditur: virtus autem corporis celeſtis diffuſa eſt in omnibus corporibus que ſunt in ſpera paſſiuorum: ⁊ idcirco omnia poteſt trahere ⁊ propellere ad connexionem. Unde aer vacuum circũſtans: ſi eſſet propelleret ab orbe vſqʒ ad centrum ſpatij: non autem attraheret eo modo quo fit attractio in pleno: ſicut patet conſiderãtibus: propter id ꝙ vacuum aliquid demit de perfecta connexione: que eſt ſecundum influentiam: talis autẽ propulſio faceret motum aeris per ſpatiũ. Et quis dabit ꝙ non ſubito etiam in inſtanti aer ab extremo ſpatij fieret in centro: vnde patet ꝙ non eſt dicendum motũ grauium ⁊ leuium in vacuo ſi fieret: ſicut fieri a deo poteſt eſſe in inſtanti.

**Ad argumentum** ergo dicendũ eſt ꝙ ab vnitate principis procedit non neceſſitate naturali: ſed voluntate libera vnitas connexionis vniuerſi: ⁊ ideo non ſequitur ꝙ ſi non poteſt a ſe auferre vnitatem: non poſſit ẽt cõnexionem tollere ab vniuerſo.

¶ Qõ quarta.

**Quarto dato** ꝙ deus faceret vacuum queratur verũ ſequeretur accidẽs eſſe ſine ſubõ.

**Ad hoc dicit** commentator ꝙ cũ vacuum dicat trinã dimenſionem: ⁊ trina dimenſio ſit quantitas: ſi eſſet vacuũ eſſẽ predicamentũ quantitatis ſeparatũ a ſubſtantia.

**Alii autem dicunt** ꝙ cũ trina dimenſio ſit de conſideratione mathematici eſſent tunc mathematica ſecũdũ eſſe a nãlibꝰ qualitatibus ſeiũcta.

**Alii vero dicunt** ꝙ vacuum ſi eſſet non ſolũ non poneret dimẽſionẽ aliquã: ſed ẽt nõ poneret extremoꝝ aliquã diſtãtiã: ita ꝙ ſi corpora que ſũt intra celũ ⁊ terrã tollerentur: tolleretur ſtatim ſecũdũ eos oĩs diſtãtia celi a terra: ⁊ per cõſequens celum coniungeretur terre.

**Sed hec omnia** videtur eſſe friuola: vacuum eni non ponit realem dimenſionem: ſed imaginatam ſolum: ⁊ idcirco ſi eſſet: non ideo eſſet res quantitatis ſine ſubſtantia nec res mathematica niſi imaginata ſolum ſine materia ſenſibili. Non tolleretur etiam propter h̄ extremorum diſtantia: ⁊ tunc vacuum nec realem: nec imaginatam dimenſionem ⁊ extenſionem poneret: ꝙ falſum eſt. Non enim in puncto poteſt eſſe dimenſio ⁊ extenſio nec realis: nec imaginata: vacuum autẽ ponit trinam dimenſionem imaginatam ſecũdum ꝙ corpus in ſpacio receptum trinam dimenſionẽ realẽ habet.

¶ Textus.

¶ Sunt autem quidam quĩ per rarũ ⁊ denſum opinantur manifeſtũ eſſe ꝙ ſit vacuũ ⁊c.

¶ Lectio. xiij. ¶ Qõ prima.

**Hic poſſet** aliqs dubitare verũ in corporibus proueniat raritas ex vacuitate: videtur enim ꝙ ſic: vẽ.n. eſſe in illo cuiꝰ ptes magis diſtãt ſed maior diſtantia non videtur poſſe intelligi: nec minor vbi partes immediate ſibi coniunguntur. Si ergo partes denſi immediate coniungerentur: ⁊ partes etiam corporis rari: ſi eſſent immediate ſibi cõiuncte: non poſſet poni vtrum maior eſſet diſtantia partium in raro ꝙ in corpore denſo. Quia ergo h̄ friuolum eſt: videtur neceſſario ponendum ꝙ partes corporis rari: que magis diſtant: nec habent corpus extraneũ intra ſe vicinum habeãt intra ſe ſpaciũ aliquod vacuũ ⁊ per conſequens inſenſibile. Senſibiles enim qualitates in vacuo eſſe non poſſunt: nec diſtantia corporum intelligi poteſt: niſi intelligatur ſpaciũ vacuũ aut plenũ.

**Ad iſtam queſtionem** põt ſatis apparere ratio ex predictis. Conſtat enim ꝙ aqua eſt magis rara ꝙ̃ terra: ⁊ tamẽ propter ſui fluxibilitatem minus patietur intra partes ſuas aliquod ſpatiũ ꝙ̃ terra que non eſt ita fluxibilis. Unde ſatis euidens videtur ꝙ non eſt ponẽda raritas in aqua maior ꝙ̃ in terra: quia intra partes ſuas habeat plurima foramina vacua aut plena extraneo corpore: que tamẽ terra non habet: immo ſecũdũ rei veritatem pauciora talia foramina patitur intra ſe.

**Et preterea** iam oſtenſũ eſt ꝙ natura vniuerſitatis non patitur vacuum: ⁊ per conſequens raritas in corporibus eſſe nõ poteſt propter aliquam vacuitatem. Unde ſimpliciter dicendũ eſt ꝙ rarum non eſt propter ipſum vacuum in corpibus: nec denſum oppoſitum raro eſt propter vacui repletionẽ: ſed magis propter quaſdam qualitates ſub quibus vna ⁊ eadem dimenſio nata eſt ſtare. Eſt enim dimenſio interminata nata diuerſis qualitatibus terminari: abſqʒ eo ꝙ ipſa diuerſificetur eſſentialiter.

**Ad argumetum** ergo in contrarium dicendũ eſt ꝙ partes rari non dicũtur magis diſtantes: quia maior vacuitas cadat intra ipſas ꝙ̃ intra partes corporis denſi: quia ſecundũ veritatem in quolibet corpore continuo ſiue denſum fuerit ſiue rarum partes inueniuntur ad vnũ cõmunem terminũ copulate: ꝙ eſſe non poſſet ſi vacuum nullum caderet inter ipſas: videtur ergo hoc cõtingere: quia forma corpis rari: ſicut eſt forma ignis magis extendit materiam ꝙ̃ forma corporis dẽſi. Maior autem extenſio ponit maiorem diſtantiã extremorum a medio termino continuante partes quantitatis extenſe: in quo termino ille partes abſqʒ vllo medio copulantur: quemadmodũ ſi linea terre fieret linea aque non eſſet minus continua ſtans ſub forma aque ꝙ̃ prius fuiſſet ſub forma terre: ⁊ terra ſub forma aque haberet extrema magis diſtantia a medio terre continuate ꝙ̃ ſub forma terre: vnde manifeſtum eſt ꝙ raritas non contingit propter vacuum.

¶ Qõ ſecunda.

**Secundo poſſet** dubitare aliqs quomodo materia aq̃ fiat ſb̃ forma ⁊ quãtitate aeris: nõ accepto aliquo ꝙ prius nõ eſſet in materia: ſic enim ait Ariſtote. Cũ ex aqua fiat aer eadem materia non accipiens aliquid facta eſt: videtur eniʒ h̄ non eſſe verũ: quia forma aeris nõ põt ſimul cũ forma aque eẽ in mã. Eſt ãt foꝛa aeris in aere. Igitur neceſſario cum materia tranſmutatur ex aqua in aere fit naliqid accipiens: ſicut formam aeris ꝙ̃ non habebat ante.

**Ad iſtam queſtionem** dicendũ ẽ ꝙ in tranſmutatione ⁊ cõuerſione aque in aerẽ eſt ma

ſpectat

tationē duplicē attendere: quantū ad preſens ſpectat: vnam quidem ſecundum ſubſtantiam: ⁊ aliam ſecūdū denſitatem ⁊ raritatem: ⁊ cuilibet iſtarum mutationū debetur ſuum proprium ſubiectum: quia in mutatione ſubſtantiali ſubiectum eſt ipſa nuda eſſentia materie nullo mediante. In mutatione autē rarefactionis non ſubijcitur immediate nuda eſſentia materie: propter id ꝙ idē eſt ſubiectum tranſmutationis: ⁊ terminorum eius. Terminus autē rarefactionis eſt ipſa raritas. Unde quia ſubiectum raritatis immediatū non eſt nuda materie eſſentia: neceſſarium eſt ꝙ non ſit etiā immediatum ſubiectū rarefactionis. Et quia id ꝙ immediate ſtat ſub raritate eſt quantitas dimenſiua: neceſſarium eſt ꝙ ipſa materia mediante natura quantitatis dimenſiue ſit ſubiectum rarefactionis. Cum ergo ex aqua fiat aer materia que ſtabat ſub forma aque fit ſub forma aeris: quā prius habebat i potētia: ⁊ per cōſequens aliquid accipit ꝙ prius actu non habebat: ⁊ aliquid perdit ꝙ habebat: accipit enim formam aeris ⁊ perdit formā aque. Sed propter ħ non oportet ponere ꝙ perdat aliquid de eſſentia ſua. vel ꝙ aliquid accipiat de ſua eſſentia: ꝙ ante nō haberet: cū forma nō ſit de eſſentia materie: quin potius illa eadē eſſentia materie que prius ſtabat ſub forma aque: poſtea ſtat ſub forma aeris: nihil de ſua eēntia perdēs ꝙ haberet prius: nec etiam aliquid de ſua eſſentia accipiens ꝙ prius non haberet. Sicut autem dictum eſt de nuda eſſentia materie reſpectu ſubſtantialis tranſmutationis: ſic etiam intelligendum eſt de natura dimenſiue quantitatis reſpectu rarefactionis. Cum enim de denſo fit rarū natura dicte quātitatis: que prius ſtabat ſub denſitate fit ſtans poſtmodum ſub raritate: ⁊ per conſequens aliquid accipit ꝙ prius actu non habebat ⁊ aliqd perdit ꝙ habebat: quia accipit raritatem ⁊ perdit denſitatem. Sed ob ħ non cogimur ponere ꝙ perdat aliquid de eſſentia ſua vel accipiat: quia raritas ⁊ denſitas nō ſunt de eſſentia quantitatis dimēſiue: propter id ꝙ ſūt qualitates: ⁊ qualitas non eſt de eſſentia quantitatis: vnde ſecundū ħ illa eadem eſſentia quantitatis dimenſiue: que prius ſtabat ſub denſitate: poſtea ſtat ſub raritate: nihil de eſſentia ſua perdēs vel accipiens: ſed accipiens ⁊ perdens ſolū qualitates ſibi ſuperadditas. Eſt enim vna ⁊ eadem materia contrariorum. Per ħ autē tollitur ſatis euidenter poſitio antiquorum: ponebant enim ꝙ materia non fieret magis denſa niſi accipiendo intra partes ſuas aliquid de eſſentia dimēſiue quātitatis ꝙ ante non habebat. Et ſimiliter etiam volebāt ꝙ non poſſet fieri magis rara niſi perdendo aliquid de eſſentia quantitatis dimenſiue ꝙ intra partes ſuas ante habebat: ꝙ totū ex predictis ꝓ eſſe falſum.

¶ Textus.

¶ Sicut enim ex frigido fit calidum: ⁊ ex calido frigidū: q2 eadē eſt que erant potentia ⁊c.

¶ Qō tertia.

TErtio poſſet aliquis dubitare vtrū minus calidū fiat magis calidū nullo addito: videtur enim ꝙ non: q2 magis calidū habet perfectiorem calorem: perfectior autem calor continens eſt plures caloris gradus: ⁊ per conſequēs minus calidū nō fit magis calidū niſi accipiat gradus aliquis caloris.

Ad iſtam qōnem eſt dicendum ꝙ huius exemplū de magis ⁊ minus calido eſt inductū a philoſopho ad maiorem intelligentiam eorum que ſunt dicta de raro ⁊ denſo. Et vt videamus huius ſimilitudinis valorē ponamus ꝙ ſit corpus aliquod calidum ſecundum omnes partes ſuas debiliter tamen: ſed creſcat in calore: ita ꝙ fiat fortiter calidum. Hoc enī poſito apparet euidenter ꝙ tale corpus non fit idcirco magis calidum ꝙ̄ erat ante: quia fiat calor in aliqua parte ſua que prius calida non eſſet. Poſitum enim eſt ipſum debiliter calidum calorem habuiſſe in cunctis ſuis partibus: ſed fit in toto magis calidum: propter id ꝙ calor intēditur in omnibus partibus eius. Similiter etiam cum magis calidū fit minus calidum non ħ ideo fieri oportet: q2 fiat pars aliqua frigida que prius eſſet calida: ſed q2 calor in omnibus partibus eius remittitur. Et ſicut quidem dictum eſt de magis ⁊ minus calido: ſic eſt etiam de raro ⁊ denſo. Non enim materia fit magis denſa: quia intra partes ſuas fiat eſſentia quantitatis dimēſiue inter quas fuerit ante vacuitas: ſed poti⁹ ipſa materia per totum habet eſſentiā dimenſiue quantitatis ⁊ cum ponitur ſub forma minus extēdente dimenſiuā quantitatem eius fit minus rara: ⁊ magis dēſa. Cum vero ponitur ſub forma eius dimenſiuam quantitatē totaliter magis extendente fit magis rarum: ⁊ non ideo: quia eēntia dimenſiue quātitatis tollatur ex aliqua eius parte in qua prius fuerat: vt ſic dicatur vacuum fieri intra partes corporis. Sicut autem dictum eſt de raro ⁊ denſo: ſic etiam eſt intelligendū de magno ⁊ paruo raritatem ⁊ denſitatē conſequentibus. Quia enim mā̄ vnā ⁊ eandē eſſentiam quantitatis habens eſt magis extenſa in raro ⁊ minus in denſo: idcirco inuenitur in raro eſſe maior ⁊ in denſo minor: ħ facit maior ⁊ minor extenſio in quantitate. Unde ſicut calor fit maior aut minor: quia magis aut minus intenditur: ⁊ non q2 in parte corporis fiat calor in qua antea nō erat aut auferatur a pte corporis in qua erat: ſic etiam vna materia cum vna ⁊ eadem eſſentia dimenſiue quantitatis fit maior aut minor in quantitate in raro ⁊ denſo quia ſua quantitas extendit magis aut minus: ⁊ non quia eſſentia quantitatis dimenſiue auferatur ab aliqua parte eius in qua prius erat: vel etiā fiat in aliqua parte ipſius in qua antea non erat. Quod ergo dicitur minus calidū fieri magis calidum non accipiens calorem intelligendum eſt non accipiens calorē in parte in qua calorē ante non haberet: ⁊ non quaſi non ſit accipiens gradum intenſionis in calore. Et ħ de vacuo dicta ſufficiant.

¶ Textus.

¶ Conſequens autē dictis eſt aggredi de tempore ⁊c.

¶ Lectio. xiiij. ¶ Qō prima.

HIc poſſet eſſe dubitatio vtrum tempus ſit de numero entium videtur enim ꝙ non per rationes Ariſto. quia preteritum ⁊ futurum non ſunt: ⁊ ex eis componitur tempus. Item quia nulla pars temporis eſt: quia actu de tempore non eſt niſi nunc: ⁊ nunc non eſt pars temporis: ſicut pūctum non eſt pars linee.

Ad iſtam queſtionem dicendum eſt ꝙ tempus eſt de numero entium: quia omne continuum eſt ens: ⁊ tempus eſt quedam quantitas continua: vnde neceſſarium eſt ipſum habere rationem alicuius entis. ¶ Et preterea non ens non eſt menſura entium: quia per menſuram cognoſcimus quantitatem menſuratā: ⁊ non ens non poteſt eſſe ratio ⁊ principium cognitionis alicuius entis. Cum ergo tempus ſit menſura quedam entiū mobilium: oportet de neceſ

ſtate ipſum eſſe de numero entium:

**Argumenta autem** facta in cōtrariū nō concludunt magis de tempore ꝙ non ſit ꝙ̄ etiam de motu:q2 queadmodū de tēpore non accipit̄ ſimul:niſi nūc ꝙ eſt indiuiſibile ⁊ non eſt pars temporis:ſic etiā ⁊ de motu nihil poteſt ſumi ſimul niſi tantū vnicū mutatū eſſe ꝙ indiuiſibile eſt: ⁊ non eſt pars aliqua ipſius mot⁹ Sed ꝓp̄ h̄ non oportet ꝙ tempus ⁊ motus ſint non entia. Alia eſt.n.entitas permanentiū: ⁊ alia ſucceſſiuoꝝ q2 permanentia habēt partes fixas ſtantes: ſucceſſiua vero nō habēt partes ſtantes:ſed fluentes fluxione cōtinuata per aliquid indiuiſibile vel vnū cōtinue fluēs Quia igitur tēpus ⁊ motus entia ſucceſſiua ſunt nō dicūtur eſſe:q2 partes aliquę ipſoꝝ ſtent:ſed eo ipſo eſſe dicūtur quo eſt ipſum mobile continue motum vel ipſuʒ nūc indiuiſibile continue fluens.

¶ Textus.

¶ Amplius aūt ipſum nūc quod vr̄ determinare ⁊c.

¶ Nō ſecunda.

**Secundo poſſet** aliquis dubitare ꝓpter quā cāʒ nō ſunt ſimul plura nūc videtur enī h̄ eſſe falſum:nā nūc conſequitur mobile:ſunt autem ſimul plura mobilia:ergo ⁊ plura nūc poterunt eſſe ſimul.

**Ad iſtam qōnem** dicendū eſt ꝙ ſimul plura nūc tēporis eſſe nō pñt:huius aūt declaratio eſt:q2 ſicut mobile fluēs ſe habet ad motū:ſic etiā ⁊ nūc fluens ſe habet ad tempus: mobile aūt fluēs ſic ſe habʒ ad motū ꝙ dat ſibi vnitatem ⁊ multiplicitateʒ:vnde ſi ponant̄ ſimul plura mobilia mota: ſtatim in continenti ſimul ponuntur ⁊ plures motus. Conſimili ergo modo: ⁊ ipſum nūc fluens dabit vnitatē ⁊ multiplicitatē tēpori:ita ꝙ ſi ponant̄ inſimul plura nūc fluētia: erūt de neceſſitate inſimul ⁊ plura numero tempora. Q2 ergo nullo modo poteſt eſſe niſi vnū numero tēpus:vt infra deo volente ꝓbabit̄:pʒ ꝙ inſimul non poſſūt eſſe plura nūc fluentia. Eſt ergo ſimul non niſi vnū numero nūc fluēs manēs idē ſʒ rem in toto tempore:diuerſificatuʒ tñ ſm rōneʒ vt infra patebit. Attēdendū autem eſt:ꝙ ſi ponant̄ plura tempora:quoꝝ vnū ab alio cōtineatur:non propter h̄ erūt plura numero tēpora:q2 pars non ponit numeꝝ cū toto: ⁊ cōtentū ad cōtinēs ſe hʒ:ſicut pars ad totum vnde nō ponūtur plura numero tempora:ſi dies dicat̄ eſſe cum nō eſt hora diei:q2 hora diei cū die in numerū tēpoꝝ nō ponit:cū ſit quedā pars ipſius. Propter hāc ergo cauſam pħs ait ꝙ nō poſſunt ſimul duo eſſe aliq̄ tēpora: niſi vnū ipſorum contineat reliquum.

**Ad argumētum** ergo in cōtrariuʒ dōʒ eſt ꝙ nunc ſequitur mobile ꝙ tñ nō multiplicatur ob multiplicationem eius:ſicut etiam tempus ita ſequit̄ motuʒ ꝙ non multiplicatur ad multiplicationē motuum.

¶ Textus.

¶ Quid autem eſt tēpus: ⁊ que natura ipſius ſimiliter ⁊ ex traditis immanifeſtum eſt.

¶ Lectio.xv. ¶ Nō prima.

**Hic primo** poſſet aliqs dubitare vtrū ſi eēnt plures primi motus oporteret ponere plura eſſe tēpora:videt̄ enim ꝙ ſic:q2 multiplicato ſubiecto:neceſſe eſt multiplicari accidēs. Cū ergo ꝑmus motus ſit ſubm temporis:neceſſe eſt multiplicato motu multiplicari etiam ⁊ tempus.

**Ad iſtam qōnē** pʒ qd ſit dōm ſm intentionē Ari. arguit enī cōtra ponētes tēpus eē motū primū:ꝙ ſi eēnt plures celi eēnt pl'es mot⁹ ꝓmi:nec tñ eēt niſi tm̄ vnū tps: ⁊ ex h̄ reputat ꝓbatū ꝙ tēpus nō idē ſit ꝙ motus. Vult ergo Ariſt. ꝙ tēpus nō multiplicaret̄ ēt ſi fieret primorū motuū multiplicatio:hui⁹ aūt demōſtratio eſt:q2 cum tēpus ꝓueniat ex ipſo nūc ꝯtinue fluēte:impoſſibile eſt ipſum eē multiplex ſi nūc fluēs nō ſit niſi vnū. Nūc autē ita eſt ꝙ ſi eſſent plures celi ⁊ plures mūdi ⁊ plures primi mot⁹:nō eēt niſi tantū vnū numero nūc fluēs:cuius declaratio eſt:q2 ſi duo motus ꝑticulares ſimul fierent ⁊ ſimul finirentur vnus quidem in h̄ mūdo ⁊ alius in alio:dicerent̄ fieri ambo in vno ⁊ eodē numero tēporis vnde manifeſte appʒ ꝙ cū multitudine celoꝝ mūdorū ⁊ primorū motuū maneret vnū tm̄ numero nūc fluens ⁊ per ꝯñs vnū tātū tēpus eēt ⁊ nō plura:nō.n.dicit aīa fieri in plurib⁹ tēporibus que ſimul fiūt:ſed in vno ⁊ eodē:vñ pʒ ꝙ tam cōtra pħm ꝙ̄ cōtra veritatē eſt ꝙ dicūt aliqui q ponūt ꝙ ſi eēnt plures primi motus eſſent plura tēpora. Dicēdū eſt ergo ꝙ ſi tēpus ⁊ mot⁹ prim⁹ idē eēnt:tam ſecūdū rē ꝙ̄ ſecūdū rōnē: neceſſario multiplicato vno multiplicaret̄ etiā ⁊ reliquū:nūc aūt:q2 ſcdm rationē differūt:nō eſt neceſſariū ꝙ multiplicato ſimul motu primo multiplicet̄ ſimul: primo etiā ⁊ tēpus:ſicut habet infra declarari.

**Ad argumentum** ergo dōm ē ꝙ tēpus ſecūduʒ ſuā rōnē formalē cōpletā nō eſt in motu ſine aīa: ⁊ ideo nō opʒ ꝙ multiplicet̄ ꝓp̄ ſolā multiplicationeʒ motus.

¶ Textus.

¶ At vero ſine motu tempus eſt ⁊c.

¶ Nō ſecunda.

**Secundo poſſet** aliquis dubitare ꝓp̄ id qd tēpus nō ꝑcipit̄ nō ꝑcepto motu:videt̄.n. nūc h̄ eſſe neceſſariū:q2 cognitio mēſure nō depēdet ex cognitione menſurati:ſed magis ecōuerſo. Tēpus aūt eſt mēſura mot⁹ ſʒ cognitio tpis nō vr̄ depēdere ex cognitione motus.

**Ad iſtam qōnem** dōm eſt ꝙ tēp⁹ ꝑcipi nō poteſt nō ꝑcepto motu:cui⁹ rō eſt:q2 tēpus ſm ſuā rōnē ponit quādā morā ſucceſſiuā:mora aūt ſucceſſiua ꝓriua ſucceſſione ꝑcipi nō pōt niſi ipſa ſucceſſio cōtinua ꝑcipiat̄ Cōtinuā aūt ſucceſſionē eſt impoſſibile ꝑcipere nō ꝑcepto motu:vnde apparet euidēter ꝙ tēpus ꝑcipi non poteſt niſi motus ſit ꝑceptus.

**Ad argumentum** ergo dōm ē ꝙ tēpus nō ſolū eſt mēſura motus:ſed eſt ēt idē realiter cuʒ motu: ⁊ ideo ſine ꝑceptione ei⁹ ꝑcipi non pōt: quemadmodū etiam mēſura lōgitudinis non ꝑcipit̄ niſi ꝑcipiat̄ lōgitudo: q2 ſm rē mēſura lōgitudinis a lōgitudine nō differret cū longitudo longitudine mēſuret̄. Similiter ēt nō ꝑcipit̄ menſura vnitatū nō ꝑcepta vnitate: q2 vnitas eſt vnitatum propria menſura.

¶ Textus.

¶ Accipiēduʒ aūt qm̄ querimus quid ſit tempus ⁊c.

¶ Lectio.xvj. ¶ Nō prima.

**Hic primo** poſſet aliqs dubitare vtrū tēpus ſit idē ꝙ motus:videt̄.n. ꝙ ſic.q2 vnūqdq3 mēſurat̄ aliquo ſui generis. Cū ergo motus mēſuret̄ tēpore:videt̄ dicēdū ꝙ tēpus ſit de genere motus: ⁊ per ꝯñs ꝙ mot⁹ ⁊ tēpus ſint idem.

Ad iſtam

Ad iſtam q̄onem e dōm ꝙ tēpꝰ ⁊ motꝰ ſit idē realr ſed differūt ſm rōnē. Q̄ō āt idē ſint realr appet ex p̄dictis. Dictū eſt.n. ꝙ tēpus eſt cōtinuū q̄dā ſucceſſiuū cōſtat aūt ꝙ ſm rōnē nihil eſt cōtinuū ſucceſſiuū: cuiꝰ res nō ſit res motꝰ: pp id ꝙ ipſa cōtinua ſucceſſio: motꝰ eſt. Tēpus igit̄ ſm rē nō eſt aliud a motu: verū eſt tamē ꝙ ab ipſo ſm rōnē differt. Nā ſi in re motus attēdamꝰ ad ſolā cōtinuā fluxionē eiꝰ: nō habebimꝰ ex h rōnē tēporis: q2 talis rō nō cōſiſtit in h ꝙ eſt cōtinuā fluxionē eē. Et q2 ipſa cōſiſtit in rōnē mēſure talis fluxionis: pp id ꝙ rō tēporis ē: vt ſit mēſura motꝰ: idcirco ſi ī re motꝰ attēdamꝰ ad talē rōnē hēbimus ſtatim rōnē tēporis. Hec aūt in proſequēdo melius patebūt. Eo igitur ipſo quo ī re motꝰ attēdēdo ad ſolā cōtinuā fluxionē habemus motus rōnē ⁊ nō tēporis: ſed hāc habemus attendēdo in tali fluxione ad ipſam eiꝰ mēſurationē: p3 euidenter ꝙ tempus ⁊ motus idem ſunt ſecundum re3: ſed ſecundū rationem differunt.

Ad argumentum ergo in cōtrarium p3 rn̄ſio q2 tēpus nō eſt aliud ſm rē a genere motꝰ: nec a motu: vt dictū ē: ⁊ h ſuffic̄ ad h ꝙ eē poſſit ꝓpria mēſura eius.

¶ Q̄ō ſecunda.

SEcundo poſſet aliquis dubitare: quare tēpus nō cognoſcit̄ ⁊ ꝑcipit̄ eſſe per vnū nūc: vr̄ eni iſtud eē falſum: q2 ꝑcipiēdo nūc ꝑcipimꝰ tēporis finē ⁊ ꝑncipiū Sed ꝑcepto tēporis pricipio: vr̄ ꝙ ꝑcipiamꝰ de neceſſitate tempus. Igitur vnum nunc percipiendo ipſum tempus poſſumus percipere.

Ad iſtam q̄onem eſt dō3 ꝙ vniuerſaliter vnico tm̄ īdiuiſibili ꝑcepto eē nō eſt neceſſariū ꝑcipere tm̄ ꝯtinuū exiſtere: cuiꝰ rō eſt: q2 ex eo ꝙ determinamꝰ priuatiōnē eē nō eſt neceſſariū ꝙ percipiamꝰ ⁊ determinemus eē habitū ei oppoſitū. Indiuiſibile aūt ponit priuationē diuiſibilitatis: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝯtinue q̄titatis: ⁊ idcirco ex apprehēſione vniꝰ indiuiſibilis nō poſſumꝰ determinare tātā ꝯtinuā q̄titatē eē. Quia igit̄ nūc dicit q̄d īdiuiſibile ⁊ tēpus dicit q̄d cōtinuū: p3 euidēter ꝙ ex apphēſiōe vniꝰ nūc tm̄ nō determinamꝰ q̄titatē tēporis. Poſſumus aūt h facere apprehēdendo duo nūc extrema ⁊ diſtātiā mediā que cadit intra ipſa. Sicut.n. apprehēdēdo duo pūcta: ⁊ ipſoꝝ mediā diſtātiā ꝑcipimus ⁊ determinamus q̄titatē linee: pp id ꝙ intra pūcta non cadit niſi linea: ſic ēt ꝑcipiēdo duo nūc extrema: ⁊ ipoꝝ mediam diſtātiā: ꝑcipimus ⁊ determinamꝰ q̄titatē tēporis q2 iter ipſa nūc mediū per ſe nō cadit niſi tēpus: h autē optime facit ad id ꝙ Ari. vult ingrere. Inueſtigat.n. ꝙ tēpus d3 numerus ⁊ mēſura eē: vult aūt ois mēſura eē q̄d certū ⁊ determinatū. Tēpus aūt certū ⁊ determinatū nō facit: vt dictū eſt: apphēſio vniꝰ nūc: ſed duorū. Igit̄ apphenſio duoꝝ nūc ⁊ medie diſtantie facere pōt: vt demus tēpori rōnē mēſurātis: ⁊ q2 h tēpus cū ſit aliq̄d finitū: ⁊ ad duo extrema terminatū pōt a motu multipliciter excedi: neceſſariū eſt ꝙ ipſum ſm quātitatis ſue replicationē mēſuret totū talē motū excedentē. Replicatio aūt: q2 numeratiōnē ponit dat tēpori rōnē numeri: ⁊ ꝓpterea dr̄ ꝙ tēpus eſt nūerus motus.

Ad argumentum ergo ī cōtrariū videt̄ dicendū ꝙ l3 ꝑcepto tēporis principio percipiamus ex ꝯñti tēpus: nō tm̄ certificamus: ⁊ determinamꝰ per h ipſum q̄titatē eius: ſicut dictū eſt. Cū.n. percipit̄ nūc inchoans fluxionem percipitur quodāmodo ex conſequenti fluxio: ſed nō tāta nec determinata ⁊ certa: verū eſt aūt ꝙ ſi nūc ꝑcipiat̄ ſimpliciter: vt q̄d īdiuiſibile eſt: nō percipit̄ nūc tēpus aliq̄d determinatū vel interminatū: hīt tm̄ percepto ipſo: vt eſt ꝑncipiū tēporis: ꝑcipit̄ aliqliter ⁊ tēpus cuius principiū ponit̄: l3 ex h tm̄ quantitas temporis: vt dictum eſt: terminari nō poſſit.

¶ Textus.

¶ Hoc.n. eſt tēpus: nūerus motꝰ ſm prius ⁊ poſteriꝰ.

¶ Q̄ō tertia.

TErtio poſſet aliqs dubitare vtrū cōuenienter dicat̄ ꝙ tēpus eſt numerus: videt̄ eni3 ꝙ nō: q2 numerus eſt quantitas diſcreta: ⁊ tempus eſt quantitas cōtinua.

Ad iſtam q̄one3 dicūt aliqui ꝙ tempus duo claudit in ſe: vnū q̄dē ſicut mālē: ⁊ h ē motꝰ: ⁊ aliud ſicut formale ⁊ h eſt quedā diſcretio numeralis. Et rōne q̄dē eiꝰ ꝙ in ipſo eſt mālē ipſum tēpus eſt cōtinuū. Rōne vero eius ꝙ eſt in ipſo formale ipſum eſt q̄d diſcretū. ¶ Sed iſta rn̄ſio dubitationē non tollit: q2 cū mālē in tēpore: vt dicūt: ſit motus: ſi ſolū rōne mālis tēpus q̄d continuū eſt nō erit bene dictū ꝙ tēpus: ſed ꝙ motꝰ eſt q̄titas continua. Itē tūc tēpus nō per ſe: ſed per accñs dicet̄ q̄d continuū eē: q2 que alicui attribuuntur rōne mãe ſunt ſibi attributa ꝑ accñs. Dō3 eſt ergo alr̄: v3 ꝙ duplex numerus eſt: vnꝰ q̄dē: cuiꝰ ptes nō dicūt cōtinuas q̄titates: ſed magis ſimplices ⁊ īdiuiſibiles vnitates: qualis eſt numerus ſimplex: ⁊ iſte ē ſimplr̄ q̄titas diſcreta ⁊ non cōtinua. Aliꝰ aūt numerus eſt: cuius ptes nō ſunt ſimplices ⁊ īdiuiſibiles vnitates: ſed magis quedā cōtinue q̄titates: qualis eſt numerus decē palmoꝝ: qui ex decē palmis cōponit̄: ſicut ex ptibꝰ. Quilibet.n. palmus ponit cōtinuā q̄titatē. Talis ēt numerus eſt tēpus: cuiꝰ ptes ſunt priꝰ ⁊ poſteriꝰ que nō īdiuiſibilia ſūt: ſed ꝯtinua. Et q2 q̄libet ps tēporis eſt ꝑ ſe ⁊ ēentialiter tēpus p3 ꝙ ꝯgrue dicitur tēpus ēentialiter eē q̄titas ꝯtinua l3 aliquo mō hēat rōnē diſcreti: vt infra patebit.

¶ Q̄ō quarta.

QUarto poſſet aliqs dubitare vtrum prius ⁊ poſteriꝰ poſita in diffinitione temporis ſint ea que ſūt tēporis: videt̄ eni3 ꝙ ſic: q2 per ſuū primū ⁊ ſecūdū tēpus menſurat priorem motū ⁊ poſteriorē. Et eo ipſo quo dicitur eſſe numerus motus ſecūdū prius ⁊ poſterius: videtur ꝙ prius ⁊ poſterius recta in eius diffinitione ponatur.

Ad iſtam q̄one3 dō3 eſt ꝙ nō ſunt priꝰ ⁊ poſterius tpis q̄ ī eiꝰ diffōne ponūtur: cuiꝰ rō ē: q2 priꝰ ⁊ poſteriꝰ tpis diffiniūtur ꝑ ptes: ſicut diffiniūtur ꝓpria ꝑ ſub3. Si ergo tēpus ēt diffiniret̄ ꝑ ipſa eēt diffinitio circularis ⁊ incōueniēs. ¶ Et ꝓterea diffinitio d3 dari ꝑ priora ⁊ ñ ꝑ poſteriora: priꝰ āt ⁊ poſteriꝰ tpis: poſteriora ſūt tpe: ſicut ꝓprietates nālr̄ poſteriores ſunt ſubō: nō ergo tēpus d3 diffiniri per ipſa: ſed per prius ⁊ poſterius ī motu: q̄ priora ſunt tēpore: ab eis eni cauſat̄ in tēpore prius ⁊ poſterius: ſicut vult phs in ſra: dōm eſt igit̄ ꝙ prius ⁊ poſteriꝰ tēporis nō diffiniūt tēpus: ſed ꝑ tēpus diffiniūtur. Diffiniunt aūt tēpus prius ⁊ poſterius in motu: ⁊ iſta vlterius determinantur per prius ⁊ poſterius in magnitudine.

Ad argumentum ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ tēpus dr̄ nūerus motꝰ ſm priꝰ ⁊ poſteriꝰ ī motu

propter id ꝙ motum totum menſurat mẽſurando ⁊ numerando priorem ⁊ poſteriorem partem eius.

¶ Textus.

¶ Et ſicut motus ſemper aliud: ſic ⁊ tempus ⁊c.

¶ Lectio. xvij. ¶ Qõ prima.

VTea que hic de ipſo nũc tangũtur melius intelligantur: queratur primo vtrum nunc temporis idem ſit cuꝫ nunc eternitatis: videtur enim ꝙ ſic: quia ſicut ſe habet vnitas ad numerũ: ſic ſe habet ⁊ nunc ad ea quorum eſt. Sed vnitas ſecundum formalem rationem eadem eſt omnium numerorum: igitur ⁊ nunc omnium menſurarũ ſecundũ rationem formalem idem erit.

Ad iſtam qõnem eſt dicenduꝫ ꝙ nũc tẽporis nõ poteſt idem eſſe cum nunc eternitatis. ¶ Ad cuius intelligentiam conſiderandum eſt ꝙ eternitas cũ ⁊ tempus ſunt rerum menſure ſecundum earum eſſe: ⁊ qꝛ menſura debet eſſe vnigenea menſurato ſm phyloſophum in decimo methaphyſice: neceſſarium eſt ꝙ ſecũdum modũ diuerſum eſſendi ipſarum rerum ipſe tales menſure diuerſificẽtur. Modus enĩ eſſendi triplex in tota vniuerſitate rerum inuenitur: vnus quidem qui immutabilitatem ponit tam actu ꝗ potentia: q̃lis eſt modus eſſendi prime cauſe que in ſuo eſſe nullam omnino mutationem pati poteſt: propter id ꝙ omnis mutatio eſt propter defectũ ⁊ indigentiam alicuius: que non cadunt in eſſe prime cauſe cui nihil poteſt deficere nec in poſterum aliquid accreſcere. Eſt enĩ ſimpliciſſimum: ⁊ omnis perfectionis contentiuum. Et menſura quidem eiꝰ dicitur eternitas que ſimili modo tota ſimul eſt omni ſucceſſione carens non perdens aliquid in preterito nec aliquid expectans in futuro: propter id ꝙ menſurã oportet proportionari menſurato. Alius autem modus eſſendi rerum eſt immutabilis quidem actu: ſed mutabilis in potẽtia: qualis eſt modus eſſendi intelligentiarum creatarum: quaruꝫ eſſe eſt fixum ſtans immobile ſecundum actum: ſolidatum quidem munere alterius Nam totum ſuum eſſe accipit ſimul intelligentia a deo a principio ꝓductionis ſue: ideoqꝫ poſtea retinuit ⁊ ſemper retinebit ſine cremento cum ſit ſimplex ⁊ ſine defectu: defectibile tamen eſt ⁊ deficeret: ſi cauſa pria ſuam influentiam ſubtraheret. Unde optime dictum eſt ꝙ ipſum eſt actu quidem immutabile: ſed mutabile potentia: ⁊ menſura eius dicitur euuꝫ: ꝙ ſimiliter eſt totũ ſimul abſqꝫ ſucceſſione ⁊ mutatione aliqua ſecundum actum. Tertius autẽ modus eſſendi eſt mutabilis tam ſecundum potentiam ꝗ ſecũdum actum: qualis eſt modus eſſendi rerum temporalium: que non ſolum mutari poſſunt: ſed ẽt actualiter mutantur: vnde non habẽt inquantum huius fixuꝫ ſtans: ſed mobile ⁊ fluens: vñ dictum eſt ſupra ꝙ tempus eſt numerus motus ſecunduꝫ prius ⁊ poſterius. Nũc igitur temporis eſt nũc fluens tam potentia ꝗ actu: ſublata auteꝫ fluxione ⁊ mutatione: ſed non penitus defectibilitate: remanet nunc eui ꝙ eſt fixum ſtans totum ſimul non deficiens: deficere tamen aliquo modo potens: ablata vero vlterius nõ ſolum fluxione ⁊ mutatione: ſed ⁊ omni penitus modo defectibilitatis remanet nunc eternitatis: ꝙ eſt fixum ſtans immobile non deficiens nec deficere vllo modo valens. Patet igitur quale ſit nunc temporis: quia eſt continue fluens: ⁊ propterea de neceſſitate a nunc eternitatis differt.

Ad argumentum ergo in contrarium dicendũ eſt ꝙ ſicut numerus eſſentialis non eſt numerus accidentalis: ſic etiaꝫ vnitas eſſentialis non ab accidentali vnitate differt: vnde non eſt eadem vnitas cũctoꝝ nũeroꝝ.

¶ Qõ ſecunda.

SEcundo poſſet aliquis dubitare vtrum nunc temporale ſit idem realiter cum ipſo mobili: videtur enim ꝙ non: qꝛ diffinitio dicit realitatem diffiniti. Cum ergo diffinitio ipſius nunc alia ſit a diffinitione mobilis: videt̃ ꝙ nũc ſit alia res ꝗ ipſum mobile.

Ad iſtam qõnem ꝙ nũc tẽporis ⁊ mobile idem ſunt ſecundum rem: ſed ſecundum rationem differunt ⁊ ꝙ idem ſint ſecundũ rem de facili apparet. Dictũ eſt enim in queſtione precedenti ꝙ nũc temporis per hoc differt a nunc eui ⁊ eternitatis: quia ipſum eſt fluens motum tam potentia ꝗ actu ꝙ de nullo illorum verum eſt. Conſtat autem ꝙ nihil eſt fluens motum potentia ⁊ actu in re preter ipſuꝫ mobile. Neceſſarium eſt igitur ꝙ nunc temporis non ſit res alia ab ipſo mobili Ad videndum autem quomodo ab ipſo differat ſecundũ rõnẽ: attendendum eſt ꝙ cum mobile ſit ſubiectum motus/ dupliciter ſumi poteſt: ſicut ⁊ motus cuiꝰ eſt ſubiectum poteſt accipi duobus modis. Secundum enim duo que in motu poſſumus attendere ipſuꝫ motuꝫ poſſumus accipere dupliciter. Naꝫ in motu poſſumus attendere ad ipſaꝫ continuaꝫ fluxioneꝫ que ponitur per ipſuꝫ: ⁊ ad moraꝫ ſiue durationeꝫ talis fluxionis: que quidem duo differunt ſecundum rationem: ſicut poteſt patere ex his que ſunt nobis magis manifeſta. Videmus enĩ ꝙ in eſſe hominis eſt attendere ad ipſaꝫ actualitatem que ponitur per ipſum: quia omne eſſe eſt quedam actualitas. Eſt etiam in ipſo attendere ad moram ⁊ durationem eius. Differunt autem h̃ duo ratione: qꝛ vt in eſſe attendamus actualitatem ratio eius eſt ꝙ ſit actus ⁊ perfectio ipſius entis. Sed ratio more ⁊ durationis nõ eſt ꝙ ſit actus ⁊ perfectio hominis: ſed magis ꝙ ſit quoddam accidens exiſtentie ⁊ actualitatis eius. Eodem igitur modo intelligendum eſt de motu. Nam vt attenditur ipſa eius fluxio ratio eius eſt ꝙ ſit actus entis fluentis ſiue mobilis. Mora vero ⁊ duratio talis fluxionis non eſt de ratione ſua actus rei mobilis: ſed ſecundum ſuam rationem apparet quoddam dicte fluxionis accidens. Si ergo attendamus ad ſolam fluxionem continuam que ponitur per motuꝫ: damus ſibi nomen ⁊ rationem motus: quia ratio motus eſt ꝙ ſit actus entis mobilis. Sed ſi attẽdamus ad ipſaꝫ durationem ⁊ moram dicte fluxionis: damus ſibi nomen ⁊ rationem temporis: vñde dici conſueuit ꝙ tempus eſt mora motus: cuiꝰ ratio eſt quia vnumquodqꝫ menſuratur aliquo ſibi vnigeneo: ſicut vnitates menſurantur vnitate ⁊ longitudo longitudine: ergo ſimiliter mora motus per moram motus menſurabitur. Quia igitur id ꝙ menſurat motũ tempus dicitur. Patet ꝙ conueniẽter tempus ponitur eſſe ipſa mora motus: que nõ eſt tota ſimul: ſed tantuꝫ ſucceſſiue: ſicut motus. Sic ita ꝙ patet: quomodo licet tempus ⁊ motus idem ſint ſecundum rem: tamen ſecundum rationem differunt. Et eodem modo de nunc temporis ⁊ de mobili dicendum eſt: de mobili poſſumus loqui dupliciter: inquantum poſſumus duo attendere in ipſo: ſicut in motu. Cum enim mobile incipit moueri initiat ipſam continuam fluxionem que eſt motus. Continua autem fluxio initiari non poteſt: quin initietur mora eius: vnde manifeſtum eſt ꝙ cum mobile incipit moueri initiat continuã

et continuam fluxionem: ⁊ ipſi⁹ etiam moram. Scdm h ergo in ipſo mobili ad duo poſſumus attendere: quia ad h ꝙ initiat continuam fluxionem: ⁊ ad h ꝙ initiat moram propriam ipſius: que quidem duo ſic ſecunduz rationem differunt: ſicut differũt fluxio: ⁊ mora fluxionis: ⁊ quemadmodum fluxio mot⁹ eſt: ⁊ mora tempus ſic etiam res incipiens mouere: inquantum initiat fluxionem: eſt initians motum: ⁊ inquantum initiat moram fluxionis que eſt tempus eſt proprium initiatiuuz ⁊ continuatiuum temporis. Proprium autem temporis initiatiuũ ⁊ continuatiuum eſt ⁊ dicitur nũc: ⁊ proprium initiatiuũ motus dicitur mobile: ita ꝙ ſecundũ h apparet euidenter: ꝙ ſi in mobili attendamus ad h ꝙ incipiat moueri initiat continuam fluxionem attribuimus ſibi nomen ⁊ rationem mobilis: ſed ſi attendamus ad h ꝙ initiatur propriam moraz dicte fluxionis damus ſibi nomen ⁊ rationem ipſius nunc: ⁊ ſic mobile ⁊ nunc quantumcũꝗ idem ſint ſecundũ rem: tamen ſecũdũ rationem differũt.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendũ eſt ꝙ realitas mobilis claudens vnam certam rationẽ eſt realitas ipſius nũc: ⁊ claudens non illam eandez rationem: ſed aliam: eſt realitas mobilis: vnde non eodẽ modo ſũpta ẽ realitas vtriuſꝗ: ⁊ h ſufficit ad diuerſificãdas ipſoꝝ diffinitiones.

¶ Qõ tertia.

**SEd tunc tertio** poſſz aliquis dubitare vtrum nunc ſit idem ſecundũ rem in toto temporis decurſu: videtur enim ꝙ non: quia illa dicuntur eſſe ſimul que ſunt in eodem tempore: vel in eodez nunc temporis. Si ergo eſſet idem nunc ſecundum rem in toto temporis decurſu: neceſſario omnia pterita futura ⁊ preſentia ſimul eſſent: q2 oĩa forent in eodez nũc tẽporis ſecũdũ rem.

**Ad iſtam qõnem** ſatis apparet ratio ex dictis. Jam enim dictum ꝙ temporis decurſus idem eſt ſecundum rem cum fluxione continua poſita per motũ ⁊ ꝙ ipſum nunc ſecundum rem idem eſt cum mobili. Uidemus autez ꝙ ipſuz mobile idez eſt ſecundũ rez in tota continua fluxione motus: diuerſuz autez ſoluz ſecundum rationez initiantis continuantis ⁊ terminantis motuz: quia cuz incipit moueri: habet rationez initiantis motuz: per hoc vero ꝙ moueri non ceſſat: ſed cõtinue mouetur habet rationem continuantis motum: ſed per hoc ꝙ deſinit moueri habet rationem terminantis motuz: quia ergo vt predictũ eſt nunc ⁊ mobile idez ſunt ſecũduz rez: ⁊ decurſus temporis: ⁊ fluxio motus idem ſunt ſecunduz rez: neceſſarium eſt ꝙ ſicut in tota fluxione motus ipſum mobile idem eſt ſecunduz rem ⁊ diuerſum ſecundum rationem: ſic ⁊ ipſuz nunc non in toto temporis decurſu idez ſit ſecundum rem diuerſuz ſoluz ſecundũ rationem initiantis continuantis ⁊ terminantis tempus: quia ſecunduz ꝙ accipitur in principio ſucceſſiue more initiat tempus. Secũduz vero ꝙ accipitur cũ mobili non quidez incipiente fluere ſed cõtinue fluente continuat tempus. Sed ſecundũ ꝙ accipitur cũ mobili ſinente fluere terminat moraz ſucceſſiuam ſiue tempus: ⁊ ſecundũ hũc modum extrema tẽporis nũc differunt. Patet igitur ꝙ ipſum nũc ſecundũ rez idem eſt in toto temporis decurſu: diuerſuz tamẽ ſecundũ rationem.

**Propter argumentum** autem factum in contrariũ conſiderandum eſt ꝙ quãuis nunc predicto modo idez ſit in toto temporis decurſu ſecundum rem propriam vel proprie dictam: poteſt tamen realiter tempus diuerſificare: conſtituit enim tẽpus fluxu ſuo: non propter ſolaz rez proprie dictaz: que eſt realitas ipſius mobilis: ſed propter hanc realitatez includentez rationez propriaz ipſius nunc: ita ꝙ realitas mobilis ſoluz: vt eſt includens dictam rationez: eſt propria ipſius nunc realitas: ita ꝙ ſecundũ h conuenienter dici poteſt ꝙ hac ratione diuerſificata: diuerſificatur realitas ꝑpria ipſius nunc: vt ſic dicatur ipſum quodam modo idez manere ſecunduz rem in toto tempore: ⁊ quodammodo non idez. Naz ſi habeatur reſpectus ad realitatem proprie dictam: que eſt fundamentuz modorũ ſe habendi: neceſſariũ eſt dicere: vt declaratuz eſt ꝙ non ſit idez in toto temporis decurſu ſecũdum rem diuerſum ſolum ſecunduz rationez: ſed ſi reſpect⁹ habeatur ad realitatẽ ipſius nunc proprie debitam cũ ſicut dictum eſt: ita ſumpta realitas includat dictam rationem: neceſſariuz habemus dicere ꝙ ipſum nunc non ſit idem: ſed diuerſum realiter in toto temporis decurſu: ita tamen ꝙ iſta diuerſitas non intelligatur prouenire ex diuerſificatione eius ꝙ dicit᷑ res ſimpliciter ⁊ proprie: ſed ex ſola diuerſificatione incluſe rationis ex qua rõne accipit᷑ ꝙ ſit ꝑpria realitas ipſi⁹ nũc. Jſta eni rõ nõ eſt eadẽ in toto tpe ſed diuerſa: q2 quãdoꝗ eſt ratio initij: quandoꝗ ratio medij continuantis: ⁊ quãdoꝗ ratio finis. Quia ergo ex hac ratione attendit᷑ ꝑpria realitas ipſius nunc ſecũdũ ꝙ tempus conſtituit᷑ ab ipſo: quid mirũ ſi propter diuerſificationez in ratione illa diuerſificat realiter tempus: ⁊ hoc ſufficit ad faciendũ ꝙ preterita futura ⁊ preſentia nõ ſint ſimul: nec in eodem nũc omnimode realiter.

¶ Textus.

¶ Jpſum autem nunc tempus menſurat: ſecũdũ prius ⁊ poſterius.

¶ Qõ quarta.

**QUarto poſſet** eſſe dubiuz vtrum verum ſit ꝙ ipſum nunc menſurat tempus: videtur eniz ꝙ non: quia ſicut ſe habet pũctũ ad lineaz: ſic ſe habet ipſũ nũc ad tẽp⁹ punctum autem non menſurat lineam: igitur nec nũc menſurat tempus.

**Ad iſtam qõnem** dicendum eſt ꝙ menſura eſt id quo cognoſcimus quantitatem alicuius: ex h autez nomen menſure eſt tranſumptum ad ſignificandũ id etiam quo cognoſcimus alicu⁹ perfectionem ⁊ naturam. Quia ergo ex cognitione nunc fluentis cognoſcim⁹ naturam tẽporis: propter id ꝙ idem eſt principiuz cognoſcendi ⁊ eſſendi: patet ꝙ aliquo modo ipſum nunc poteſt dici tẽporis menſura. Uerum eſt autem ꝙ non ſolum habito reſpectu ad naturam: ſed etiam ad quantitatem temporis: dici poteſt ꝙ aliquo modo tempus menſuratur ipſo nunc. Sed conſiderandum eſt ꝙ dupliciter quantum ad h poteſt dici menſura alicuius eſſe aliquid: vno quidem modo: quia per quandam ſui commenſurationem ad quantitatem eius faciat cognitionem de certa ipſius ⁊ determinata quantitate: quẽadmodum vnitas commenſurando ſe per ſui replicationẽ cũctis vnitatibus que ſũt in numero facit certã cognitionẽ de tota q̃titate numeri: ⁊ h modo punctum non facit cognoſcere quantitatez linee: nec nunc cognoſcere facit quantitatem temporis. Nullum enim indiuiſibile per ſui replicationez põt ſe cõtinuo cõmenſurare

ga indiuiſibile indiuiſibilibus commenſuratur: ſicut
vnitas commenſuratur vnitatibus. Continuum vero
non eſt indiuiſibile: ſed magis eſt in infinita diuiſibile.
Item continuum non componitur ex idiuiſibilibus: ſi
cut numerus componitur ex vnitatibus. Alio autem
modo poteſt dici aliquid menſura quantitatis alicuiꝰ
non quia per commēſurationem: ſed per quandam ha
bitudinem ad ipſum faciat cognitionem de quantita/
te alicuius: ⁊ ſic nunc eſt menſura temporis: ⁊ cognitio
nem facit de quantitate eius. Uidemus enim ꝙ ſi volu
mus cognoſcere quantitatem linee: non reſpicimus ad
punctum ꝙ eſt in principio linee ſimpliciter: ſed reſpici
mus ad ipſum in habitudine ad punctum ꝙ eſt in fine
intuendo eius diſtantiam ab ipſo: qua diſtantia viſa
videmus ⁊ percipimus certam quantitatem linee. Cō
ſimilr ſi volumus videre ⁊ percipere determinate quan
titatem temporis non attendimus abſolute ad nunc ꝙ
eſt in principio ipſius: ſed attendimus ad ipſum in ha
bitudine ad aliud ꝙ eſt in fine intuendo ipſius diſtan
tiam ab ipſo: ⁊ tunc videmus ⁊ ꝑcipimus totam quan
titatem temporis: ita ꝙ ſecundum h̄ dici poteſt ꝙ ali/
quo modo quātitas temporis cognoſcitur per ipſa nūc
⁊ ab ipſis nūc mēſuratur. Et ſimiliter h̄ modo q̄titas
linee dici poteſt a punctis menſurari.

¶ Qō quinta.

Quinto poſſet eſſe dubiū quomō ve/
rum ſit ꝙ phyloſophus h̄ probet ꝙ ſimul
non ſit de tempore niſi tantum vnū nūc
ſicut Tho. noſter ait: videtur enī h̄ non eſ
ſe verum dictum: qꝛ ex h̄ aſſumpto: ſicut ſe habet motꝰ
ad mobile: ita nunc ad tēpus: ⁊ ſicut nūc ad mobile: ita
etiam tempus ad motum: videtur cōcludi ſolū: ꝙ ſicut
mobile fluens non eſt niſi ſit motus: ⁊ ecōuerſo: ita non
ſit ⁊ nunc fluens niſi ſit tempus: ⁊ econuerſo: ſed h̄ non
idem eſt cum intēto: videlicet ꝙ de tempore nihil poteſt
ſimul poni niſi vnum nunc.

Ad euidentiam ergo huius queſtio
nis conſiderandū
eſt ꝙ ſicut tempus reſpicit mobile non ſimpliciter: ſed
ratione motus: quem primo reſpicit: ⁊ cui adequatur:
ſic etiam ipſum nūc reſpicit mobile vno modo non ſim
pliciter: ſed inquātum ſtat: vel ſub mutato eſſe: vel ſub
initio motus. Eſt enim mutatum eſſe aliquid indiuiſi/
bile ipſius motus: ⁊ nunc eſt aliquid indiuiſibile ipſius
temporis: ⁊ indiuiſibile ſolum eſt ꝙ indiuiſibili equari
poteſt: ſicut ergo tempus ꝙ diuiſibile eſt reſpicit mobi/
le: propter ipſum motum qui eſt diuiſibilis: ſic etiā ip
ſum nunc reſpicit mobile non ſic propter motum: ſed ꝓ
pter mutatū eſſe qui eſt indiuiſibile ſicuti ⁊ ipſū. Mu
tatum autem eſſe ſecundum localem motum non atten
ditur: niſi propter certum ſignum ſpatij. Si ergo nunc
vt predictum eſt reſpicit mobile ſecundum ꝙ ſtat cum
initio motus aut cum mutato eſſe: ⁊ cū hoc non ſtat
niſi in certo ſigno ſpatij: conſequitur ꝙ ipſū nūc reſpi
ciat mobile localiter coniunctū certo ſigno ſpatij: ⁊ per
conſequens vnum nunc reſpicit ipſum coniunctum cū
vno tali ſigno: ⁊ plura nunc reſpicient ipſum cōiunctū
cum pluribus ſignis predictis. Ex hoc autem ſequitur
ꝙ ſimul de tempore non poſſit eſſe pluſq̄ vnum nūc: qꝛ
ſi plus poſſet eſſe: poſſent ſimul eſſe plura nunc: ſed plu/
ra nūc cū reſpiciant mobile ſtans cū pluribus ſignis
ſupradictis: ſimul eſſe non poſſunt niſi mobile poſſit eſ/
ſe in ſimul coniunctum ſignis pluribus ſpatij. Sed hoc
eſt omnino impoſſibile: cuius ratio eſt: quia mobile eſſe
in certo ſigno ſpatij eſt ipſum eſſe in loco ſibi equali cer/
to ⁊ determinato. Eſt autem penitus impoſſibile vnū
⁊ idem mobile ſimul eſſe in pluribꝰ locis ſibi equalibꝰ
⁊ per conſequens impoſſibile eſt ipſum ſimul eſſe in plu
ribus talibus ſignis. Quia igitur ſecūdum ꝙ iam de
clarauimus ipſum nūc reſpicit mobile coniunctū cū
mutato eſſe: vel cum initio primi motus: ⁊ cum certo
ſigno ſpatij: ex quo oſtenſum eſt ꝙ mobile non poteſt ſi
mul eſſe cum pluribus his ſignis: cōcluditur valde eui/
denter ꝙ ſimul non poſſunt eſſe plurima nūc temporis
nec per conſequens de toto tempore poteſt ſimul eē pluſ
q̄ vnum nunc: ⁊ eadem ratione apparet ꝙ de vno mo
tu non poteſt ſimul eſſe pluſq̄ vnicū mutatum eſſe: pa
tet igitur ex dictis quomō ex eo ꝙ tempus eſt menſura
motus: ⁊ nunc eſt vnitas mobilis: ſi fiat deductio com/
pleta: neceſſario concluditur ꝙ de tempore non poteſt ſi
mul eſſe pluſq̄ vnum nunc. Unde Tho. acumine ſui
excellentis intellectus intuitus virtutem aſſumpte pro
poſitionis: dixit rationabiliter ꝙ phyloſophꝰ i hac par
te probat id ꝙ declarauimus.

¶ Qō ſexta.

Sed poſt hec omnia reſtat queſtio notan
da valde: tum propter vtilitatem: tum pro
pter difficultatē de ipſo nunc: ⁊ eſt queſtio/
de corruptione eius. Ex quo enim oſtendi
mus ꝙ aliud nūc eſt ꝙ initiat tempus ⁊ aliud ꝙ termi
nat: ⁊ iterum oſtendimus ꝙ plura nunc temporis non
poſſūt ſimul eſſe: cogimur de neceſſitate confiteri ꝙ vno
nunc poſito corrumpatur aliud. Hoc autem videtur nō
poſſe ſtare propter rationem aſſignatam a phyloſopho
in principio huiꝰ tractatus: niſi autem iſta queſtio in/
telligatur poſſet trahi ad malam conſequētiā. Uidetꝰ
enī poſſe ꝑ eā ꝯfiteri ꝙ mūdus ſit eternꝰ. Cuius decla/
ratio eſt: qꝛ cū nūc tꝑis non poſſit abſq̄ mobili: ſi nunc
fuit ab eterno neceſſe eſt ⁊ mobile fuiſſe ab eterno. Nūc
āt vr̄ ab eterno eſſe: cuiꝰ oſtenſio eſt: qꝛ quicq̄d eſt noui
ter productum poteſt deſinere eſſe: ſed ipſum nunc non
poteſt deſinere eſſe: igitur non poteſt nouiter productū
eſſe: probatio autē medie eſt: quia ſi nūc deſinere poteſt
ponamus ꝙ deſinat. Aut ergo deſinit cum eſt: aut non
deſinit tūc ſed poſt. Non eſt autē dare maxime ſuppo
ſito ꝙ mūdus deficiat in vltimo nunc temporis ipſum
nunc non corrumpi: ſed poſt: quia ſic remaneret nunc
poſt deſinitionem mūdi ⁊ mobiliumꝫ ꝙ eſt impoſſibile.
Si ergo ipſum deſinit deſinet deſinente mobili. Sed h̄
deſinit cum ponitur vltimum nūc temporis. Si ergo vl
timum nūc temporis deſinit deſinente mundo: ſequitꝰ
ꝙ vltimū nunc temporis deſinat tunc: quando ponitꝰ
ipſum vltimum nunc temporis ꝙ eſt impoſſibile: quia
tunc idem ſecundum rem ſimul eſſet: ⁊ nullo modo eſſet
ꝙ eſt implicare contradictionem. Nūc ergo ⁊ mundus
vt videtꝰ non poſſunt deſinere: quia non poſſūt contra/
dictoria verificari ſimul: ⁊ per conſequens impoſſibile
videtur ponere mundum productum aliter q̄ de neceſ
ſitate: quia ꝙ de neceſſitate conſeruatꝰ de neceſſitate pro
ducitur. Si quid autem de neceſſitate a deo proueniret
illud eſſet neceſſario eternum.

Solutio autem que datur a quibuſ/
dam nihil ſatiſfacit queſitis. Dicunt enim quidam ꝙ
ipſū nūc nō corrūpitꝰ ſ3 rē: ſ3 corrūpitꝰ inq̄tū perdit rati
onem vnam: ⁊ accipit rationem aliam. Iſta autem ſo
lutio: vt dictum eſt: non tollit queſtionē: vt enim ſupra
declarauimꝰ ex tali ratiōe ſuperaddita res mobilis ha
bet ꝙ dicatꝰ nūc: ipſam ergo talem rationē corrūpi eſt
corrūpi nūc: de quo eſt qō ſi corrūpitꝰ q̄n corrūpatꝰ. Sꝫ
⁊ de

⁊ de ratione illa que perditur ſimiliter queritur quando corrūpitur vtrum ſi tunc quādo habetur vel poſtea. ¶ Forte autem ꝙ diceret aliquis iſtam queſtioneꝫ nō magis eſſe contra nos q̄ contra ponentes eternitatem mūdi. Cū enim ipſi etiam ponant aliud eſſe nūc preteritum ⁊ aliud futurum: ⁊ cum h̄ pariter concedant ꝙ de tempore nō pōt ſimul eſſe pluſq̄ vnū nūc: neceſſariū habent concedere nūc preteritū corruptum eſſe: ⁊ tunc manet cōtra eos etiā queſtio quādo illud nūc corruptuꝫ ſit Sed ſecūdū eos ad iſtaꝫ queſtionem reſpondere nō difficile videtur: poſſunt enim ipſi dictaꝫ q̄ōnem dupliciter ſoluere: vno quidem modo dicēdo ꝙ cuꝫ illud corrūpatur ꝙ eſt in actu: propter id ꝙ corruptio eſt progreſſio de eſſe ad nō eſſe: ſi nūc nō ponatur in actu ſed in potentia non opꝫ querere: de corruptione eius: qꝛ vt dictū eſt id corrūpit̄ ꝙ eſt in actu ⁊ nō ſolū in potētia. Nunc autem ſi accipiatur vt cōtinuans nō eſt in actu ſimplr loquēdo: ſed magis in potētia. In actu autem tunc eſt quādo accipitur: vt diuidēs: quomodo ſe habet cum eſt finis tātum vel tātum principiū: habet enim ſe nūc ad tempus ſicut punctum ad lineā. Uidemus auteꝫ ꝙ pūctum cum eſt finis vnius partis linee: ⁊ principium alterius: eſt cōtinuās tales partes ⁊ eſt actu continuans ſed ob h̄ dici non poteſt ꝙ ſit ſimpliciter actu ſed potentia: quia cuꝫ actus ſit ratio diſtinctionis: ſi eſſet tūc ſimpliciter in actu: eſſet diuidens ⁊ non continuans: ſed ſi punctum ſit principium tātum ⁊ nō finis: vel finis tātum linee ⁊ nō principiū: erit ſimpliciter actu in linea ſignatum: ſimiliter ergo ſicut dictum eſt de puncto reſpectu linee: dicendum eſt etiam ⁊ de ipſo nūc reſpectu temporis. Conſtat autem ꝙ ponendo tempus eternum nō poneretur nūc aliquod ꝙ ſit tātuꝫ finis temporis ⁊ non principium: nec poſitum foret aliquod nunc ꝙ ita ſit principium temporis ꝙ non finis: ⁊ per cōſequens ſic dicēdo nō poneretur nūc aliquod in actu: ſed ſolū in potētia: ⁊ ideo nō haberet locū queſtio de corruptione ipſius nūc. Et ſi dicatur ꝙ nūc preſens eſt in actu: dicetur ꝙ eſt in actu ſicut cōtinuās: vnde ⁊ rō nunc preſentis ꝙ eſt nunc continuatum temporis ſemper manet ſi tempus ſemper maneat. Hoc ergo vno modo iſti poſſent queſtionem ſoluere quomodo ſolui nō poſſet ponēdo tempus incepiſſe ⁊ deſinere debere: quia tunc ꝙ eſſet tantum principium ⁊ non finis: ⁊ nūc ꝙ eſſet tantum finis ⁊ nō principiū. ¶ Poteſt etiam dicta queſtio ſecūdum eos ⁊ aliter ſolui. Solutio enim data nō videt̄ omnino ſatiſfacere: qꝛ cum demus nūc preteritum fuiſſe ⁊ non eſſe etiam ponēdo tempus eternū: nec poſſit id cōtingere ſine deſinitiōe: neceſſariū eſt dicere ꝙ nūc preteritū deſierit. Item ſicut mobile durante motu continue renouatur in alio ⁊ alio ſigno ſpatij: ſic nūc preſens tēporꝭ durāte cōtinue renouat̄: propter q̄ renouationē dici poteſt ꝙ nō eſt idem numero nūc ꝙ eſt preſens modo cū illo ꝙ preſens fuit alias: ⁊ cū illo ꝙ erit preſens in poſterū. Alias .n. oporteret dicē ꝙ nūc tpis nō eēt nūc fluens: ſed ſtans fixū ꝙ eſt falſum. Propter iſta ergo illa ſolutio nō eſt omnino cōueniēs: ⁊ idcirco adiūgitur ſolutio ſecūda: que magis ſatiſfacere videtur.

**Ad cuius intelligentiaꝫ** cōſiderāduꝫ eſt: ꝙ ſicut terminus ⁊ finis tpis ac tps habēt adinuicem ſucceſſionem quādam: ſic etiam temporis principium ⁊ tempus aliquam ſucceſſionem adinuicem habēt: ꝙ quidem ex eo patet: ꝙ ſicut finis temporis dicitur eſſe poſt tempus precedēs ꝙ terminatur ad ipſum: ſic etiam temporis ꝑncipiū dicit̄ ante tempus ꝙ ſumit primordium ab ipſo. Et quemadmodum tempus precedēs vltimum nūc cōtinet in potētia rationes infinitorum nūc: nec tamē aliqua talis ratio poteſt ſumi immediate ante nūc vltimuꝫ: quia tempus ex ipſis nūc componeretur: ſic etiam tempus ſequēs nūc principians cōtinet in potētia rationes infinitorum nunc: nec tamen aliqua ipſarum poteſt imediate ſumi poſt illud nūc principiās propter eandem rationem. Eſt autem ſimile de linea ⁊ pūcto. Nam poſt pūctum ꝙ eſt in principio linee eſt ipſa linea cōtinēs infinita puncta in potentia: quoꝝ nullū poteſt accipi in linea immediate poſt punctum ꝙ eſt linee principium: quia tunc ſequeretur lineaꝫ eſſe compoſitā ex pūctis. His viſis facile ē reſpondere ad queſtionem motam: ſicut enim punctuꝫ ꝙ initiat lineā ē in principio ſitus linealis: neceſt verū dicere ꝙ ibi nō ſit: ſic etiam nūc initiās tempus eſt i principio temporis: nec eſt veꝝ dicere ꝙ ibi nō ſit. Et quemadmodum pūctum initiās lineam poſt initium ſitus linealis de neceſſitate deſinit eſſe: nec tamen eſt ſignare ſitum pūctalem in linea: niſi primo deſinat eē: propter id ꝙ linea cum ſit continua non componitur ex punctis: ſic etiam nunc ꝙ eſt principium temporis de neceſſitate deſinit eſſe poſt ipſum tempus vnicum: nec tamē eſt poſt ipſum dare nūc in quo primo deficiat: ꝓpter id ꝙ tempus cū ſit cōtinuum nō componitur ex ipſis nūc: vniuerſaliter auteꝫ vnicum cuiuſlibet cōtinuū eſt in principio ipſius: ⁊ nullo modo eſt poſt principiū cū ſit indiuiſibile: nec tamen ſignari poteſt in continuo vbi prīo deſinat: quādo ergo dicitur nūc preterituꝫ fuit: ⁊ non eſt: ergo eſſe deſinit: dicēdum ꝙ verum eſt: ſed quando aſſumit̄: ergo deſijt tunc quando fuit aut poſt dicendum ꝙ non deſijt: tunc eſſe quando fuit: quia fuit in principio temporis ſequentis ⁊ non deſijt in principio eſſe: ſed poſt principium. Et ſi dicatur: detur ergo quādo primo deſijt: dicēdum ꝙ h̄ dari nō poteſt: quia tempus cuius illud nūc ponitur pricipiuꝫ eſt cōtinuū. Poſſum⁹ ergo ſoluere q̄ōnē ponēdo ꝙ poſt nūc ꝙ deſinit ſit tempus continuum. Sed ſi eſſet nūc aliquod ꝙ eſſet ita finis temporis ꝙ nō pricipium: ſicut dare oporteret: ſi totaliter deſineret: nō poſſemus queſtionem ita ſoluere ꝙ poſt illud nunc nullum tempus eſſet. Sicut autem eſt de nūc temporis dictum: ita ſuo modo ſecūdum iſtos dicere poſſumus: ⁊ de mutato eſſe ꝙ eſt i fine motus. Tale enim mutatum eē ꝙ eſt vltimus finis motus ponitur in indiuiſibili nunc temporis: in quo finitur ⁊ deſinit eſſe motus ad illud mutatum eſſe terminatus: nec tamen verum eſſet dicere ꝙ dictum mutatū eē deſinit in illo nūc in quo ponitur: ſed d̄ſinit poſt: nec tamen eſt dare poſt aliud nūc in quo ponitur aliquod nunc: in quo primo deſinat: propter id ꝙ tempus. Sic itaq; ſecūdū veritatē queſtio mota de nūc temporis ꝙ eſt eius principium ſoluēda eſt.

**Sed tunc adhuc** reſtat difficultas de illo nūc ꝙ eēt vltimum in tempore: ſi tempus totaliter deſineret: que quidem difficultas manet nobis: ⁊ non illis: quia ipſi dicunt ꝙ nullū nūc dari poteſt ꝙ non ſit tēporis principiū cū tēpus ſcḋm ipſos ſit neceſſario eternum.

**Ut igitur huius** difficultatis intellectus habeatur attendendum eſt aliquantulum ad tranſmutationem que eſt in ſubſtantia: eo ꝙ ex ipſa poſſumus optime accipere noſtre itentionis declarationem. In hac quippe tranſmutatione: nos videmus ſecundum doctrinam Ariſtotelis ꝙ forma ſubſtantialis rei corrumpende manet in materia vſq; ad inſtans introductionis forme ſubſtātialis rei generāde; in quo inſtanti forma

rei cōrrūpende non eſt in materia: immo tūc deſinit in
ea eſſe: ⁊ tūc in ipſa primo incipit eſſe: ⁊ eſt forma rei ge
nerande. Et ſi queratur quando forma rei corrumpen
de vltimo eſt in materia: patet ꝙ hoc dari non poteſt.
In inſtanti enim in quo forma rei generāde primo po
nit̃ i materia forma rei corrūpēde: vt dictū primo in il
la materia non eſt: non tamen dici poteſt ꝙ in illo eodē
inſtanti ſit vltimo in materia: quia tunc in ea ſimul eſ
ſet: ⁊ nō eſſet: ꝙ eſt impoſſibile: bene tamen eſt veruʒ di
cere ꝙ fuit in materia in toto tempore illud inſtans pre
cedente: quāuis in illo inſtanti nō ſit in ea. Et qꝛ tēpus
precedens illud inſtans continuatur ad ipſum: non po
teſt dari ante ħ inſtans aliquod nūc temporis in quo il
la forma ſit vltimo in materia propter id ꝙ tempus nō
cōponit̃ ex inſtantibus: ita ꝙ ſi ħ verum eſt dicere ꝙ eſ
ſe talis forme in materia protendit̃ vſqꝫ ad ħ inſtās: in
quo tamen deſinit ⁊ non eſt in materia. Secūdū igit̃ ħ
eſt etiam dicendū in propoſito. Ponamus enim ꝙ mū
dus qui cū omnibꝰ mobilibꝰ poteſt a deo redigi in ni
bilū cū omnibꝰ: Verū erit dicere ħ poſito ꝙ in iſto nūc
ipſe mūdus cum ſuis mobilibus non eſt: ⁊ ꝙ ſuum eſſe
vſqꝫ ad ħ nūc protenſum fuit: nec dari poſſʒ ante ipſuʒ
nūc aliquod in quo vltimo per omnia fuiſſʒ: per omnia
eodeʒ modo dicendo quantū ad ħ: ſicut diximus de for
ma ſubſtantiali rei corrūpende. In iſto ergo nūc mun
dus ⁊ mobile aliquod non eſſet. Et qꝛ nūc reale tempo
ris mobile conſequitur: ex quo tūc non eſſet mobile nul
lo modo eſſet nūc aliquod reale: ita ꝙ ſecundum ħ cum
tempus primo deſineret: ⁊ non eſſet: nō poneretur nūc
aliquod reale. ſed nunc imaginatum tantū: vnde non
eſt verum dicere ꝙ tunc eſſet vltimum nunc tempo
ris: immo tunc nullum eſſet nunc niſi imaginatum: qꝛ
alias idē nūc ſimul eſſet ⁊ nō eēt ꝙ eſt impoſſibile. Nā
⁊ quia nūc reale eſſe nō poteſt ſine mobili: oporteret tūc
dicere ꝙ etiā mobile ſimul eſſet ⁊ non eſſet ꝙ eſt impoſſi
bile. Vt ergo iſta impoſſibilia vitent̃ dicendū eſt ꝙ tē
pus ⁊ nūc fluens vſqꝫ ad ħ nūc imaginatū in quo eſſe
deſineret: ⁊ primo haberet ⁊ acciperet non eſſe. Et ſi di
catur ꝙ cuilibet continuo finito reali datur terminus
aliquis realis: ergo ⁊ tempori finito dādū eſt aliquod
nūc vltimū reale pro termino: dicēdū eſt ꝙ continuum
ꝙ non eſt extra animaʒ non eſt continuū reale: ſed ima
ginatū tantū. Tempus autem preteritū non eſt extra
animam: niſi inquantum continuat̃ ad nunc aliquod
reale extra animam exiſtens. Unde ſi nunc reale tolla
tur vel continuatio: preter id ipſum non remanebit pre
teritum tale niſi tantū in imaginatione: ⁊ erit ſoluʒ ali
quid imaginatū ⁊ terminū non niſi imaginatū habe
bit. Quia ergo vt predictū eſt ſublatis omnibus mobili
bus tollit̃ de neceſſitate omne nūc reale: ⁊ continuatio
etiam per conſequens temporis precedentis finem mū
di ad nūc reale tollitur: ⁊ ex conſequenti tempus trans
actū remaneret ſolū in imaginatione: ⁊ nullo modo ex
tra quid inconueniens eſt: ſi nūc imaginatū tantum ſi
bi pro termino ⁊ fine aſſignatur. Sic ergo dicenduʒ eſt
ꝙ nūc vltimum reale temporis precedentis fuiſſʒ illud
ꝙ poſitum eſſet tunc quando mundus ponitur finitus
ſi tūc non ceſſaſſet ens mobile: ſed tamen ſic fuiſſet vlti
mum precedentis temporis ꝙ fuiſſet etiam initium ſe
quentis: propter id ꝙ cum ſimul non poſſit idem eſſe ⁊
non eſſe: tale nunc reale: tunc eſſe defuiſſet quando in
eſſe poſitum fuiſſet: ſed poſtea ꝙ intelligi non poteſt ni
ſi prius ipſum realiter maneret tēpus: qꝛ nūc reale ſine
reali tempore nō manet: nec tempus ſine motu: nec mo
tus ſine mobili: qꝛ ergo tūc qñ mūdus deſineret cū om
nibus mobilibus non poneret̃ motus: nec mobile: nec
tempus: nec reale nūc: patet ꝙ rebus ita ſtantibus nūc
reale vltimo finiens totum tempus precedens: tūc nō
poneretur: ſed nunc imaginatum tātum. Sed nūc etiā
ante: iſtud nūc imaginatum dari poſſet vltimuʒ nunc
reale temporis: propter id ꝙ dictum eſt ipſum realiter
protēdi cōtinue vſqꝫ ad ħ nūc imaginatum: ⁊ tunc pri
mo deſinere i re eſſe inſimul cum mobili ⁊ motu: quem
admodum etiam ſupra diximus formam rei corrum
pēde eſſe cōtinue i materia vſqꝫ ad nūc temporis: i quo
in ea primo poneretur forma rei generāde: ⁊ tūc ſolum
i illa primo deſineret eſſe in materia. Patet igitur quō
ſic dicendo: ſicut deus modo dedit nobis intelligere: tol
lūtur omnia incōueniētia ⁊ omnes difficultates mate
rie preſentis.

¶ Textus.

¶ Quod quidem igitur tempus numerus motus ſecū
dū prius ⁊ poſterius ſit ⁊ cōtinuū ⁊c.

¶ Lectio. xviij. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet primo** queri ad ple
niorē intelligētiam eorum que in littera
dnr̄ vtruʒ in tēpore ſit dare minimuʒ: vide
tur enim ꝙ nō: quia tempus eſt qd cōtinuū
⁊ cōtinuū eſt diuiſibile in īfinitum.

**Ad iſtam qōnem** dicēdum eſt ꝙ
de tempore loq
poſſumus dupliciter ſecundum duo que in ipſo attēdū
tur. Eſt. n. in ipſo attēdere rationem diſcreti ⁊ rationeʒ
cōtinui propter que duo ipſe Ariſt. duo accipit in prin
cipio lectionis. Aſſumit nāqꝫ ꝙ tempus eſt numerus: ⁊
per cōſequēs in ipſo attēdit̃ quedā ratio diſcretiōis: qꝛ
omnis numerus aliquam diſcretionem ponit. Iteʒ aſ
ſumit ꝙ tempus eſt cōtinuū: ꝙ ex ħ ꝓbat ꝙ eſt mēſura
cōtinui: ⁊ cōtinuū vno aliquo ponēte cōtinuam quāti
tatem mēſuratur. Et ſi de tempore qdem loquamur in
quātum in ipſo attēdit̃ ad ratiōem numeri: patet ſtati
ꝙ in ipſo pōt dari minimū. Quāuis enim: quia nume
rus in īfinitū creſcit nō contingat dare numerum: ita
magnum: quo non poſſit dari maior: quia tamē nō di
uiditur in īfinitum eſt in ipſo dare minimū numeruʒ
ſicut binarium: qui ita paruus numerus eſt ꝙ ſi diui
datur in partibus diuerſis nō remanebit ratio nume
ri alicuius: ſed ratio vnitatis ſolius: que nō eſt numerꝰ
qꝛ eſt īdiuiſibilis: ⁊ per cōſequens eſt minimū ſimplici
ter ꝙ poſſit accipi de numero. Cōſimili ergo modo: ſi de
tempore loquamur: ſecūduʒ ꝙ ſtat ſub ratione numeri
nō poterimus in ipſo dare maximū: qꝛ nō cōtingit da
re numerum temporum ita magnū: quo nō poſſit dari
ſemper maior: ſic enim dicēdo vnum tempus duo tem
pora tria tempora: quattuor tempora: poſſumus augē
do ſemper numerum procedere in infinitū. Unde non
cōtingit dare numerū tēporū ita magnum: quo nō poſ
ſit dari ſemper maior: ſed bene poteſt dari numerus tē
porum: ita paruus ꝙ nō poterit eſſe minor: quemadmo
dū ſi aliquis diuidēdo dictum numerū accipiat primo
quattuor poſtea tria poſtea duo minorem poſtea nume
rum accipere nō poterit: quia poſt duo nō accipiet diui
dēdo talem numerum binariū aliquid habēs rationē
numeri: ſed accipiet ħ ꝙ dico vnum tempus: ꝙ nume
rum temporum nō dicit: ſed id magis ꝙ eſt ſimpliciter
minimū de numero. Nō enim poteſt ſumi aliquid mi
nus ꝙ̄ vnū: ſic itaqꝫ dicēdū de tempore ſecūduʒ ꝙ in ip
ſo attēdimus ad rationē diſcreti. Sed ſi de tempore lo
quamur quantū ad rationeʒ cōtinui ꝙ̄ habet: tunc ad
ħ dupliciter poterimus de ipſo loqui: qꝛ vno modo ſim
pliciter ſecūdum ꝙ eſt cōtinuū: ⁊ alio modo ſecundū ꝙ
eſt continuum

eſt continuum naturale. Et primo quidem modo ipſuʒ tempus: ſicut ratione continuum eſt in iſinitum: diuiſibile: ⁊ ꝓpterea ħ mō in ipſo non eſt dare minimū. Non enim poteſt dari pars aliqua ita parua de continuo ꝙ̄ per vlteriorem diuiſionē nō poſſit dari minor. Si autē de tempore loquamur ſecūdo modo: tūc rationabile eſt dicere ꝙ poſſit dari tempus ita paruū ꝙ minus accipi nō poterit retinens vlteriꝰ eſſe naturale tēporis. Sic.n. contingere videmus in oibus alijs diuiſibilibꝰ formis nālibꝰ. Et ꝑterea iā dictū eſt ab Ari. in precedētibus ꝙ motus ſequit̄ magnitudinem in ꝯtinuitate ⁊ diuiſibilitate: ⁊ tempus ſequit̄ motū. Cū ergo magnitudo ſecūdū eſſe naturale non ſit in infinitū diuiſibilis: neceſſarium eſt ꝙ motus etiam ⁊ tempus ſecundum naturale eſſe non ſint diuiſibilia in infinitum.

¶ Dō ſecunda.

SEcundo poſſet eſſe dubiū vtrꝫ motu per ſe menſuremus tempus: videtur enim ꝙ ſic: qꝛ que ſunt per ſe priora in eſſe ſunt per ſe priora in cognitione: ⁊ talia ſūt principia cognoſcendi alia. Tempus aūt ordine nature per ſe conſequitur motū in eſſe: ⁊ quātitas tēporis quātitatē motus: igit̄ per ſe tā ꝙ̄tū ad eſſe ꝙ̄ etiam quo ad ſuā ꝙ̄titatē per motum cognoſcitur ⁊ menſuratur.

Ad iſtam queſtionem dicēdum eſt ꝙ motꝰ non per ſe ſʒ ſolum per accidens: quia ratione noſtri eſt mēſura motus: cuius ratio eſt: qꝛ ſicut idē reſpectu eiuſdē non poteſt eſſe per ſe cauſa ⁊ effectus: ſic etiam idem reſpectu eiuſdem non poteſt per ſe eſſe menſuratū ⁊ menſura. Conſtat aūt ꝙ tempus: qꝛ ſecūdum propriam rationem eſt menſura motus: ꝙ inde apparet: qꝛ numerus ponit̄ in ratione diffinitiua eius. Nullo igitur modo poteſt eſſe per ſe aliquid motu menſuratū: ſed ſolum per accidens. Alias oporteret dicere ꝙ eidem per reſpectum ad idem: ⁊ ſecūdum eūdem eſſendi modum: qꝛ per ſe oppoſita ineſſent: ꝙ eſt impoſſibile. Sūt enim oppoſite rationes ratio mēſurati ⁊ ratio mēſure. Simpliciter ergo dicendum eſt: ſicut ħ dicit dominus Albertus ꝙ tempus eſt per ſe menſura motus: ⁊ ꝙ motu menſuratur: ħ eſt per accidēs: ⁊ ħ eſt ꝙ cōmentator ſupra dicit ꝙ tempus numerat motum ⁊ menſurat illuʒ: eſt enim eſſentialiter. Ipſum aūt eſſe numeratum per aliquid eſt per accidens: ſcilicet quoniam accidit tempori etiam numerari ⁊ mēſurari: aut per numerum ſimpliciter aut per motū: ħ autem ideo cōtingit: qꝛ tempus ſecundum ſuam rationē eſt menſura: menſure aūt accidit ꝙ menſuretur. Alias eniʒ omnis menſura menſuraret̄: ⁊ qꝛ ꝙ per ſe ꝯuenit omni conuenit. Verū qꝛ non eſt abſolute menſura: ſed eſt menſura certaʒ quātitatem habens: ideo contingit ꝙ licet accidat ſibi inquantū eſt menſura ꝙ menſuret̄ etiam numero: tamē ſecūdū ꝙ eſt certam quantitatem habens menſuratur per ſe numero in quo eſt prima ratio mēſure omnis certe quantitatis. Motu autem etiam nec iſto modo habet per ſe ſed per accidens tantū menſurari: propter id ꝙ ſecundum ſuam certam quantitatem habet motum menſurare: ⁊ eſt per ſe menſura eius. Ad cuius ampliorem intelligentiam habendam conſideranduʒ eſt ꝙ cū ratio menſure primo in numero inueniatur: ſicut habetur in decimo methaphyſi.c: nihil poteſt habere rationem menſure per ſe niſi ſubinduendo rationem numeri. Motus autem vnde motus eſt nō ponit rōnē numeri: ⁊ idcirco ratione qua motus eſt non habet ꝙ ſit menſura. Sed ſi hanc debet habere oportet ꝙ rationem numeri ſubinduat. Rationem autem numeri non ſubinduit niſi ſubinduendo rationem temporis. Solum igitur ratione qua tempus attenditur in motu: attendit̄ ēt in ipſo rō menſure: vnde patet euidenter ꝙ motꝰ non eſt per ſe menſura alicuius: per accidens vero: qꝛ ratione noſtri poteſt eſſe menſura magnitudinis ⁊ temporis inquantum videlicet quando contingit quantitatem motus nobis eſſe certiorem quantitate temporis ⁊ magnitudinis.

Ad argumentum ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ ſicut motus ordine nature eſt prior tempore in eſſe: ſic etiam ⁊ prior eſt in cognitione: non tamen omni modo. Ex ſola enim apprehenſione motus: apprehendimus ſimpliciter: ⁊ ſine numeratione atꝙ menſuratione continuam quandaʒ fluxioneʒ: in qua conſiſtit quātitas motus temporis. Et poſt per numerum ⁊ menſuram que non eſt niſi tēpus numeramus ⁊ menſuramꝰ dictam quantitatem. Dicendum eſt igitur ꝙ motus eſt ſimpliciter prior in eſſe ordie nature ipſi tempori: ⁊ prior etiam ſimpliciter in cognitione. Sed in cognitione numerate quantitatis: ⁊ in eſſe etiaʒ nō ſimpliciter: ſʒ numerate quantitatis inquantum huius id eſt priꝰ ꝙ priꝰ actu eſt in ratiōe nūeri: ⁊ ħ eſt tempus: vt ſupra eſt dictum. In cognitione ergo quantitatis numerate: ⁊ per conſequens menſurate tempus prius eſt ꝙ̄ motus: ⁊ idcirco ipſum menſura eſt ⁊ non motus: ħ autē ideo contingit: quia ⁊ ſi motus in eſſe ſimpliciter ſit cauſa temporis: tamen econuerſo tempus eſt cauſa ꝙ in motu ſit nūerus in actu: propter id ꝙ motus: vt ſupradictuʒ eſt: nō ſubinduit rōnē nūeri niſi ſubinduēdo tēpus.

¶ Textus.

¶ Quoniaʒ aūt eſt tempus metrū motus ⁊ eius quod eſt moueri ⁊c.

¶ Lectio. xix. ¶ Dō prima.

HIc poſſet dubitare aliqs: quomodo itelligatur tēpus eſſe menſura motus: ⁊ eius ꝙ eſt moueri: vident̄ enim iſta non differre: qꝛ moueri nō videt̄ aliud ponere ꝙ̄ motū.

Ad hoc dicendum eſt ꝙ motus ⁊ moueri: ſʒ idem ſint ſecundum rem: tamen ſecunduʒ rationem differunt. Motus enim ponit rem ſuam que eſt actus ſimpliciter ⁊ magis per modum forme ⁊ habitꝰ. Sed moueri ponit eundem actum: non ſimpliciter: ſed magis vt exercituʒ: ⁊ ponit ipſuʒ per conſequens i eſſe. dicere ergo ꝙ tempus eſt menſura motus ⁊ moueri: nō eſt aliud ꝙ̄ ponere ꝙ tempus eſt mēſura motus ſimpliciter: ⁊ motus quantū ad ſuuʒ eſſe: ſiue ꝙ tēpus menſurat ſubſtantiam ⁊ eſſe motus. Huius auteʒ ratio eſt: qꝛ tēpus menſurat̄: habet ſecundū rationeʒ propriaʒ id ꝙ in quadaʒ ſucceſſione continua conſiſtit. Quia igitur eſſe motus conſiſtit in continuo fieri: ⁊ in poſitione continue ſucceſſionis: ⁊ ſubſtantia ēt motus non eſt aliud ꝙ̄ ipſa continua ſucceſſio: patet manifeſte ꝙ rationabiliter valde dicitur tempus eſſe metrum motus: et eius ꝙ eſt moueri.

¶ Dō ſecunda.

SEcundo poſſet aliquis dubitare quomodo verū ſit ꝙ Tho. ait in hac parte: vʒ ꝙ rebus alijs a motu ſecundum id ꝙ ſunt non reſpondet tēpus: ſed nunc temporis. Hoc enim pro tanto dubium apparet: quia menſura eſt principium cognitionis: ipſuʒ autem nūc non

videtur eſſe principium cognitionis rerum quantum ad id ꝙ ſunt: qꝛ id ꝙ ſunt tales res cognoſcitur per eēntialia ipſarum. Non videtur ergo ꝙ nunc ſit menſura mobilium quo ad id ꝙ ſunt.

**Ad iſtam qōnem** dicenduz eſt ꝙ ſicut ſe hēt vnitas ad numerum: ſic etiam quodammodo ſe habet nūc temporis ad tempus: quemadmoduz enim vnitas ad numerum ſe habet: vt indiuiſibile ad diuiſibile: ſic etiā ⁊ nūc temporis ad tēpus comparaꝫ: videmꝰ ꝙ ſicut ex diſcretione quantitatis diſcreta importate per numeꝝ cognoſcimus diſcretionem ⁊ diſcretā quantitatez rerū que ſub numero ponūtur ꝗtitatis: ſic ēt ex idiſcretiōe ⁊ idiuiſiōe quā iportat vnitas: cognoſcimꝰ rei ſtātis ſb vnitate indiſc etionem ⁊ indiuiſionem in ſeipſa. Conſimiliter ergo in propoſito de nunc temporis ⁊ tempore dicendum eſt: videmus enim ꝙ ex eo ꝙ ſubſtantia motus ſecundum totalitatem ſuam non ponitur in nunc temporis: ſed neceſſario in tempore ꝙ eſt diuiſibile diuiſibilitate continue ſucceſſionis: cognoſcimus cognitione que eſt per menſuram quantitatem ⁊ diſcretionem motus: vnde ⁊ dicitur idcirco tempus eſſe menſurans ſubſtantiam motus: quia totalitas eius nō ponitur niſi in tempore: ⁊ per tempus ad ipſam applicatuz cognoſcitur quantitas diuiſibilis ipſius. Ex oppoſito autem quia cognoſcimus ꝙ nunc cum ſit indiuiſibile diuiſibilitate continue ſucceſſionis in ſe talez ſucceſſionem nullam patitur: percipimus ſtatiz ꝙ ſubſtantia rei permanentis que ſecundum ſuam totalitatem ponitur in ipſo nunc indiuiſibili caret ſucceſſione tali. Numero ergo cognoſcimus numerabilium diſcretam quantitatē ⁊ vnitate cognoſcimus in re ſibi ſubiecta carentiam talis quantitatis: tempore etiaz cognoſcimus rei ſibi ſubiecte quantitatem ſucceſſiuam: ſed ipſo nunc cognoſcimus ſubſtantie mobilis poſite in ipſo ſecundum totalitatem ſuā carentiam dicte quantitatis: propter ꝙ optime dicitur tempus eſt numerus ipſius motus: ⁊ ꝙ nūc vnitas eſt ipſius mobilis.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ ſubſtantia mobilis ſimpliciter ſumpta per ſua eſſentialia cognoſcitur. Sed qꝛ in ſe nullam continuam ſucceſſionem claudit: quin potius in re ponitur cum carentia ipſius: propter id ꝙ talis ſucceſſio in ſubſtantia non cadit: ⁊ ſi cadat in extrinſecis: ideo ſi ipſa ſumatur non ſimpliciter: ſed vt carens hac ſucceſſione: ipſo nunc cognoſciꝫ ⁊ mēſuraꝫ: quemadmodum etiam res carēs in ſeipſa diuiſione ⁊ diſcretione naturali cognoſciꝫ inquantū huius atqꝫ mēſuraꝫ ipſa vnitate.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** eſſe dubiū vtꝝ eſſe mobilium quorum ſubſtantia menſuraꝫ nūc modo ſupradicto menſuretur tempore: videtur enim ꝙ non: quia tempore menſuraꝫ aliquid fluēs: ſed eſſe mobiliū eſt fixum ſtās vnum ⁊ idez in toto eſſe tempore durationis ſue: igitur nō eſt verū ꝙ ipſum menſuretur tempore.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendum ꝙ duplicia mobilia ſunt: qꝛ quedaz ſempiterna: ⁊ quedaz non ſempiterna. Et ſi loquamur de eſſe mobilium ſempiternoꝝ cuiuſmodi ſunt corpora celeſtia dicendum eſt ꝙ ipſum ſi loquamur de eſſe permanente non menſuratur tempore: cuius ratio eſt: qꝛ que menſurantur tempore excedūtur a tēpore: vt h̄ ait Ariſto. eſſe autem permanens ſempiternorum nullo modo exceditur a tempore: vnde manifeſtum eſt ꝙ tempore non menſuratur. Si vero loquamur de eſſe non ſempiternorū: tunc dicendum eſt ꝙ duplex eſſe in eis aſſignare poſſimus: vnū quidem permanens fixum ſtans vnum ⁊ idem in toto tempore ſecundum ſuam totalitatem poſitum in nunc temporis: ⁊ aliud fluens manens in continua ſucceſſione ſecunduz quem modum ipſe motus dicitur quoddam eſſe entis mobilis: propter id ꝙ eſt actus eius: ⁊ omnis actus eſt quoddam eſſe. Si ergo loquamur de h̄ eſſe ꝙ non eſt aliud ꝗ motus: patet euidenter ꝙ ipſa mobilia ſecundū ſuum eſſe menſurantur tempore: cum ipſorum motus tempore menſuretur: vt ſupradictum eſt. Sed ſi loquamur de alio eſſe ipſorum: dicendum videtur ꝙ ſimpliciter: ⁊ per ſe loquendo tale eſſe ex quo in ſeipſo non claudit ſucceſſionem aliquam menſuratur proprie nunc tēporis: ſicut ⁊ ipſa ſubſtantia rei mobilis: ſecundario tamen ⁊ ex conſequenti: tēpore ratione annexe mutationis tendentis ad eius poſitionē vel ablationem: diciꝫ optime menſurari tempore: tanto enim tempore durat tale eſſe ꝙ totuz ſimul ponitur: quanto tempore durat annexa mutabilitas atqꝫ mutatio ordinata ad ablationem eius: ſic itaqꝫ intellligi videtur ꝙ eſſe rei mobilis menſuratur tempore: ⁊ ꝙ ipſum eſſe in tempore: eſt ipſum ſecundum ſuum eſſe tempore menſurari.

¶ Textus.

¶ Manifeſtum autem ꝙ ⁊ alijs hoc eſt in tēpore eē ⁊c.

¶ Qō quarta.

**Quarto poſſet** aliquis dubitare quomodo ſit verum ꝙ que menſurantur tempore exceduntur ab ipſo: videtur enim h̄ nō eſſe vez: qꝛ dicimus ꝙ motus celeſtis tēpore menſuraꝫ: nec tn̄ a tempore exceditur.

**Ad iſtam qōnem** dicendum eſt ꝙ illa proprie dicuntur menſurari que per alicuius certe menſure replicationem ſecunduz ſuam totalitatem capiuntur cōprehendūtur ab intellectu. Quod autem ſic capitur ab intellectu: eſt neceſſario finitum. Nullum igitur infinituz inquantū huius poteſt eſſe menſuratum.

**Et preterea** qꝛ ratio mēſure primo in numeris inuenitur nihil proprie menſurare poſſumus niſi per quandam numerationem partium equalium ipſius: vnde cuius partes equales numerare eſt impoſſibile: id non poteſt habere rationem menſurari. Tale autem eſt id ꝙ infinitū eſt: Partes enim equales īfiniti numerare ſecundū ſe impoſſibile eſt quaſi contradictionem implicans: ſolum igitur ꝙ finitum eſt habere poteſt rationem menſurari: ⁊ per conſequens ea que ponunt durationem finitaz poſſunt proprie menſurari tempore: ⁊ nō alia. Poteſt autem qualibet finita duratione maius tempus accipi propter id ꝙ crementum temporis: ſicut ⁊ crementū numeri: eſt in infinitū. Patet igitur euidenter ꝙ ea proprie ⁊ ſecūdū ſe mēſuranꝫ tēpore ꝗ ab ipſo excedūtur.

**Ad argumentum** ergo factuz in contrariuz dicendum eſt ꝙ ſi motus celeſtis accipiatur ſecundum ſuam totalitatem infinitam non habet rationem menſurari propter adductas rationes: habet autem rationez menſurati acceptus ſecundum ſuas partes in quibus finitatem habet: ⁊ ſcdᵒ quas excediꝫ a tempore.

¶ Textus.

¶ Quoniaz autem eſt tempus menſuratio motus.

¶ Qō quinta.

Quinta

**QVinto poſſet** eſſe dubiuꝫ vtrum tempus ſit menſura etiaꝫ quietis: ⁊ videtur ꝙ non: quia dictum eſt ꝙ tempꝰ eſt mora ſucceſſiua: ſed mora ſucceſſiua cognoſcitur aliqui ſucceſſionem ponens ꝙ non eſt quies: ſed eſt motꝰ vel mutatio. Igit͛ tēpus vt vƷ nō pōt qetē mēſurare.

**Ad iſtam queſtioneꝫ** dicendū eſt ꝙ tēpus non ſolū eſt menſura motus ⁊ mutationis. ſed etiā quietis: non tamen eque primo: ſed motū menſurat primo: ⁊ per ſe: ⁊ quietem menſurat quaſi ſecūdario: ⁊ ex conſequenti. ¶ Ad cuius euidentiam conſiderandū eſt ꝙ vnūquodqꝫ pro tanto menſurat͛ ſibi vnigeneo: quia menſura eſt quedam ratio cognoſcendi menſuratū. Cognoſcit͛ aūt vnūquodqꝫ aliquo ſibi vnigeneo ⁊ conformi: vnde dicitur ꝙ omnis cognitio ſit per aſſimilationem. Aliquo ſibi vnigeneo ⁊ conformi vnūquodqꝫ mēſuratur. Uidemus aūt in ſpeciebus in anima manentibus: que ſibi ſunt rationes ⁊ principia cognoſcendi res exteriores ꝙ alicuius cognitionem faciūt in anima primo ⁊ per ſe: alicuius vero in ipſa faciunt cognitionē ſecūdario: ⁊ ex cōſequenti: quemadmodū ſpecies ipſiꝰ habitus: quia ad habitum directe conformitatem habet: ⁊ vnūquodqꝫ cognoſcitur per conforme ſibi: ducit primo directe ⁊ immediate in cognitioneꝫ habitus cui eſt conformis: ſed in cognitionē priuationis que directe tollit rem habitus ducit ſecundario: ⁊ ex conſequenti. Quia enim priuatio inquantū huius non dicit aliqd poſitiue: non poteſt habere ſpeciem directe ſibi conformem: quia ſpecies cū ſit aliquid poſitiuū non habet directe conformitatem ad id ꝙ nihil poſitiue dicit. Ipſa ergo priuatio non habet in ſe vnde moueat intellectum nec per conſequens per ſpeciem ſibi conformem proprie habet cognoſci: ſed cognoſcitur ſolū per ſpeciem conformē habitui cuius eſt priuatio. Quia ergo menſura: vt dictū eſt: quedaꝫ ratio cognoſcēdi eſt: neceſſariū habemus dicere: ꝙ ſicut priuatio non cognoſcit͛ niſi per ſpeciem habitus cuius eſt priuatio: ſic etiaꝫ non per aliud menſuratur ꝙ̄ per menſuraꝫ propriam habitus oppoſiti. Quia ergo quies eſt priuatio motus: cuius menſura propria eſt tempus: neceſſarium eſt ꝙ ipſa ſecūdario: ⁊ ex conſequenti menſuret͛ tempore. Quia. n. tēpus mora ſucceſſiua eſt directe conformatur motui qui ſecūdum rationem propriam ponit continuam ſucceſſionem: ⁊ ideo directe primo ⁊ per ſe menſurat durationē motus: ſecūdario vero: ⁊ ex conſequenti menſurare habet durationem quietis: que nō eſt aliud ꝙ̄ priuatio durationis motus. Et quia eſſe rei mobilis menſuratur tempore modo ſupradicto: non eſſe etiaꝫ ꝙ importat priuationem eius pari ratione habet menſurari ex conſequenti ipſo tempore: verum eſt autem ꝙ etiam propter annexam quantitatem motꝰ preteriti quantū ad id ꝙ fuit ⁊ non eſt: ⁊ propter annexam quantitatem motus ſequentis ⁊ futuri quantuꝫ ad id ꝙ erit ⁊ non eſt: ipſū etiā non eſſe vel duratio in non eſſe poteſt dici ex conſequenti menſurari tempore: ſecundū ꝙ etiam ſupra diximus de eſſe.

¶ Textus.

¶ Ipſum autem nunc eſt continuatio temporis: vt dictum eſt prius ⁊c.

¶ Lectio. xx. ¶ Qō prima.

**HIc poſſet** forte dubitare aliqs quomodo non ſimiliter manifeſtū eſt de nūc ꝙ cōtinuet tempus ⁊ de pūcto ꝙ continuet lineam: videt͛ enim hoc eſſe falſum: qꝛ ex eo ꝙ eſſe continuū recipit continuationem per aliqd proximū ⁊ indiuiſibile ſui generis dicimus ⁊ cognoſcimus ꝙ pūctum eſt continuatiuuꝫ linee: ⁊ per idem etiam manifeſtat͛ nobis ꝙ nūc eſt continuatiuum temporis.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendū: ꝙ licet per eandē rationem probet͛ ꝙ pūctū eſt continuatiuum linee: ⁊ ꝙ nūc eſt continuatiuum tēporis: hoc tamen non obſtante poſſumꝰ dicere ꝙ non ſimiliter: ⁊ iſtud nobis manifeſtat͛ de vtroqꝫ: cuius declaratio eſt: qꝛ per hoc ſcimꝰ aliquod indiuiſibile eſſe continuatiuū partiū alicuiꝰ continui ꝙ cognoſcimꝰ ipſum eſſe finem vniꝰ partis ⁊ principiū alteriꝰ. Hoc aūt in eo maxime manifeſtat͛ ⁊ apparet nobis quo poſſumꝰ bis vti bis accipiendo ipſuꝫ qꝛ ſemel: vt fineꝫ vniꝰ partis: ⁊ ſemel: vt principiū alterius. Ex hac eniꝫ ratione: vt dictū eſt: habet indiuiſibile copulare partes continui adinuicem: poſſumꝰ aūt dicto modo bis vti pūcto ꝙ eſt in linea: ſꝫ non aliquo nūc ipſiꝰ temporis: cuiꝰ ratio eſt: qꝛ in bina vniꝰ ⁊ eiuſdem acceptione cadit aliqua ſucceſſio: ſucceſſioni aūt aliquorū ſe tenenti ex parte vtriuſqꝫ poſitiue: non poteſt aliqd vnū ⁊ idem non mutatū coexiſtere niſi habeat rationē permanētis. Dico aūt ſucceſſioni poſitiue ſe tenenti ex ꝑte vtriuſqꝫ: qꝛ ſi ex parte vniꝰ ſe teneret poſitiue: ⁊ ex parte alterius ſe teneret ablatiue: poſſet bn̄ tūc aliquid idem ⁊ vnū ſibi coexiſtere abſqꝫ eo ꝙ haberet rationeꝫ permanentis. Scimus enim ꝙ ſucceſſio que eſt in generatione ipſius forme que induci͛t ad formam que abiicitur tota poni͛t in vnico inſtanti: nec tn̄ idcirco oportet ꝙ tale inſtans ſit qd permanens. Quia dicta ſucceſſio ex parte forme: que abiici͛t ſe tenet ablatiue: ⁊ ex parte forme que induci͛t ſe tenet poſitiue. Poſitio aūt vnius forme indiuiſibilis: neceſſario in eodē inſtanti debꝫ fieri cū ablatione forme oppoſite. Sed ſi ipſa ſucceſſio ex parte vtriuſqꝫ ſe teneret poſitiue: ita vꝫ ꝙ vnū poneret͛ ante ⁊ aliud poſt: nullo modo tūc aliqd vnū ⁊ idē poſſet ſibi toti coexiſtere niſi haberet rationem permanentis. Talis aūt ſucceſſio eſt que attendi͛t in bina acceptione qua aliqd ſumi͛t ſicut principiū: ⁊ ſicut finis: poni͛t enim primo: vt principiū: ⁊ poſt idem poni͛t: vt finis. Nullo igit͛ modo aliqd vnū ⁊ ideꝫ poteſt in tota ſucceſſione haꝝ acceptionuꝫ ſtare niſi ipſum habeat rationē ꝑmanētis. Quia pūctū rationē ꝑmanētis habet: poſſumus valde bene ipſum vnū ⁊ idem actu bis accipere ſemel: ſcilicet vt finem: ⁊ ſemel vt principiū. Sed qꝛ nūc temporis nullo modo ſtat: ſed continuo fluit: nullo modo poſſumus ipſum bis accipere: vnde non poteſt vnū ⁊ idem ſtare in quolibet extremo ſucceſſionis dictaruꝫ acceptionū adinuicem: ſed in altero tantū. Cū eni ipſum accipio: vt principiū: ſi velim iſtam acceptionē dimittere: ⁊ dimittaꝫ tranſit neceſſario: ⁊ ipſum ita ꝙ cū facio acceptioneꝫ ſecūdā non poſſuꝫ reſumere illud idē ſed ſumo de neceſſitate aliud. Et pro tāto phs dicit ꝙ lꝫ nūc ſit cōtinuatiuum tēporis: ⁊ pūctū ſit cōtinuatiuuꝫ linee: nō tn̄ ſimiliter hoc manifeſtat͛ in vtroqꝫ. Ex his aūt apparet euidenter falſitas opinionis dicentiū ꝙ vnuꝫ ⁊ idē numero nūc tēporis poteſt coexiſtere multis nūc ſibi ſuccedentibus.

¶ Textus.

¶ Eſt aūt ideꝫ: ⁊ ſecūdū ideꝫ diuiſio ⁊ vnitio ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo poſſet** eſſe dubiū quomodo veritatē habeat ꝙ nūc cōtinuans ⁊ diuidēs idē ſit ſecūdū rē: diuerſuꝫ aūt ſm

rationem ſolum: videtur enim h̄ non habere veritatem q̄ꝛ nūc continuans eſt vnū: ⁊ nūc diuidens eſt ad min⁹ duo: vnū aūt cū duob⁹ ad min⁹ non idē eſt ſecūdū rē igit̄ nec nūc cōtinuās eſt idē cū nūc ipſo diuidente.

**Ad iſtam q̄ōnem** eſt dicendum ꝙ vniuerſaliter eſſe continuū in illo accipit diuiſionē: in quo ⁊ per ꝙ accipit partiū continuatiuū: videmus enim ꝙ q̄ꝛ partes corporis per ſuperficiē continuant̄: diuiſio corporis nō datur nec fit in alio ꝙ̄ in ſuperficie: videm⁹ etiā ꝙ partes ſuperficiei: q̄ꝛ per lineam ⁊ in linea vniūtur per ipſam ēt de neceſſitate diuiduntur: q̄ꝛ diuiſio ſuperficiei non cadit niſi in linea. Similiter etiā videmus modo ꝙ linea nūꝙ̄ poteſt diuidi niſi in puncto in quo ⁊ per ꝙ partes linee adinuicem continuantur. Similiter ergo oportet dicere de nūc ⁊ tēpore: q̄ꝛ enim partes temporis continuant̄ per ſe non in alio ꝙ̄ in nūc: neceſſariū eſt ēt ꝙ in nūc ſolo diuidant̄. Ipſum ergo nūc ⁊ eſt continuans ⁊ eſt diuidens ipſum tempus. Aliter tamen ſe habet quando eſt continuans: ⁊ quando eſt diuidens: verū eſt autem ꝙ poteſt eſſe diuidens dupliciter: q̄ꝛ actu ⁊ potentia. Et cū eſt diuidens actu: tunc eſt duo in actu ⁊ vnū in potentia. Cū enim imaginoꝛ vnā partē linee eſſe actu ab alia diſiūctam: imaginoꝛ ſtatim in fine vnius partis actu vnū pūctū terminans partem illam: ⁊ in principio partis alterius imaginoꝛ pūctū aliud in actu in quo actu illa linea initiat̄. Sed cū vlteri⁹ imaginoꝛ illas duas partes cōiūgi ſecūdū extrema in vno pūcto ſituali: ſtatim etiā pūcta que prius imaginabar duo imaginoꝛ vnū: propter qḋ ſunt tūc poſita per ſe in ſitu illo: pūctū aūt ſupra pūctū poſitū: facit vnū pūctū imaginoꝛ ergo tūc vnū pūctū eſſe ꝙ finis eſt vni⁹ partis: ⁊ principiū alteri⁹: cū tamen duo imaginoꝛ: quando partes ſunt diſiūcte. Nū igitur pūctū eſt actu diuidens eſt duo in actu: ſed vnū in potentia: ⁊ ſic idem eſt tūc ꝙ eſt diuidēs in actu inquantū eſt duo in actu: ſed vnū in potentia inquantū eſt vnū in potentia: ⁊ quāuis q̄dem vnū in actu nō ſit idem cū duob⁹ in actu: poteſt tamen bene eſſe idem vnū in potentia cū duob⁹ in actu: aut vnū actu cū duob⁹ in potentia. Quādo autē pūctū eſt continuans imaginat̄ eſſe tm̄ vnū: cū tamen in potentia ſint plura. Et ſecundū ꝙ eſt plura in potentia eſt diuidens non actu: ſed potentia. Continuans āt actu eſt ſecūdū ꝙ eſt vnū. Patet igitur quomodo idem ſecūdū rem eſt pūctū ꝙ lineā continuat ⁊ diuidit. Eodem autem modo imaginari debemus: ⁊ de nunc reſpectu temporis.

¶ Textus.

¶ Mutatio aūt omnis a natura remota eſt ⁊c.

¶ Lectio. xxj. ¶ Q̄ō prima.

**H**ec poſſet aliq̄s dubitare vtrū verū ſit ꝙ motus ſit per ſe corruptionis cauſa: ⁊ per accidēs ipſius generationis: videt̄. n. ꝙ non: q̄ꝛ mot⁹ reponit̄ in ſpecie per terminū ad quē: ⁊ nō per terminū a quo: igitur magis debet eſſe cauſa termini ad quē ꝙ̄ alterius: ⁊ per conſequens magis per ſe cā erit generationis ꝙ̄ corruptionis: q̄ꝛ termin⁹ ad quē eſt q̄ generat̄: ⁊ terminus a quo eſt ille qui corrūpitur.

**Ad iſtam q̄ōnem** eſt dicendū ꝙ mot⁹ per ſe debet dici poti⁹ cauſa corruptionis precedentis diſpōnis ꝙ̄ cā gn̄ationis diſpōnis ſequētis: huius aūt ratio eſt: q̄ꝛ effect⁹ intētus ab agente debē in cāē ꝑ ſe reduci. ſ. in ipſā cāē agentē: ex cuius intentione ꝓuenit. Effect⁹ aūt preter agentis ꝓueniens intentionē nō reducitur per ſe in ipſam cauſam agentem: ex quo preter intentionem eius prouenit: ſed reducit̄ directe in neceſſitatem materie ⁊ motus. Generatio aūt eſt per ſe intenta ab agente: q̄ꝛ vnūquodq̄ agens per ſe intendit facere ⁊ ꝓducere ſibi ſimile: ⁊ idcirco generatio per ſe reducit̄ in agentē cauſā: nō aūt in motū ⁊ mutationē ipſā: niſi per accidens: q̄ꝛ ꝙ motus formā ponat: h̄ habet ⁊ accipit ab agente: cuius intentio eſt aliquid ꝓducere: vnde dicit̄ eſſe ipſe motus cā generationis ſequentis diſpoſitionis inquantū eſt regulatus per intentionē agētis. Corruptio vero nō eſt per ſe intēta: ⁊ ideo per ſe nō reducit̄ in cauſam agentem: ſed reducitur in motū. Q̄ꝛ enim motus de ſua ratione habet ponere receſſum a termino a quo per ſe habet ꝙ ponat diſtātiā ab ipſo ⁊ corruptionem eius: ⁊ ideo dicit̄ per ſe eſſe corruptionis cā. H̄ aūt ſolutio ſumpta eſt a Tho. ⁊ cōmētatore. Commētatoꝛ enim ſic ait in h̄ loco. Eſſe nō eſt eſſentialiter i aliquo ente: niſi ex cauſa generāte ⁊ agente: que eſt: aut natura: aut anima: aut intellectus. Eſſe autē forme rei generate ex tranſmutatione rei precedēte: que dicit̄ generatio eſt per accidēs: quoniam illa tranſmutatio in rei veritate aufert formam tranſmutati que eſt contraria forme generabili eſſentialr̄. Eſt igitur cauſa forme generabilis accidentaliter ⁊ corrupte per ſe. Tho. etiā ſic ait. Ex h̄ ipſo ꝙ aliq̄d mouet̄ recedit a diſpōne quā prius habebat: ſed ꝙ perueniat ad aliquam diſpoſitionē h̄ non iportat̄ ratione motus inquantum eſt motus: ſꝫ inquantū eſt finitus ⁊ ꝑfectus quā quidē perfectionē habet motus ex intētione agentis qui mouet ad determinatū finē: ⁊ ideo corruptio magis poteſt attribui motui ꝙ̄ generatio: ⁊ eſſe gn̄ati magis dꝫ attribui gn̄anti.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ ſoluit ſeipſum. Quia enim nihil dat ſibi ipſi ſpeciem ⁊ perfectionem ſuam: ſed hanc accipit ab alio: eo ipſo: quo motus per terminū ad quem ſpecificat̄ perficitur: conſequit̄ neceſſario ꝙ nō ipſe met ſit cauſa eius: ⁊ ꝙ ipſum ponere accipiat ab alio: vt a generante ipſo.

¶ Q̄ō ſecunda.

**S**Ecundo poſſet aliquis dubitare: q̄ꝛ non videtur ꝙ tempus ſit cauſa per ſe corruptionis: ꝙ enim attribuitur alicui gratia ei⁹ ꝙ in ipſo eſt māle ſibi attribuit̄ per accidens. Sed eſſe corruptionis cauſā tempori attribuitur ratiōe motus: qui in ipō tenet ſe materialiter ſicut ait cōmētatoꝛ in h̄ tractatu: igitur non erit temp⁹ per ſe corruptionis cauſa: ſed per accidens.

**Ad iſtam q̄ōnem** dicendum eſt ꝙ temp⁹ dicitur cauſa corruptionis: ⁊ dictū fuit ſcilicet cauſa ei⁹ per ſe eſſe per reſpectū ad generationem. Nā ipſius generationis tempus non eſt per ſe cauſa: nec aliquid ipſius temporis: duo enim ſunt que ponimus in tempore: quia ratio menſure que eſt in ipſo: ſicut forma ⁊ motus que eſt in ipſo: vt materialis: nec aūt ſecundū neutrum iſtorum: nec ſecūdū alterū iſtorum eſt ipſum tempus per ſe generationis cauſa. Ipſius autem corruptionis dicit̄ per ſe cauſa: quia ⁊ ſi non vtrūq̄: vel coniunctū ex vtroq̄ alterum tamen predictorum: ſicut motus eſt per ſe cā eius. Uerum eſt tamen ꝙ ſimpliciter loquendo: non eſt dicendum ꝙ tempus ſit per ſe corruptionis cauſa: quia ſicut tactum eſt in argumēto: ea que alicui attribuūtur gratia materie magis dicunt̄ ſibi attribui per accidēs ꝙ̄ per ſe: vnde ⁊ Ariſt. ad h̄ denotandū h̄ dicit de corruptione illa: quā ſolem⁹ maxime dicere ſub tēpore ꝙ̄ nec

ipſam

ipſam facit tempus: ſed accidit in tempore fieri ⁊ banc
mutationem.

¶ Textus.

¶ Dignum autem conſideratiōe eſt: ⁊ quomodo igitur
ſe babet tempus ad animam ⁊c.

¶ Lectio. xxij. ¶ Qō prima.

Hic poſſet aliquis dubitare vtꝝ
tempus ſit ſecundum
ſuū eſſe completum extra animam: videtur
enim ꝙ ſic: qa vera quantitas continua ex
tra animam eſt ⁊ non in anima. Tēpus au
tem eſt vera quantitas continua. Igitur tempus com
plete eſt extra animaȝ. ¶ Preterea numerus ponit de
neceſſitate: ⁊ ſecundum actū completum poſitis rebus
numeratis: ſicut poſitis deceȝ bominibus ponit᷑ de ne
ceſſitate actu etiam complete numerus denarius. Sed
mot⁹ q eſt res numerata per tēpus ponit᷑ extra animā
igitur extra ipſam erit tēpus ſ₃ actū etiam cōpletū.

Ad iſtam qōnem eſt dicendū ꝙ tē
pus eſt qdeȝ ali
quo modo extra aiaȝ: non tamen ſecūdū eſſe cōpletum.
¶ Ad cuius intelligentiam conſiderandū eſt ſecūdū ꝙ
diximus in determinatione buius queſtionis: ꝙ mo
tus: cuius mēſura eſt tempus: nibil aliud eſt ꝙ quedaȝ
mutatio mobilis a priori in poſterius. In bac autem
mutatione que motus eſt tria poſſumus conſiderare.
Nam primo ibi poſſumus attendere mutationis conti
nuationem qua non ceſſat fluxus eius nec ſiſtit aut de
ficit. Secūdo vero ibi poſſumus attendere diſcretioneȝ
partiū motus a medio termino continuante. Tertio in
ea poſſumus attendere vtrūqȝ: ſcȝ partes eius: vt conti
nuate ſunt ad id ꝙ inſtat de ea: ⁊ ꝙ diſcrete etiam ſunt
ſecūdū rationē prioris ⁊ poſterioris. Et primo quidem
modo mot⁹ ponit qd continuū ⁊ eſt in re extra animaȝ
continue mota. Secūdo vero modo accipitur: vt diſcre
tū: ⁊ eſt in conceptione anime tantū: propter id ꝙ diſcre
tio partiuȝ motus a medio termino continuante non
eſt in re extra: ſed ſolū format eā anima. Tertio aūt mo
do motus accipit᷑ vt diſcretū in continuo ⁊ eſt partim
in anima: ⁊ partim in re extra. Cū ergo tempus: vt di
ctū eſt conſequat᷑ motū: ſicut quedā paſſio ipſius: pote
rit ⁊ ipſum ſimili modo tripliciter conſiderari: primo
enim conſiderari poteſt vt conſequens motum primo
modo ſumptum: ⁊ ſic tempus eſt quid continuuȝ: ſicut
⁊ mot⁹: ⁊ eſt realiter ſolū in re extra: ī anima vero ſicut
in cognoſcente eſt per ſpeciem ⁊ intentionem ſuam.
Poteſt ⁊ iterū ſumi: vt conſequēs motum ſecūdo mo
do conſideratū: ⁊ ſic eſt quid diſcretū: nec eſt niſi ſolū in
anima: cuius ratio eſt: qꝛ preteritū preciſum ab inſtan
ti ⁊ non cōpulatū ei: non eſt plus in reꝝ natura: qa ibi
non eſt niſi per continuationem ad inſtans. Similiter
eſt etiaȝ de futuro: qꝛ preciſum a preſenti nūc ⁊ nō copu
latū ei eſt in anima ⁊ non in re extra: qꝛ non eſt niſi per
ordinem ⁊ continuationem ad preſens. Si autem tem
pus accipiatur: vt conſequens motū: tertio modo ſum
ptū: accipietur ſecūdū perfectaȝ temporis rationem: ⁊
erit ſic partim in anima ⁊ partim extra animā. Eſt. n.
de ratione temporis ꝙ ſit menſura non ficticia: ſed rea
lis: ⁊ eſt etiaȝ de ratione eius ipſa diſcretio quā accipit
ab anima. Quod vero babȝ in re extra: ḃ ponit quid cō
tinuum: vnde patet ꝙ tunc accipitur ſecundū perfectā
rationem quando accipitur: vt diſcretum in continuo
Nam in tali acceptione clauditur vtrumqȝ: tam. ſ. id
ꝙ tempus accipit ab aīa ꝙ etiaȝ id ꝙ bȝ ex re extra: pa
tet igitur ꝙ tempus eſt quidem extra animam aliquo
modo: ſed eſſe completū accipit ab anima.

Ad argumentum ergo primū di
cendū eſt: ꝙ in
ſola poſitione continui non conſiſtit perfecta rō tempo
ris: vt dictū eſt. ¶ Ad ſecūdū vero dicendū eſt ꝙ nume
rata ponunt diſcretionem que exigitur ad numerum: ſi
cut decem bomines ponūt diſcretionem que exigit᷑ ad
completam rationem numeri denarii: ⁊ idcirco poſitis
decem bominibus ponitur complete numerus denari
us. Motus autem primi mobilis qui eſt ſubiectū tem
poris in re extra aiaȝ continuus eſt non babens diſcre
tionem in actu: ſed ſolum in potentia: ⁊ idcirco nume
rus eius qui eſt tempus non babet ratione eius eſſe cō
pletum extra animam.

¶ Qō ſecunda.

Secundo poſſet eſſe du
biuȝ de
eo ꝙ modo dictū eſt: vȝ ꝙ tempus ſecūdū
ſuam rōnem perfectam non dicit ſolū diſ
cretum nec ſolū continuuȝ: ſed diſcretū in
continuo: videtur enim ḃ non babere veritatem: qꝛ diſ
cretum ⁊ continuum ſunt oppoſita. Sed oppoſita non
poſſunt ſimul fieri: circa idem: ergo nec diſcretū ⁊ conti
nuū ſimul poſſunt attendi circa tempus.

Ad iſtam qōnem dicendum eſt ꝙ
ad rationē tem
poris cōpletam non exigitur ſola diſtinctio nec ſola ra
tio continui: ſed exigitur vtrumqȝ ſuo modo. Quod au
tem ad ipſam cogatur eſſe cōtinuū: pȝ ex predictis. Eſt
enim de ratione temporis ꝙ non dicat ſolam intentio
nem anime: qꝛ ipſuȝ eſt reale: ⁊ realiter menſura mot⁹
Sola autem anime intentio non pōt eſſe realis ⁊ pro
pria menſura rei alicuius manentis extra animaȝ: vn
de manifeſtū eſt ꝙ de ratione temporis eſt ꝙ non ſit ſola
anime intentio: aut etiā ſola anime affectio. Sed opor
tet neceſſario ꝙ ponat aliquid in re extra animaȝ: circa
ꝙ attendi poſſit ratio menſure. Quod auteȝ in re extra
animā ponit᷑ per tēpus eſt quid continuū: vt ſupra di
ctū eſt. Continuū ergo concurrit aliquo modo ad ratio
nē tēporis: vlterius aūt ꝙ ad ipſam etiā concurrat ali
quo modo diſcretio de facili etiaȝ apparet. Naȝ quam
uis dicamus ꝙ in vnoquoqȝ genere ſit aliquid vnū ꝙ
eſt menſura oīum alioꝝ: non tamen id babet rationem
menſurantis actu niſi ſubinduat aliquā rationē nume
ri. Quod etiā patet ⁊ in ipſa vnitate: dicimus. n. ꝙ vni
tas eſt menſura numeroꝝ: nec tamen menſurare poteſt
quantitatē numeri: niſi per quandā ſui replicationem
cōmenſuret ſe omnibus vnitatibus que ſunt in nu
mero. Talis aūt replicatio vnitatis: qꝛ ponit numerū
patet euidenter: ꝙ ipſa etiam vnitas non menſurat: ni
ſi etiā ſubinduēdo rationē numeri. Quod ſi ḃ veruȝ eſt
de vnitate: neceſſariū ē ꝙ vniuerſaliter ī oībus: ad que
ratio menſure ab vnitate deriuatur inueniatur iſtud
ꝙ ſcilicet nibil ipſoꝛuȝ babeat actu rationeȝ menſurā
tis: niſi ſubinduat quandam rationeȝ numeri: vnde ⁊
vnus palmus non menſurat lineaȝ decem palmoꝝ: ni
ſi inquantū per ſui replicationem ⁊ applicationem ad
lineaȝ deceȝ palmorū numeꝝ ſubinduit: ita ꝙ ſecundū
ḃ dicere conuenienter poſſumus ꝙ vniuſcuiuſqȝ proxi
ma menſura eſt quidaȝ numerus. Quia ergo tēpus eſt
proxima menſura motus: patet euidenter ꝙ de ſua rati
one babet ꝙ ſit quidaȝ numerus. Et quia numerus de
ſua ratione babet ꝙ diſcretionem ponat: patet manife
ſte ꝙ ad perfectaȝ rationē temporis exigitur aliqua diſ
cretio. Vlterius auteȝ ſi diligenter attendamus videbi
mus euidenter ꝙ diſcretio pertinet formaliter ad ratio
nem temporis. Deniȝ ex quo rei complementū bētur

in potentia ad rē pertinet materialiter. Sed id: ex quo habetur eius cōplementū in actu ad rē pertinet formaliter: habetur aūt ex ſola poſitione continui ratio menſure ſolū in potentia: in qua tamen ratione menſure ⁊ numeri conſiſtit complementū temporis. Ex diſcretione vero dicta ratio ſumitur in actu: ſola ergo poſitio cōtinui materialiter pertinet ad tēpus: ſed diſcretio ad ipſum magis pertinet formaliter: ⁊ q̄ formale in materiali fit: ⁊ forma in materia: pꝫ ꝙ conuenienter dictū ſupra fuit ꝙ tempus ſecundum completā rationem: ⁊ acceptionem ſuam: dicit diſcretum in continuo.

**Ad argumentum** Ergo in cōtrarium dicendū eſt ꝙ oppoſita ſimul in eodēꝫ: ⁊ ſecūdū idē: fieri non poſſunt: ſed ſecūdū diuerſa iſtud nihil ꝓhibet: cū etiaꝫ cōtradictionem impediat diuerſitas reſpectuū. Quia ergo tempus ex re continuitateꝫ habet: nō poteſt ex re habere etiam diſcretionē: ſed nihil prohibet quin hāc habeat ab anima. Quia igitur tempus ſecundum ſuā cōpletam rationeꝫ aliquid habet in re: ⁊ ex re extra: ⁊ iterum aliquid habet in conſideratione: ⁊ ex conſideratione anime: pōt abſq; vlla inconuenientia: vnū ⁊ idem manens dicere diſcretum in continuo.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** Eſſe dubium vtrum tempꝰ ſit menſurans omnem motū: videtur eniꝫ ꝙ non: q̄ videmus ꝙ numerus quo omnia numerata numerantur diuerſificatur: ⁊ ſine ſpecie ad minus tñ numero: ꝓpter diuerſitatē equaliū numeratorum. Eſt enim alius numero denarius decem hominum ꝙ denarius decem canum. Pari ergo ratione: ſi tēpus eſt menſura omnis motus: multiplicabitur ad multiplicationeꝫ motuū: ita ꝙ ſicut ſimul ſūt diuerſi motꝰ numero: ſic etiā ſimul erūt ⁊ tempora numero diuerſa: ꝙ eſt incōueniens.

**Ad iſtam qōnem** dōꝫ eſt ꝙ tempꝰ eſt menſura oīs motus: nec tñ multiplicatur ad multiplicationē motuū ſimul exiſtentiū. ¶ Ad cuius intelligentiā conſiderandū eſt ꝙ quādocūq; aliquod attributū: ita conuenit aliquibus duobus ꝙ vni ipſoruꝫ conuenit primo ⁊ ſecūdum ſe: alteri vero ex connexione ⁊ ordine ad ipſum: nō neceſſario in ſe ſortitur numeꝝ propter alioꝝ multiplicationē: quemadmodū eſſe exiſtentie in actu attribuitur accidenti: ⁊ ſubiecto: que ſunt multa in eēntia: q̄ tñ ſubiecto cōuenit primo: ⁊ ſecūdū ſe: accidenti vero non conuenit niſi per ordinem ⁊ connexionē ad ſubiectū: quantūcūq; accidens ⁊ ſubꝫ ſint multa in eſſentia: h tamen non obſtante dicimus ꝙ eſt vna tantū exñtia: que actu eſt vtrumq;. Nunc autē ita eſt: ꝙ ⁊ ſi tempus reſpiciat oēm motū: primo tamen ⁊ ſecūdū ſe reſpicit motū primi mobilis. Alios vero reſpicit ex cōnexione quadam ⁊ ordine: quē ad primū motū habet: propter id ꝙ vnuꝫ quodq; menſuratur primo ſui generis: ⁊ motus primi mobilis primus eſt inter omnes motus. ¶ Quantumcūq; ergo tempus ſit menſura oīs motus: ⁊ multi motus ſimul ſint: h tñ non obſtante: propter vnitatem motus primi ꝙ tempus reſpicit primo: ⁊ ſecūdū ſe: erit tñ vnū numero tēpus ſimul ⁊ non multa. ¶ Sed iſta licet videātur bene dicta rebus ita ſtantibꝰ: patiūtur tamē adhuc difficultatē magnā. Quāuis eniꝫ exñtia non fiat multiplex multiplicatione accñtis ⁊ ſubiecti: multiplicatur tñ neceſſario propter multiplicationem ſubiectorū: quibus ipſa attribuitur primo: ⁊ ſꝫ ſe: ſicut ſorti cōuenit ſm ſe exiſtere: ⁊ ſimiliter Platoni: ⁊ propterea exiſtentia multiplex fit ꝓpter ipſoꝝ multiplicationeꝫ. Cō ſimili ergo mō: ⁊ ſi nō fiat tēpus multiplex ꝓpter multiplicitatē que cadit inter motū primū ⁊ alios: fieret tamē vt videtur de neceſſitate ſimul multiplex: ſi eēnt multa prima mobilia ⁊ multi primi motus ſimul: cuius tamen cōtrariū phs ſupra dixit: ⁊ h ideo: ſicut ibi tactuꝫ fuit: q̄ non dicūtur aliqua ſimul tempore fieri: ſi fiāt in tēpore vno ⁊ eodē ſpecie: tunc enim ſequeretur ꝙ facta in die preterita: ⁊ facta in die preſenti: facta eēnt ſimul tempore: ꝙ eſt incōueniēs. Sed dicūtur ex eo aliq̄ fieri ſimul tempore: quia fiunt in tempore vno ⁊ eodem etiā ſecūdū numeꝝ. Cōſtat aūt ꝙ ſi eſſent plura mobilia prima: ⁊ dū moueretur vnū moueretur etiā ⁊ alterū: de neceſſitate dicerentur illi duo primi motꝰ fieri per ſe ſimul tpe: ⁊ per conſequens ambo ponerēt ſimul tempus tñ vnū ⁊ non plura. ¶ Ut ergo intellectus huius difficultatis habeatur conſiderandum eſt: ꝙ quandocūq; aliqd ſic conſequitur ad aliud: ꝙ ex ipſo non habet ſui eſſe complementū ſed h accipit ab aīa: ex ipſo vero huius cōplementi habet fundamentū: ſic contingere videmus ꝙ tale complementū non multiplicatur: propter multiplicationē eiꝰ niſi proueniret ex ſua multiplicatione fundamentū diuerſe rationis: videmus enī ꝙ ſingulares homines idē ponunt ꝙ fundamentū eſt conceptus ipſius hominis: qui quideꝫ conceptus accipit ab anima ſuū complemētū. Et quia omnes ſingulares homines ſecundū vnam rationeꝫ ſunt fundamentuꝫ talis conceptus: ideo cōtingere videmus ꝙ quantumcūq; multiplicentur ipſi: aīa tamen de quidditate hominis nō format niſi vnū numero conceptū. Nūc autem ita eſt ꝙ tempus ab anima: ſicut ſupra dictū eſt: accipit ſuū cōplementum: ex primo auteꝫ motu habet ſui complementi fundamentū. Qō ſi eſſent plures primi motus: quia proueniret fundamentuꝫ temporis ſm vnam rationē: q̄ ſm rationē prioris ⁊ poſterioris fluentis durationis: adhuc tēpus ab aīa ſumeret tantū vnū numero ad ſui eſſe cōplementuꝫ: ⁊ nō multa: ſignuꝫ aūt huiꝰ eſt: quia nos videmus: ꝙ motus preteritus ſm aliam rationē ponit fundamentum temporis: a motu preſenti: ⁊ futuro: ⁊ id circo dicimus ꝙ tempus preteritum preſens ⁊ futurum ſunt numero diuerſa. Nā motus preteritus eſt fundamentum temporis: prout in ipſo attenditur ratio prioris ⁊ poſterioris preteriti: motus aūt futurus ponit fundamentū eiꝰ prout in ipſo attenditur rō prioris ⁊ poſterioris futuri Sed motus preſens ponit eideꝫ fundamentū: prout in ipſo attenditur ratio prioris ⁊ poſterioris preſentis. Pro tanto igitur tempus preteritū aliud eſt futuro ⁊ preſenti. Motus aūt primi preſentes oēs: ſi plures eſſent forēt tēporis fundamentū: ſꝫ vnā tñ rationeꝫ: ⁊ q̄ ſm rōnē prioris ⁊ poſterioris pñtis. Manet igitur tūc ēt tps in ſuo cōplemento vnū numero ſimul ⁊ non multa. Dicendū eſt igitur ꝙ ſi eſſent multi primi motus eſſet multiplex tempus in ſuo fundamēto: ſed vnū tantū numero in ſuo complemento: propter vnitateꝫ dicte rationis in ſuo fundamento reſeruatam.

**Ad argumentum** ergo in contrariuꝫ dicendū eſt ꝙ ex decē hoībus ⁊ decē equis numerus denariꝰ habet ſine anima: ⁊ reꝫ ſui fundamenti ⁊ ſuū cōplementū ⁊ idcirco diuerſificatur nūero h ⁊ ibi. Sꝫ de tpe nō ita ē: ſicut pꝫ ex ꝑdictis: ⁊ h de tēpore dicta ſufficiant.

¶ Explicit liber quartus phyſicorum.

¶ Incipit

¶ Incipit liber quintus phyſicorum.

¶ Textus.

¶ Tranſmutatur autem tranſmutans omne ⁊c.

¶ Lectio prima ¶ Q̃ō prima.

Hec dubitaret forte aliquis vtrum ſbm motus debeat neceſſario eſſe alterum a quolibet terminorū eiꝰ videtur eniꝫ ꝙ non: qꝛ materia non ſubijcitur motui niſi ad mixtā habeat priuationeꝫ: ⁊ per conſequens priuatio inſimul cum materia: videtur eſſe ſubiectuꝫ motus. Conſtat autem ꝙ ipſa eſt alter terminorum motus: non ergo neceſſarium videtur ꝙ ſubiectum motus ſit omnino alterum a quolibet terminorum eius.

**Ad iſtam q̃ōnem** Eſt dicendum ꝙ illud ꝙ eſt ꝑ ſe ſubiectum motus: oportet de neceſſitate eſſe alterum a quolibet terminorum eius. Cuius declaratio eſt: qꝛ termini ipſius motus adinuicem oppoſitioneꝫ habēt: vnde non compatiuntur ſe mutuo in eodem ſucceſſiuo ſed adueniente ſibi altero ipſoꝝ alter neceſſario aufertur: quemadmodum adueniente altero contrarioꝝ tollitur de neceſſitate reliquuꝫ: ⁊ adueniente eſſe tolliť nō eſſe: ⁊ econuerſo inducto habitu de neceſſitate tollitur ſibi oppoſita priuatio ⁊ econuerſo: vnde adueniente ipſi ſubiecto altero extremoꝝ motus tollitur de neceſſitate reliquū: ſicut contingit in omnibus que adinuicē veram oppoſitioneꝫ habent: ſed ſubꝫ trāſmutationis ad nullum extremoꝛuꝫ motus habet oppoſitionem: vnde ⁊ compatiť ſucceſſiue ſecuꝫ quodlibet ipſorum. Neceſſarium eſt igitur ſubiectum per ſe ipſius motus alterū eſſe a quolibet extremorum eius. ¶ Hoc etiam oſtenditur ex eo ꝙ idem eſt ſubiectum trāſmutationis: ⁊ cuiuſlibet terminoꝛuꝫ eius: ſicut ſuperficies que eſt ſubiectū dealbationis: eſt ipſa eadem etiam tā nigredinis ꝙ̃ albedinis: que ſunt extrema dealbationis: vnum autem extremorum non poteſt eſſe alterius ſubiectuꝫ: propter id ꝙ vnum contrariorum non poteſt eſſe ſubiectum alterius. ¶ Neceſſarium eſt igitur ꝙ ſubiectū per ſe motus alterum ſit a quolibet extremorum eius.

**Ad argumentum** Ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ materia ſubijcitur tranſmutationi cū priuatione non quidem retinendo eam: ſed perdendo: propter acquiſitionem habitus oppoſiti: cū quo tamen retinet ſuam propriam naturam. Per h̄ autem ꝙ materia ſubijciť tranſmutationi cū priuatione ipſaꝫ priuationem amittendo non ſequitur ꝙ ipſa priuatio ſit ſubiectum tranſmutationis: ſed potius ꝙ ſit eius terminus a quo qdeꝫ ſemper abijcitur per eam.

¶ Textus.

¶ Magis autem in quod ꝙ̃ ex quo mouetur denominabitur mutatio ⁊c.

¶ Q̃ō ſecunda.

Secundo poſſet aliquis dubitare: vtrū verū ſit ꝙ motus denominatur a termino ad quē: ⁊ nō a termino a quo: vř enī ꝙ nō: qꝛ motui magis cōuenit per ſe ꝙ faciat diſtare a termino a quo ꝙ̃ faciat appropinquare ad teriuꝫ ad quē: ⁊ ꝓ ꝯn̄s magis reſpicit illū teriuꝫ ꝙ̃ iſtū: ab illo igiť ⁊ nō ab iſto dꝫ maxime denominari.

**Ad iſtam q̃ōnem** D̃ōm eſt ꝙ motus debet denominari a termino ad quē: ⁊ nō a termino a quo: cuius ratio ē: qꝛ ab eo vnūquodq; denominadū eſt a quo maxime realitateꝫ ſumit. Realitatē aūt motꝰ accipit ab eo ꝙ ponitur per ipſum: vnde dicimus ꝙ dealbatio non ponit rē aliā ꝙ̃ albedinē ipſaꝫ que acqriť. Q̃ō aūt acqriť per motū eſt eiꝰ terminꝰ ad quē: a termino igitur ad quē motꝰ maxime realitateꝫ trahit: ⁊ per ꝯn̄s ab ipſo opꝫ ēt ſūmere ſpēm. ¶ Ad idē aūt ratio alia adduciť a Tho. ait enim ꝙ motꝰ tollit terminū a quo: ⁊ ponit terminū ad quē: vn̄ ad terminū a quo vř habere oppōneꝫ ⁊ nō ad terminū ad quē: qꝛ vnū oppoſitorū nō ponitur ſed tolliť ꝑ reliquū. Nō aūt denominať vnū oppoſitorū ab alio: ſed denoiatur vnū quodq; a nō habente ad ipſuꝫ oppoſitionē. Quia ergo ad terminū ad quē motꝰ nō hꝫ illā rōnē oppōnis: quā hꝫ ad terminū a quo: cū ſicut dcm̄ eſt hūc tollat ⁊ nō ponat ſicut illū: pꝫ ꝙ cōuenienter dꝫ motꝰ a terio ad quē denoiari: ⁊ nō a terio a q̄.

**Ad argumentum** Ergo dōm eſt ꝙ lꝫ motus ꝑ ſe faciat diſtare: qꝛ tn̄ per h̄ ipſum tollit terminū a quo qꝛ ex tali diſtātia magis attēdiť quedā rō oppōnis ad ipſum ꝙ̃ ratio ſpecificātis: ⁊ per ꝯn̄s denoiantis.

¶ Q̃ō tertia.

Tertio poſſet aliquis dubitare vtrū aliquo mō forma dici poſſit mobilis: vř eniꝫ ꝙ nō: qꝛ mobile eſt ſubm motꝰ: ſed dictuꝫ eſt ꝙ ſubm motꝰ alteꝝ eſt a quolibet terminoꝝ eiꝰ. Cū igiť forma ſit terminus motꝰ videtur ꝙ ipſa nullo modo poſſit dici mobilis.

**Ad iſtam q̃ōnem** D̃ōm eſt ꝙ vno mō accipiēdo mobile foꝛa bn̄ pōt dici mobiľ ꝙ̃uis alio mō ipa ſit imobilis: videmꝰ. n. ꝙ oīa illa aliq̄ mō mobilia dn̄r q̄ non hn̄t indefectibilitatē: ſꝫ deficere pn̄t ⁊ deficiūt. Cū igiť foꝛe gn̄abiliū nō hēat in eē ſuo indefectibilitatē: ſꝫ deficere poſſint ⁊ deficiāt. Pꝫ ꝙ aliq̄ mō pn̄t ꝯuenienter dici mobiles: vt ꝗ videamꝰ qn̄o iſtud dici poſſit: ⁊ qn̄o nō ꝯſiderādū ē: ꝙ ſic dupľr dř aliqd exn̄s: ſic ēt dupľr aliqd dici pōt mobile: vno eni mō dř aliqd exn̄s: qꝛ eſt ſubm per ſe actus exiſtēdi: quo qdē mō nec foꝛa nec mā: ſꝫ ſoľ cōpoſitū exn̄s appellať. Alio ꝟo mō dř aliqd exn̄s: nō qꝛ ſit ꝑ ſe ſubm actus exn̄di: ſꝫ qꝛ ſbm eſt eiꝰ ad minꝰ ꝑ accn̄s: vľ rōne alteriꝰ: aut ēt: qꝛ ipſuꝫ ad aliqd exiſtat: ⁊ h̄ mō ēt foꝛa dř ens ⁊ exn̄s. Nā ⁊ ꝑ ipſam cōpoſitū exiſtit: ⁊ ipſa cū cōpoſito cuiꝰ ē ꝑs actus exn̄di ſubijciť: ſic ergo vno mō foꝛa q̄ ē ꝑs exiſtētis cōpoſiti dř ens: ⁊ alio mō nō. Cōſiľr aūt ⁊ de mobilitate dici pōt. Nā mobile dici pōt aliqd dupľr: vno qdē modo: qꝛ ē ꝑ ſe ſbm motꝰ ⁊ trāſmutatiōis: ⁊ ſic foꝛa nō ē mobiľ: vn̄ dicit h̄ cōmē. Māifeſtū ē ꝙ albedo ē foꝛa qeſcēs imobilis: ⁊ q fingit ipſaꝫ moueri: nō ē loquēdū cū eo ī hac ſcia. Alio āt mō pōt dici aliqd mobile: qꝛ vel ꝑ accn̄s ē ſbm motꝰ: vel qꝛ ſꝫ ipꝫ aliqd variať ⁊ moueť: ⁊ h̄ mō foꝛa pt dici mobiľ ſꝫ ipaꝫ ēt motui cui ſubijciť ꝑ accn̄s: qꝛ rōne ſui ſubi: ⁊ ſꝫ ipaꝫ ēt ꝯtingit motꝰ ⁊ variatio ſubi: vn̄ h̄ mō foꝛa mobilis eſt ⁊ variabilis: ſꝫ primo inuariabilis: ⁊ imobilis dicať.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem omnis mutatio eſt a quodam ⁊ in quiddam manifeſtat etiam vtriq; nomen ⁊c.

¶ Lectio ſecunda. ¶ Q̃ō prima.

**HIc poſſz aliquis du**bitare: vtruꝫ generatio poſſit dici mutatio niſi ſecundum ꝙ includit alterationeꝫ precedenteꝫ: ⁊ videtur ꝙ non: quia de ratione mutatiōis eſt: vt ħ dicitur: ꝙ aliud mōſtret prius ⁊ aliud poſterius: ħ autē facere non poteſt niſi ſecūduꝫ ꝙ includit precedētē alteratiōnē. Igitur generatio non dicitur mutatio: niſi ſecunduꝫ ꝙ claudit ipſam precedentem alterationeꝫ. Minoris autem declaratio eſt: quia generatio excluſa precedenti alteratione eſt quid in inſtanti poſitum; in inſtanti autem; ſicut non eſt intelligere ſucceſſionem: ſic etiam in ipſo non eſt intelligere prius ⁊ poſterius: que important ſucceſſionem quandam; ⁊ per conſequēs generatio de ſe ſine precedenti alteratione nō pōt aliud mōſtrare pri⁹ ⁊ aliud poſteri⁹:

**Ad iſtam qōnem** dicunt quidam ꝙ generatio nō dicitur mutatio niſi ſm ꝙ includit precedentem alterationem: ⁊ ratio ipſoruꝫ eſt illa quā modo recitauimus.

**Sed iſta poſitio** Nullo mō ſtare poteſt: cuius declaratio eſt: quia quando aliqua ex oppoſito diuidunt aliquod cōe; vnum ipſorum non eſt intrinſece ⁊ eſſentialiter de ratione propria alterius: quemadmodum qa homo ⁊ aſinus ex oppoſito diuidunt animal nō eſt homo de ratione aſini; nec econuerſo. Similiter etiā: quia ſubſtātia ⁊ accidens ex oppoſito diuidunt ens: non eſt ſubſtātia de ratione intrinſeca ⁊ eēntiali ipſius accidētis nec etiam accidens eſſe poteſt de ratione propria ſubſtantie. Nunc autēꝫ ſic eſt ꝙ generatio, corruptio ⁊ motus: cuius ſpecies eſt ipſa alteratio: ex oppoſito diuidūt mutationem: ſicut ħ patet per phyloſophuꝫ. Nullo igitur modo alteratio: nec aliq̄ alia ſpecies ipſi⁹ motus eſſe poterit de intrinſeca ⁊ eſſentiali ratione oppoſite mutationis: que dicitur generatio ⁊ corruptio. Nō igitur ratione alterationis: ſed eſſentialiter: ⁊ ſecundum ſeipſam: tā generatio q̄ꝫ corruptio ipſa eſt mutatio. ¶ Hec idem autem patet ſi reſpiciamus ad extrema ēt vtriuſqꝫ mutationis. Nam extrema alterationis ſunt duo cōtraria. Extrema vero generationis ſunt duo contradictoria. Et quemadmodum alteratio ponit ſucceſſioneꝫ in ſubiecto vnius contrarij ad reliquum: ſic etiam generatio ponit ſucceſſionem ipſius eſſe ad non eſſe. Et quia neceſſarium eſt: vt immediate poſt non eſſe ponatur eſſe: propter id ꝙ inter eſſe ⁊ non eſſe nihil cadit medium neceſſarium eſt; vt ſubito: ⁊ in inſtāti in quo tollitur nō eſſe ponatur eſſe ꝙ ſibi eſt oppoſitū: ita vꝫ ꝙ inter ablationem vnius ⁊ poſitionem alterius nullum intercipiatur tempus medium: ſicut intra ipſa ēt nullum mediū dari poteſt. Sed quia intra contraria eſt medium ⁊ quodlibet ipſorum habet latitudinem: non in inſtanti alterum abijcitur; nec ſine tempore alteruꝫ inducitur. Scdm iſta igitur euidenter apparet ꝙ mutatio ponēs eſſe poſt non eſſe de ratione ſua habet ꝙ fiat in inſtanti vnde generatio que eſt talis mutatio de ſua ratione habet ꝙ in tempore nō fiat. Et propterea diſtinguitur ex oppoſito cōtra alterationeꝫ: de cuius ratione eſt ꝙ mōſtret vnū cōtrariū poſt aliud: ⁊ ꝙ nō fiat in inſtanti.

**Dicendum eſt igitur** ꝙ generatio, put includit motum precedentem ſeu alteratiōnē eſt motus: ⁊ non ſubita mutatio: propter qđ ħ modo contra motum non diſtinguiť: ſed diuiditur cōtra ipſum: prout ponit inſtantaneā acceptioneꝫ eſſe poſt non eſſe: ita ꝙ ſecundum ħ aliud monſtrat prius ⁊ aliud poſterius. Monſtrat enim prius in toto tempore precedente inſtans: in quo eſſe acquiritur: nō eſſe rei generādo: ⁊ mōſtrat poſterius: vtputa in ħ inſtanti ꝙ eſt terminus preteriti ⁊ principium ſequentis: ⁊ eſt conſequens poſt tēpus totum ꝙ precedit ipſum eſſe ipſius generati. Unde qualis ſucceſſio attenditur inſtantis ꝙ eſt finis temporis ad tempus ꝙ in ipſo terminatur: talis etiam ſucceſſio poſterioris ad prius ponitur per generationem: ex quo patet valde euidenter ꝙ ſicut ſucceſſio inſtantis terminantis tempus precedens ad ipſum tempus ꝙ in ipſo terminatur intelligiť eſſe ſubita ⁊ inſtātanea: ſic etiam ſucceſſio que ponitur per mutationem: que eſt generatio inſtantanea: ſubita eē intelligiť: ⁊ per ħ patet reſponſio ad argumentum.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo dato** ꝙ generatio abſqꝫ incluſione precedentis alterationis dici valeat mutatio: poſſet aliquis dubitare vtrū ipſa dici poſſet motus: videtur enim ꝙ ſic quia generatio dicit proceſſum de eſſe in potentia ad eſſe in actu perfecto. De potentia autem ad actum iperfectum non proceditur niſi prius procedatur ad actū iperfectum. Quia ergo mutatio que ponitur prius act⁹ imperfectus: ⁊ poſtea perfectus eſt motus; ſequiť de neceſſitate: vt videtur: ꝙ generatio ſit motus.

**Ad iſtam qōnem** dicunt quidam ꝙ de generatione loqui poſſumus dupliciter: qꝛ vel quantum ad introductionem vltimi gradus ſubſtantialis: vel quantum ad introductionem totius nature precedentis gradum vltimum. Et ſi loquamur de generatione: primo modo patet tunc ſecundum eos ꝙ ipſa non eſt motus: quia vltimus gradus eſt indiuiſibilis: ⁊ indiuiſibile eſt quod per mutationem ſubitam acquiritur: ⁊ non per motuꝫ ⁊ iſto modo vt dicunt: Ariſt. probat ꝙ ipſa nō ſit mot⁹.

**Sed iſta opinio** Iſtorum eſt omnino contraria phyloſophie: ⁊ intentioni Ariſtote. Quod autem ſit omnino contraria phyloſophie naturali de facili apparet. Secundum enim veritatem phyloſophie naturalis cogimur de neceſſitate dicere ꝙ mutatio in ſubſtantia non eſt motus: ⁊ ꝙ motus eſt in quantitate qualitate ⁊ vbi. Hoc autem ſuſtineri nullo modo poteſt dicta fatuitate ſtante: cuius declaratio eſt: ꝙ vltimus gradus cuiuſlibet forme ſiue id ꝙ vltimo accipitur de quacunqꝫ forma eſt quid indiuiſibile: naꝫ ꝙ eſt diuiſibile hꝫ partē ⁊ partem: pars autem ⁊ pars de perfectione forme ponit gradum ⁊ gradum. Ponere autem gradum ⁊ graduꝫ eſt ponere multos gradus ⁊ non vnum. Cum igitur vltimus gradus forme ponat vnum tantum gradum ⁊ non plures: quia alias per ſe ⁊ primo vltimus non eſſet: neceſſariuꝫ eſt ꝙ vltimus gradus cuiuſqꝫ forme nō ſubſtantialis tantum: ſed etiam accidentalis dicat qđ penitus indiuiſibile. Quia igitur: vt ipſi dicūt: id ꝙ indiuiſibile eſt non accipitur per motum: ſed per ſubitaꝫ mutationem: neceſſarium eſt ꝙ ratione vltimi gradus forme nulla mutatio ſit motus. Secundum ħ igitur nō erit verum dicere ꝙ generatio non ſit motus ſed alteratio ſic: ſicut enim propter vltimi gradus adeptionem generatio non meretur dici motus: ſic etiam nec alteratio: nec aliqua alia mutatio: cuꝫ equaliter vltimus gradus cuiuſqꝫ forme dicat quid indiuiſibile: vt oſtenſum eſt. Patet igitur ꝙ illa fatua reſponſio contrariatur omnino veritati phyloſophie naturalis. Quod autem ɔtrarietur ēt demonſtrationi Ariſtotelis de facili apparet

apparet: ait enim ipſe generationem: ideo non eſſe motum: quia ꝙ generatur eſt immobile: hoc autem dicit eſſe ideo imobile: quia eſt ens pure ⁊ ſimpliciter in potentia Conſtat autem ꝙ gradus vltimus ipſius forme non ponit in ſuo receptiuo rationem entis pure in potentia: ſed magis rationez entis in actu: quia preſupponit ipſum totam forme naturam precedentem gradum vltimū ⁊ que actus eſt ratio exiſtendi actu: ſed forma ſumpta ſecundum totam ſuam naturam quantum de ſe eſt nullum actum ſuſceptiuum preſupponit in generato remanentem. Sed poteſt ponere inquantum huius ens pure in potentia. Quia igitur ex hoc demonſtrat Ariſto. generationem non eē motum ꝙ ſubiectum eius eſt ens pure in potentia: ꝙ non eſt verum de acceptione vltimi gradus forme preſupponentis totam forme naturam precedentem: patet euidenter ꝙ ipſe Ariſto. non reſpiciens ad acceptionem vltimi gradus: ſed reſpiciens ad acceptionem totius ſubſtantialis forme: dixit generationez ſimpliciter: que eſt generatio ſubſtantiarū non eſſe motū: Contra eiꝰ igitur intentionez eſt omnino ponere ꝙ generatio ſit motus: quantuz ad acceptionē totius nature ipſius forme ſubſtantialis: preter ꝙ quātū ad acceptionem gradus vltimi.

**Et propterea** ipſi ēt videntes ꝙ iſta via nō eſt ratiōabilis aliā adducunt ſatis ſtultiorē. Dicunt enim ꝙ generatio eſt motus ratione forme que inducitur: quia eius inductio: vt dicūt: motus eſt. Sed ratione ſubiecti nō eſt motus: qꝛ tale ſubiectum eſt immobile cum ſit ens pure in potentia. Sed in hac fatuitate ponitur manifeſta contradictio. Ad motum enim exigitur de neceſſitate ens mobile ꝙ eſt ſubiectum motus: ſicut patet per phyloſophum in precedenti lectione. Oportet enim moueri de neceſſitate quicquid motui ſubijcitur. Mouetur autem nihil niſi ꝙ eſt mobile. Quod enim eſt immobile eſt impoſſibile moueri. Ponere autē motum ꝙ eſt impoſſibile moueri eſt ponere contradictoria: quemadmodum etiam contradictoria ponuntur cum dicitur exiſtere ꝙ exiſtere non poteſt: ſic̄ etiam aliquid ſubiectum motui eſſe ⁊ non moueri implicat contradictionem: veluti contradictionem implicat aliquid ſubiectum eſſe albedini: ⁊ non eſſe album. Nam eſſe motui ſubiectum eſt in ſe habere motum: ⁊ habere motum eſt moueri: eſſe igitur motui ſubiectum ⁊ non moueri eſt habere motum: ⁊ non habere motum. Ponamus itaqꝫ ꝙ ratione ſubſtantialis forme ipſa generatio ſit motus: quia videlicet huiꝰ forme inductio mēſuretur tēpore ꝙ eſt de ratione motus: ⁊ non vnico inſtanti ꝙ eſt de ratione ſimplicis mutationis: ſubiectum autez huius inductionis: vt concedunt eſt ens pure in potentia: ꝙ eſt immobile. Ens igitur immobile ſecunduz hoc ſubiectuz eſt inductionis: que eſt motus. Aut itaqꝫ ſtās ſub illa inductione mouetur aut non mouetur: ꝙ ſi mouetur: ens igitur ꝙ eſt immobile mouetur. Si autez non mouetur ſubiectuz: ergo inductio que eſt motus: ⁊ habens in ſe motum: non mouetur: vtrūqꝫ autem implicat contradictionem. Manifeſte itaqꝫ contradictoria ponuntur cum dicitur ꝙ generatio eſt motus ratione forme: quia eius īductio eſt motus. Non autem eſt motus ratione ſubiecti: quia ſubiectum eius eſt ens immobile. ¶ Sed forte aliquis reprehendet nos ⁊ merito ꝙ curamus de verbis hominū taz ydiotaꝝ: veruntamen propter ſimplices ne ab ipſis peruertantur bonū fuit ignorantiā ipſoꝝ aperire.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendū eſt ꝙ cum actus fuerit habens latitudinez: poterit quidē prio haberi imperfecte: ⁊ poſtea perfecte. Sed cum fuerit ſimplex: ⁊ indiuiſibilis: neceſſarium eſt ꝙ ſubito habeatur perfectus ⁊ completus. Et talis actus eſt ſubſtantialis forma.

¶ Qō tertia.

**Sed tunc adhuc re**ſtat dubitatio vtrum forma ſubſtantialis inducatur ſubito. Naz in precedenti queſtione ſunt ſolum reprobata dicta hoiuz materialiū: non tn̄ eſt perfecte declarata veritas.

**Queratur ergo** tertio vtrum forma ſubſtantialis inducatur de neceſſitate ſubito: videtur enim ꝙ non: quia forma que habet gradum ⁊ gradum non inducitur de neceſſitate ſubito: ſed forma ſubſtantialis habet gradum ⁊ gradum: quia dicimus ꝙ vna ſubſtantialium forma continet totam alterius perfectionem: ⁊ adhuc amplius: igitur forma ſubſtantialis non inducitur de neceſſitate ſubito.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendum ꝙ forma ſubſtantialis non eſt forma: cuius acquiſitio poſſit eſſe motus: ⁊ idcirco neceſſariuz eſt ꝙ ipſa inducatur ſubito: ⁊ non ſucceſſiue: ita vz ꝙ de ipſa prius acquiratur pars vna ⁊ poſtmodum alia. ſicut contingit de forma qualibet exiſtente in motu.

**Ad cuius intelligentiam** conſiderandum eſt ꝙ ſicut accidens eſt ens ſecundum quid: ⁊ ſubſtantia eſt ens ſimpliciter: ſic etiā forma accidentalis eſt ratio ⁊ principium eſſendi ſecundū quid ⁊ forma ſubſtantialis eſt principiū: ⁊ ratio eſſendi ſimpliciter. Et quia nulla forma inducta per motum vel conſiſtens in motu eſt ratio ⁊ principiuz eſſendi ſimpliciter: neceſſarium habemus concedere ꝙ nulla forma in motu conſiſtens ſit forma ſubſtantialis: ꝙ autez nulla forma in motu conſiſtens: tanꝙ inducta per ipſum eſſe poſſit ratio ⁊ principiuz eſſendi ſimpliciter de facili demonſtratur. Eſt enim attendendum ꝙ ratio ⁊ principium eſſendi album ſimpliciter id tantuz ponitur eſſe: quo ablato aufertur ab eius ſuſceptiuo neceſſario eſſe album: quemadmodum albedo dicitur ⁊ eſt ſimpliciter ratio eſſendi album: quia ablata albedine a ſuperficie aufertur ab ipſa totaliter album. Conſimili autez modo: ⁊ id dicere debemus eſſe rationem ⁊ principiuz eēndi ſimpliciter: quo ablato a materia niſi ei aliud adiungatur ab ipſa tollitur totaliter actu eſſe. Nunc autem ſic eſt ꝙ nulla forma conſiſtente in motu ablata a materia: neceſſariū eſt ꝙ tollatur ab ipſa totaliter eſſe in actu. Cuius declaratio eſt: quia oē ꝙ mouetur quādiu mouetur partim habet de termino ad quem: ⁊ partim habet de termino a quo: quemadmodum ſuperficies ſubiecta motui dealbationis ꝙdiu ſtat ſub ipſa dealbatione: partim habet de albedine: ⁊ partim habet de nigredine: vnde ⁊ ſi tollatur ab ea id ꝙ habet de albedine: non ſtatim neceſſarium eſt ꝙ ab ipſa tollatur eſſe coloratum: quia adhuc poterit retinere id ꝙ habet de nigredine: ꝙ etiam eſſe coloratum ſuo modo ſibi confert. Similiter ergo ſi materia ſic trāſmutatur de vna forma ſubſtantiali in aliā ꝙ vnaz perdit motu: ⁊ aliaz ēt non ſubito: ſed per motum accipit: neceſſariū eſt concedere ꝙ ipſa materia in tota tranſmutatione illa partim habeat de forma que abijcitur: ⁊ partim de forma q̄ inducit̄. Et ꝓpterea ſi ab ipſa tollat̄ id ꝙ hꝫ de forma q̄ inducit̄: nō eſt neceſſariū ꝙ ab ea tollat̄ totalr eē actu: qꝛ

ſed poterit in actu eſſendi remanere per id ꝙ habeat
vel habet de forma que abijcitur: manifeſtuʒ eſt igiť ꝙ
nulla forma in motu conſiſtente ſublata a materia: ne/
ceſſarium eſt ꝙ totaliter ab ipſa tollať eſſe actu: nec per
conſequens aliqua talis forma poteſt eſſe ratio ⁊ prin/
cipium eſſendi ſimpliciter: quia ſicut dictum eſt ſolū il
la forma eſt ratio eſſendi ſimpliciter qua ſublata a ma
teria tollitur ab ipſa neceſſario totaliter eſſe actu niſi ſi
bi adueniat tūc alia forma: que quideʒ prius in ipſa nō
fuerit cū alia. Quia igitur ſolū illa forma que eſt ratio
eſſendi ſimpliciter eſt forma ſubſtantialis. Ex quo nul/
la forma in motu conſiſtens eſſe poteſt ratio eſſendi ſim
pliciter: neceſſariuʒ eſt ꝙ nulla forma in motu conſiſtēs
aut inducta per motū ſit ſubſtantialis forma. Simpli
citer ergo tenenduʒ eſt: ꝙ omnis forma ſubſtantialis
eo ipſo quo forma ſubſtantialis: ħ habeat ꝙ non ſucceſ
ſiue: ſed ſubito inducatur in materia.

**Ad argumentum** ergo in contra
rium dicenduʒ eſt ꝙ ⁊ ſi forma ſubſtantialis multos gradus perfectio
nis habeat: non tamen habet talem graduū multipli
citatem: ꝙ propter ipſam ſortiri poſſit: vt non ſubito: ſʒ
ſucceſſiue inducatur in materiam: ſicut deo dante in/
fra declarabitur.

¶ Qō quarta.

**HIs ergo viſis** poſſet forte aliqs que/
rere vtrum ex his que dicta ſunt: poſſumꝰ
aliquid boni accipere pro queſtionibꝰ que
conſueuerūt fieri de formis.

**Ad quod dicendum** eſt ꝙ de formis i
ter alias tres queſtiones fieri conſueuerūt. Una quidē
vtrum ſit ponerē inchoationes formarum ſubſtantiali
um in materia. Alia vero vtruʒ ſecundum formas ſub
ſtantiales attendať magis ⁊ minus. Et tertia vtrū in
vno numero ſuppoſito ſint plures forme ſubſtantiales
ſimul. Et de omnibus quidem his tribus queſtionibꝰ
habemꝰ per dicta in lectione iſta quid ſentire ⁊ dicere
debemꝰ. Sunt enim quidam qui ponunt formas ſub
ſtantiales preexiſtere inchoatas in materia ſub quodā
gradu imperfecto: ⁊ per generationem ponunt eas de
duci ad gradum perfectum. Et quia talis acceptio par
tis forme poſt partem motus eſt: vt ait Commentator
neceſſarium habent iſti dicere ꝙ inductio ſubſtantia
lis forme in materiam ſit motus. Itē ꝙ forma ſubſtan
tialis in gradu imperfecto in quo manet in materia cū
alijs formis non ſit ratio eſſendi ſimpliciter: ⁊ per con
ſequens ꝙ non ſit tūc ſubſtantialis forma: ſed acciden
talis: mediante tamen motu ⁊ trāſmutatione de forma
accidentali fiat forma ſubſtantialis: que ſunt non ſolū
ꝯtra determinata ħ: ſed ſunt etiam omnia abſurda.
¶ Quidam etiam ſunt qui dicunt ꝙ tam ſecundum
accidentales ꝙ̄ ſecundum ſubſtantiales formas poſſūt
aliqua dici cum magis ⁊ cū minus. Et quoniā magis
⁊ minus attendi non poſſunt ſecundum id ꝙ in indiui
ſibili conſiſtit: neceſſarium habent iſti ponere ꝙ forma
ſubſtantialis non ſit indiuiſibilis: ⁊ per conſequens ꝙ
ipſa poſſit accipi per motum ꝙ eſt ꝯtra ħ determinata.
Quod enim eſt diuiſibile habet partem ⁊ partem: ⁊
per conſequens de ipſo poteſt accipi pars poſt partem
ꝙ pertinet ad motum: vnde patet euidenter ꝙ ſi forma
non ſit indiuiſibilis accipi poterit per motum. Et pro
pterea commentator ait in ħ. v. ꝙ inductio ſubſtantia
lis forme: ideo habere non poteſt rationem motus: qꝛ ħ
forma eſt indiuiſibilis.

**Sunt etiaʒ qui dicunt** ꝙ ſi
mul i
eadem parte materie ſunt plures ſubſtantiales forme
ſucceſſiue in materiam inducte ꝙ tamen ſtare non po
teſt ſecundum ea que ħ a phyloſopho dicuntur. Diſtin
guit eniʒ ħ duplicem generationeʒ: quia generationeʒ
ſecūdū quid ⁊ generationeʒ ſimpliciter. Et primaʒ di
cit eſſe generationeʒ accidentiū. Secūdā vero dicit eſſe
generationeʒ ſubſtantiarū. Adiūgit autem poſtea ꝙ id
ꝙ generatur generatione ſecundū quid contingit mo
ueri: qꝛ licet non ſit actu per formaʒ inducendam: eſt ta
men actu propter ſubiectū. Homo eniʒ qui eſt ſubiectū
in generatione albi eſt ens actu: ⁊ moueri poteſt: vnde
id ꝙ fit albū ratione ſubiecti eſt mobile ⁊ moueri poteſt
Sʒ de eo ꝙ generatur ſimpliciter ait ipſe ꝙ eſt penitus
immobile: propter id ꝙ non eſt actu ⁊ ratione ſubiecti.
Quia ergo forma precedēs in mā facit ipſam eſſe actu
ſi ſuper eā alia forma debet induci erit ſubiectum huiꝰ
inductionis ⁊ generationis ens actu: ⁊ per conſequens
dicetur ꝙ illud ꝙ generatur iſta generatione nō eſt ſim
pliciter in potentia: ſed ē actu: ⁊ moueri poteſt ratione
ſubiecti: ſicut ⁊ id ꝙ fit album ratione ſubiecti actu eſt
⁊ moueri poteſt. Unum ergo de duobus oportebit tūc
de neceſſitate dicere: aut vʒ ꝙ talis generatio ſit genera
tio accidentis ⁊ adeptio accidentalis eſſe atqꝫ acciden
talis forme ꝙ eſt contra ipſos qui ponunt hanc formā
ſuperinductam eſſe ſubſtantialem: aut ꝙ id ꝙ genera
tur generatione ſimpliciter: que eſt omnis generatio ſb
ſtantie ſit actu ⁊ moueri poſſit ſaltem ratione ſubiecti ꝙ
eſt contra philoſophi determinationem factam in ħ lo
co. Patet igitur quomodo per determinata ħ habemꝰ
quid dicere poſſimus contra tres poſitos errores de for
mis ſubſtantialibus.

¶ Qō quinta.

**SEd tunc** quinto poſſet aliquis
forte dubitare quomo
do verum ſit ꝙ id ꝙ generatur nō eſt actu.
videtur enim ħ eſſe falſuʒ: quia cum gene
ratio in inſtanti fiat: neceſſariū eſt in illo
inſtanti in quo ponitur actu ipſa generatio eſſe actu
ipſum generatum.

**Sed conſiderandum eſt**
ꝙ ħ phyloſophus oſtendere intendit generationeʒ non
eſſe motū: ad ħ autem modo ſumit demſonem ex ſubie
cto generationis. Nam id ꝙ mouetur: vt ipſe ſupra di
xerat non eſt forma ſed ſubiectum. Aſſumūt autē ꝙ ſi
genera[illegible] eſt motus mouebitur id ꝙ generať. Quia er
go moueri cōuenit ſubiecto motus ⁊ non forme que in
ducitur per motum: patet euidenter ꝙ iſta demonſtra
tio ſumpta eſt ex ſub[illegible] generationis: ꝙ non eſt ens
actu: ſed potentia tantuʒ: ⁊ idcirco moueri non poteſt.
Nam motus in ſubiecto preſupponit eē actu: ⁊ per cō
ſequēs forma eſt q̄ inducitur per motū ante ſe i ſuo ſuſce
ptiuo preſupponit actu eſſe ratione cuius habet ſubie
ctum talis forme de ſe ante acceptionem eius ꝙ moueri
poſſit ⁊ ſubiectū eſſe motus: ſufficit ergo ad demonſtra
tionem preſentem. Ariſt. ꝙ ſubiectū generationis non
ſit actu ante acceptionem forme generati. Quod eniʒ de
ſe nullo modo actu eſt non poteſt de ſe ſubiectum eſſe in
ductionis: que ſit motꝰ: ⁊ quia ꝙ nullo modo de ſe actu
eſt de ſe ſubijcitur inductioni forme ſubſtantialis: ⁊ gene
rationi ſimpliciter: conſequitur de neceſſitate: ꝙ talis in
ductio ⁊ generatio non ſit motus: idest ergo dicere q̄ ad
preſentem demſoneʒ ꝙ id ꝙ generatur non eſt ⁊ ꝙ ſub
iectum generationis de ſe nullū eſſe actu poteſt.

¶ Textus

¶ Textus.

¶ Si igit̃ predicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia ⁊ qualitate ⁊ vbi ⁊c.

¶ Lectio tertia. ¶ Nõ prima.

**Hic poſſet** prio eſſe dubiũ vtrũ verũ ſit ꝙ ſubſtantie nihil eſt contrarium: videtur enim ꝙ non qꝛ contrarioꝝ effectuũ oportet cauſas ꝓximas eſſe cõtrarias. Sed et tales qualitates vt puta calor ⁊ frigus ſunt qualitates contrarie: igitur forme ſubſtantiales eoꝝ: que ſunt cauſe proxime iſtaꝝ qualitatũ: ſunt et neceſſario contrarie.

**Ad iſtam qõnem** eſt ſimpliciter dicendũ ꝙ ſubſtãtie nihil eſt contrariũ. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiaꝫ cõſiderandũ eſt ꝙ contraria ſunt: vt accipit̃ decimo methaphyſice: que ſub eodeꝫ genere poſita maxime a ſe diſtant: ⁊ in eodeꝫ ſuſceptibili non ſimul: ſed viciſſiꝫ fiũt. Ex iſta contrarioꝝ diffinitione q̃ttuoꝛ accipiũtur que exigũtur ad veraꝫ ⁊ perfectaꝫ contrarietateꝫ: quorum vnum eſt ꝙ contraria debent eſſe vniꝰ generis phyſici quemadmodũ albũ ⁊ nigrũ que ſunt contraria ſũt eiuſdeꝫ generis: qꝛ vtrũqꝫ eſt in genere coloris. Et hoc exprimit̃ in diffinitione poſita cũ dicit̃ ꝙ contraria ſũt que ſub eodẽ genere poſita. ¶ Scḋm aũt ꝙ requirit̃ ad veram contrarietatẽ eſt maxima diſtantia in genere: quẽadmodũ albũ ⁊ nigrũ que ſũt contraria maxime diſtãt in genere coloris. Nõ.n. poſſunt accipi duo alij colores magis aut tñ etiã diſtantes q̃tũ diſtãt albedo ⁊ nigredo: vnde quãuis albũ ⁊ pallidũ ſint in genere coloris ⁊ diſtent etiã ab inuicẽ: nõ tñ ſũt contraria: qꝛ adh̄ in tali genere diſtantia maioꝛ inuenit̃: qualis eſt diſtantia nigri ⁊ albi: ⁊ h̄ exprimitur in aſſignata diffinitiõe cũ dr̃ ꝙ cõtraria in eodẽ genere poſita maxime a ſe diſtãt. ¶ Tertiũ aũt ꝙ exigit̃ ad veraꝫ cõtrarietateꝫ ẽ ydẽptitas ſubiecti: qꝛ contraria debent habere ideꝫ receptiuũ imediatũ: vnde videmus ꝙ ſuperficies eſt imediatum ſuſceptiuũ tam albedinis q̃ etiã nigredinis. ¶ Quartuꝫ vero exigit̃ ꝙ circa tale receptiuũ ſe inſimul nõ cõpatiant̃: ſicut albedo ⁊ nigredo nõ poſſunt ſimul informare eandeꝫ ſuꝑficieꝫ: licet h̄ poſſint ſucceſſiue: h̄ autẽ duo exprimũtur in deſcriptione poſita cũ dicit̃ ꝙ in eodem ſuſceptibili non ſimul: ſed viciſſim fiũt. Patet igitur quomodo q̃ttuoꝛ ad veram contrarietatis rationeꝫ requirũtur. Et tria quidem hoꝝ bene contingit inueniri in formis ſubſtantiarũ generabiliũ. Naꝫ ipſe ſunt eiuſdem generis phyſici: vt poteꝫ: quia habent adinuicem per ſe tranſmutationeꝫ: ⁊ non per accidens: vt habet̃ in decimo methaphyſice. Itẽ habent vnũ immediatũ ſuſceptiuũ: quia vna eſt materie eſſentia in qua immediate ſuſcipiuntur omnes forme ſubſtantiales generabilium. Circa vnã et ⁊ eandeꝫ materie parteꝫ plures forme ſubſtantiales non ſimul: ſed viciſſim fiunt. Unde manifeſtũ eſt ꝙ tres conditiones contrarioꝝ in formis ſubſtantialibꝰ contingit reperire. Sed quarta conditio vꝫ maxima diſtantia non inuenitur in eis. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ conſiderandum eſt ꝙ maxima diſtantia que attendit̃ in cõtrarijs eſt diſtantia fundata in quadã latitudine continua contentiua diuerſoꝝ graduũ: ⁊ ratio eſt: qꝛ motus non eſt diuiſibilis niſi inquãtum acceptio eius que inducitur per ipſum eſt diuiſibilis. Acceptio autẽ forme non eſt diuiſibilis niſi propter diuiſibilitatem forme accepte. Diuiditur enim acceptio talis in prioꝛem ⁊ poſterioꝛem. Prioꝛ vero acceptio ponit partem forme prius acceptam: ⁊ poſterioꝛ ponit partem forme poſterius acceptam: vnde patet euidẽter ꝙ omnis forma que inducitur per motuꝫ habet partẽ ⁊ partem: ſiue gradum ⁊ gradum: forme autem habentes verã contrarietatẽ: per motuꝫ inducunt̃ ⁊ abiciũtur. Neceſſariũ eſt igit̃ ꝙ quelibet talium formarũ habeat latitudinem contentiuaꝫ diuerſoꝝ graduũ perfectionis: vnde ⁊ videmus ꝙ non ſtatim cuꝫ auffertur aliquid de caliditate vel frigiditate abijcitur tota caliditas vel tota frigiditas: ſicut oporteret neceſſario: ſi tales forme non haberent partem ⁊ partem: vlterius etiam talis latitudo eſt continua: qꝛ aliter penes ipſaꝫ motus qui eſt continuus fieri non poſſet. Maxima ergo diſtantia contrariorum eſt diſtantia fundata ſuper latitudine continua graduũ diuerſorum contentiua: forme autem ſubſtantiales latitudinem non habent: ſed omnes in idiuiſibili conſiſtunt: vnde non habent illaꝫ maximã diſtantiã que exigit̃ ad verã contrarietatẽ: ⁊ ꝓpterea inter ipſas nõ attẽdit̃ vera ⁊ ꝑfecta ꝯrietas.

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendũ eſt ꝙ eſt duplex cauſa: quia vniuoca: ⁊ non vniuoca. Et in cauſa quidem vniuoca: oportet ꝙ inueniatur ſecundum eandem rationeꝫ ſpeciei id ꝙ eſt in effectu: ita ꝙ ſi effectus hꝫ oppoſitioneꝫ vere contrarietatis neceſſe eſt ⁊ cã ī eiꝰ vniuocã ad aliud hr̃e oppõnẽ ꝟe ꝯrietatis: vñ videmꝰ ꝙ ſicut calefieri ⁊ frigefieri ſunt cõtraria: ſic etiam calefacere ⁊ frigefacere ſunt contraria. Sed in cauſa proxima ⁊ non vniuoca non inuenitur ſecundũ eandem rationem id ꝙ eſt in effectu. Et forme quidem ſubſtantiales elementorum ſunt cauſe non vniuoce elemẽtaliũ qualitatum: vnde oppoſitio que inuenitur in qualitatibus: non oportet ꝙ inueniatur in illis formis ſecũdum eandem rationem: ſed ſecundum rationem ponẽteꝫ minoreꝫ ignobilitatem: ⁊ talis eſt oppoſitio imperfecte contrarietatis: que non tollit rationeꝫ ſubſtantie: ſicut facit vera ⁊ perfecta contrarietas.

¶ Textus.

¶ Secundũ ſubſtantiam autem non eſt motus ꝓpter nullũ entiũ ſubſtantie contrariũ eſſe ⁊c.

¶ Nõ ſecunda.

**Sed tunc** ſecũdo poſſet eſſe dubium vtrũ forma ſubſtãtialis quelibet ſit indiuiſibilis: videt̃.n. ꝙ nõ: qꝛ forma que habꝫ graduꝫ ⁊ gradũ non eſt indiuiſibilis: ſed forma ſubſtantialis habet gradus ⁊ gradus: qꝛ alias non eſſet veruꝫ ꝙ vna contineret quicquid continet alia: ⁊ adh̄ amplius igitur non quelibet ſubſtãtialis forma eſt idiuiſibilis.

**Ad iſtam qõnem** eſt dicendum ꝙ duplex diuiſibilitas in formis attendit̃: vna quidem per gradũ generaleꝫ ⁊ ſpecificũ: ⁊ alia per diuerſas ꝑfectiones maiores ⁊ minores vniꝰ ⁊ eiuſdẽ gradus ſpecifici. Et vtraqꝫ qdem harũ diuiſibilitatuꝫ attendit̃ in formis hñtibus cõtrarietatẽ: ſicut pꝫ de albedine ⁊ nigredine. Nã albedo cõtinet qcq̄d continet nigredo: ⁊ adh̄ amplius. Et hꝫ qḋẽ ꝙ ꝯtinet qcq̄d ꝯtinet nigredo ꝯuẽit cũ nigredine: vñ ⁊ hꝫ h̄ i albedine attẽdit̃ gradus qdaꝫ generalis. Scḋm vero ꝙ ꝯtinet ãpliꝰ ꝙ nigredo diſtinguit̃ a nigredine: ⁊ ſic in ea attẽdit̃ gradus eiꝰ ſpẽalis: vñ pꝫ ꝙ in albedine inuenit̃ diuiſibilitas per gradũ generalẽ ⁊ ſpecificũ. Ulterius et videmꝰ ꝙ ipſa ꝓpria ⁊ ſpẽalis ꝑfectio albedinis põt dari maioꝛ ⁊ minoꝛ ⁊ maioꝛ inuenit̃ in magis albo ⁊ minoꝛ in minꝰ albo: ⁊ ſic in albedine attẽditur diuiſibilitas que ſit per maioꝛem ⁊ minorem perfectionẽ vnius ⁊ eiuſdẽ gradus ſpecifici. Sꝫ in formis ſubſtantialibus inuenitur prima diuiſibilitas

que ſit per gradū generalem ⁊ ſpecificū:ſed non ſecun
da:qꝛ gradus ſpecificus cuiuſlibet ſubſtantialis forme
in indiuiſibili conſiſtit. Unde talis diuiſibilitas eſt in
formis ſbalibꝰ:q̄lis ē i nūero ⁊ nō eſt q̄lis ē in ↄtinuo:
videmꝰ.n.ꝙ in quaternario cōtinetur qcquid contine
tur in ternario:⁊ adħ amplius. Et inquantū in ipſo cō
tinetur id ꝙ clauditur in ternario attenditur in eo gra
dus generalis. Inquantū vero continet̄ in eo ampliꝰ
ponit̄ in ipſo gradus ſpecialis qui eſt ſimplex ⁊ indiui
ſibilis. vtpote:qꝛ ponit ſimplicē ⁊ indiuiſibilem vnita
tem. Eodem autem modo eſt de formis ſubſtantialibꝰ
ſicut dictū eſt. In formis aūt habentibus contrarieta
tem non ſolū attendit̄ diuiſibilitas:vt in numeris que
eſt diuiſibilitas per gradū generalē ⁊ ſpecificū:ſed etiā
attēdit̄ in ipſis diuiſibilitas;ſicut i cōtinuis: qꝛ gradꝰ
ſpecificus taliū formaꝝ habet continuam latitudinem
propter quā in iſtis formis poteſt eſſe motus continuus
vt ſupra dictū eſt. Et ſic pꝫ rñſio ad argumentū.

¶ Qō tertia

TErtio quia intellectus per pre
dicta non videtur
oīno quietari poſſet aliqs querere vtrum
ſubſtantia poſſit ſuſcipere magis ⁊ minꝰ
videt̄ enim ꝙ ſic:qꝛ vbi inuenit̄ īperfectū
⁊ perfectū ibi poteſt inueniri magis ⁊ mi
nus. Sed in ſubſtantia inuenit̄ imperfectū ⁊ perfectū
quia vna ſubſtantia eſt perfectior q̄ alia:igitur in ſub
ſtantia poteſt eſſe magis ⁊ minus.

Ad iſtam qōnem dōꝫ eſt:ſicut di
cit̄ i predictis
ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Ad cuius
intelligentiam conſiderandū eſt ꝙ maioritas ⁊ minori
tas ⁊ magis ⁊ minꝰ differūt: qꝛ maioritas ⁊ minoritas
dicunt reſpectus quoſdam in quantitate fundatos: qꝛ
maioritas dicit quātitatis exceſſum. Minoritas vero
dicit quantitatis defectum. Unde id cū maioritate di
citur ꝙ plus de quantitate habet. Cū minoritate id di
cit̄ ꝙ ab illa quantitate deficit. Eſt autē in rebus non
ſolū quantitas dimenſionis:ſed etiam quantitas perfe
ctionis. Et ſicut id cū maioritate dimenſionis dicit̄ ꝙ
plus de tali quantitate habet:ſic etiam id dici poteſt: ⁊
dicit̄ cū maioritate perfectionis ꝙ plus habet de perfe
ctione; vnde qꝛ vna ſpecies reruꝫ plus habet de quanti
tate perfectionis q̄ alia:poteſt optime vna dici maior
q̄ntitate ꝑfectionis: ⁊ alia minor. Secūdū ꝙ dicimꝰ al
bedinem eſſe maiorem in perfectione:⁊ nigredinem mi
norem ⁊ albedinem etiam magis albi dicimꝰ eſſe maio
rem q̄ ſit albedo minus albi; ⁊ hoc etiam in perfectiōe
dicitur eē maior ⁊ ecōuerſo. Si ergo maioritas ⁊ mino
ritas; qꝛ dicūt reſpectus quoſdam in quantitate funda
tos; poſſūt proprie in ſpeciebus reruꝫ inueniri: ⁊ etiam
in numeris. Dicit̄ enim ꝙ quinarius eſt maior terna
rio. Magis vero ⁊ minus in ſpeciebus rerum nō pro
prie inueniuntur. Et ratio eſt:qꝛ magis ⁊ minus ꝓprie
loquendo dicūt quoſdam reſpectus fundatos in parti
cipatione vnius ab alio:vnde magis album id dicit̄ ꝙ
plus participat de albedine:⁊ minus albū dicit̄ ꝙ mi
nus participat de ipſa:ita ꝙ ſecundū ħ non ſpecies di
cūtur cum magis ⁊ minus:ſed id ꝙ ſpeciem participat
manens in eſſentia diuerſum a ſpecie participata:quē
admodū:qꝛ ſuperficies eſſentialiter differt ab albedine
⁊ albedinē ꝑticipat dici poteſt ſuperficies magis ⁊ mi
nus alba. Magis quidem alba dicitur cuꝫ plus habet
de albedine a qua denominat̄ alba: ⁊ dicit̄ minꝰ alba
cū minus de ipſa habet. Sed albedo que eſt ſpecies nō
dicit̄ magis ⁊ minus:neqꝫ grāmatica:vt habet̄ in pre
dicamentis: ⁊ ſimiliter cū magis ⁊ minus non dicitur
ħ albedo:neqꝫ ħ grāmatica:propter id ꝙ ab eis eſſentia
liter non differūt. Patet igitur per iſta ꝙ ꝑticipās ſpe
cieꝫ a qua differt in eſſentia dicit̄ cum magis ⁊ minus
propter maioritatem ⁊ minoritatem exiſtentem in ſpe
cie participata:que tamen ſpecies non dicitur cum ma
gis ⁊ minus. Et licet quidem in accidentibus ſpecies
completa ſit tantū forma ⁊ non compoſituꝫ ex materia
⁊ forma: tamē in ſubſtantijs materialibus ſola forma
non eſt ſpecies completa:ſed ħ eſt ipſum compoſituꝫ ex
materia ⁊ forma:ſicut homo equs aſinus ⁊ ſimilia. Qꝛ
ergo ſpecies reꝝ non dicūtur cuꝫ magis ⁊ cū minus ex
quo hō vel equs eſt ꝑ ſe ſpecies; neceſſariū ē ꝙ hō equs
⁊ ſimilia cum magis ⁊ minus non dicantur: ⁊ per con
ſequens neqꝫ indiuidua ipſorum:ſicut ħ homo vel hic
equs dicit̄ cuꝫ magis ⁊ minus propter id ꝙ ab ipſis eſ
ſentialiter non differunt. Apparet igit̄ ꝙ ſpecies ſuba
rum:quia non participantur ab aliquo ꝙ ab eis dif
ferat eſſentialiter non faciūt:vt ſubē ſuſcipiant magis
⁊ minus. Ex ħ autē ſtatim concludi poteſt ꝙ forma ſub
ſtantialis non habeat latitudineꝫ:ſed ſit indiuiſibilis
qꝛ vt oſtenſum eſt ꝙ denominatur a forma habente la
titudinem dicit̄ cum magis ⁊ minus:igit̄ neceſſariuꝫ
eſt ꝙ forme ſubſtantiales a qbus tales ſpecies denomi
nantur ſint indiuiſibiles nō habentes latitudinem cō
tentiuam maioris ⁊ minoris perfectionis ad vnuꝫ ⁊ cū
dem ſpecificum gradum pertinentis; licet habeant la
titudinem contentiuā gradus generalis ⁊ ſpecifici.

Ad argumentuꝫ ergo in contra
riū dicenduꝫ eſt
ꝙ magis ⁊ minus cum importent comparationem nō
inueniūtur proprie loquendo niſi in his tantū que ſunt
cōparabilia. Non ſūt āt cōparabilia niſi que ſunt eiuſ
dem ſpeciei ſpecialiſſima:vt in. vij. habetur: ſed que in
predicamēto ſubſtantie ſunt eiuſdē ſpēi ſpēaliſſime:nō
ſunt magis ⁊ minus perfecta:ſꝫ eque perfecta ſunt om
nia in ſubſtantiali perfectione.

¶ Qō quarta.

QUarto propter dicta poſ
ſet dubi
tare aliquis vtrum propter ↄtinētiaꝫ gra
dus generalis ⁊ ſpecifici poſſit ſuſtineri ꝙ
forma ſubſtantialis non tota ſubito:ſꝫ ſuc
ceſſiue inducat̄:videtur enim ꝙ ſic; qꝛ licet gradus ſpe
cificus talis forme cū ſit indiuiſibilis accipiatur ſubito
qꝛ tamen tota forma eſt diuiſibilis per gradū generalē
⁊ ſpecificum:nihil videtur prohibere ꝙ primo poſſit in
duci gradus eius generalis ⁊ poſtea ſpecificus: vnde ⁊
in libro de animalibꝰ phyloſophus dicit ꝙ embrio pri
us viuit vita plante;poſtea viuit vita bruti: ⁊ vltimo vi
ta hominis.

Ad iſtam qōneꝫ dicendū eſt ꝙ pro
pter continentiaꝫ
gradus generalis ⁊ ſpecialis non poteſt contingere ꝙ
ſubſtantialis forma ſucceſſiue; ⁊ per motum inducat̄
huius autēꝫ ratio eſt:qꝛ motus ⁊ mutatio primo: ⁊ ſecū
dum ſe non poteſt eſſe in natura generali; ſed ſolum in
natura ſpeciali: ſicut apparet manifeſte inducendo in
ſingulis. Non eſt enim motus aut mutatio in colore:
niſi qꝛ mutatio eſt aut in albedine aut in nigredine aut
in aliquo medio colore. Similiter etiam non eſt muta
tio in ſapore:niſi qꝛ eſt mutatio:aut in dulcedine: aut
amaritudine:aut in aliquo ſapore medio. Et ſic per cū
cta diſcurrendo apparet euidenter ꝙ nunq̄ eſt muta
tio in natura generali:niſi qꝛ mutatio eſt in natura ſpe
ciali. Hoc autem totum:ideo neceſſario contingit:quia
cum

cum omnis mutatio aut tendat ab actu in eſſe aut ab eſſe in actū: in eo igiꝉ pōt tantū ſecunduʒ ſe eſſe mutatio cui ſecundū ſe debetur eſſe actu vel in eſſe actu: ħ autem ſecundū ſe debetur nature ſpeciali ⁊ nō nature generali: quia natura generalis in tm̄ eſt in quantū eſt aliqua natura ſpecialis i qua natura generalis reſeruaꝉ: quēadmodū color non eſt actu: niſi qꝛ actu eſt albedo vel nigredo vel aliquis medius color in quo reſeruatur ratio coloris. In natura ergo generali non eſt mutatio: niſi qāis mutatio eſt in natura ſpeciali in qua reſeruaꝉ ipſa natura generalis. Natura autem generalis graduʒ generalem ponit: ⁊ natura ſpecialis ponit graduʒ ſpecialem. Sequitur ergo neceſſario ꝙ generalis gradus forme non accipiatur per mutationeʒ: niſi quia accipiꝉ aliqua forma ſpecialis in qua inſimul cū gradu ſpeciali gradus generalis reſeruatur. Simul ergo ſecūduʒ ħ per mutationem accipiꝉ gradus generalis cū ſpeciali ⁊ non prius vnꝰ ⁊ poſtea reliquꝰ. Et qꝛ propter ea que neceſſario inſimul inducūtur non poteſt ſuſtineri ꝙ aliquid producatur ſucceſſiue ⁊ nō ſubito: apparet euidēter ꝙ nullo modo: propter ſolam continentiam pluriuʒ graduū: vnius quidē generalis ⁊ alterius ſpecialis: poteſt ſuſtineri ꝙ forma ſubſtātialis ſucceſſiue inducatur quin potius ad ħ ſaluandū exigitur de neceſſitate ꝙ etiam in ſuo gradu ſpeciali diuiſibilitatē habeat. Et qꝛ ħ falſum eſt: vt ex ſupradictis patet: neceſſariū eſt cōcedere ꝙ forma ſubſtantialis non ſucceſſiue: ſed ſubito ⁊ in inſtanti inducatur. Et per ħ patet rn̄ſio ad argumētū.

**Ad auctoritatem** Autem phyloſophi quidam dicunt ꝙ in embrione prius apparēt opera anime vegetatiue poſtea opera ſenſitiue ⁊ vltimo rōnalis. Et pro tanto ſecūdū eos diciꝉ ꝙ embrio prius viuit vita plāte: ⁊ poſtea viuit vita aīalis ⁊ vltimo viuit vita hominis ⁊ non ideo: quia prius accipiat ſubaʒ anime vegetatiue: poſtea ſubaʒ aīe bruti ⁊ vltimo ſubaʒ itellectiue: qn potius ſecūdū eos ſtatiʒ a principio accipit ſubaʒ aīe rōnalis: lʒ nō a pricipio opera huiꝰ aīe appareāt i ipo

**Sed iſta poſitio** Non ſolū eſt contra Tho. ſed etiā eſt veritati cōtraria: quā vbiꝗ in doctrina tanti doctoris eſſe credo: quomodo aūt ſit repugnans veritati alibi debet declarari. Ad preſens aūt ſecūdū doctrinaʒ Tho. eſt dicēdū ꝙ in generatione hominis prius inducitur: non vegetatiuū generaliter ſumptū: ſed aliqua anima vegetatiua ſpecialis: in qua reſeruatur ratio vegetatiui generalis: poſtea aūt inſimul iſta corrūpiꝉ ⁊ īduciꝉ anima aliqua ſenſitiua ſpecialis: non ſucceſſiue: ſed ſubito in q̄ reſeruatur ratio tam vegetatiui ꝙ ſenſitiui generalis: vltimo aūt ħ inſimul corrūpiꝉ ⁊ inducitur nō ſucceſſiue ſed ſubito anima intellectiua ſpecialis: in qua reſeruatur generalis ratio vegetatiui ſenſitiui ⁊ itellectiui: et ſic verba phyloſophi intelligenda ſunt: ⁊ tunc nihil facient contra intentionem noſtram: ſicut de facili apparet intuentibus.

¶ Textus.

¶ Neque eſt in ad aliquid: contingit altero mutante verum eſſe ⁊c.

¶ Qō quinta.

**QVinto poſſet** Eſſe dubiuʒ vtrum ſit veruʒ ꝙ aliquid poteſt fieri de non relato relatū nō facta mutatione in ipſo: ſed in altero: ſicut phyloſophus ħ ait: videtur eniʒ ꝙ non: qꝛ nihil fit nouiter relatum niſi accipiat relationē. Relatio aūt accipi non poteſt niſi accipiatur ipſum relationis fundamētum. Quia igiꝉ ħ ſine mutatione nō accipitur: videtur neceſſario conſequi ꝙ nihil de nō relato poſſit fieri relatū niſi fiat in ipſo aliqua mutatio.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicēdū ꝙ duplicia ſunt relata. Sunt enim quedaʒ relā que in vtroꝗ extremo ponunt realeʒ dependētiaʒ: ⁊ quedaʒ que ipſaʒ nō ponūt in vtroꝗ: ſed tātū in altero. Et ſi loquamur de iſtis ſecūdis relatiuis: tūc ſatis notū eſt ꝙ alterū extremū: vtpote illud ꝙ non habet realem dependentiā ad alterū fieri poteſt de non relato relatū abſꝗ eo ꝙ fiat aliqua mutatio in ipſo. Non enim ħ dicitur eſſe relm̄: qꝛ realiter ipſum referaꝉ: ſed qꝛ ſic refertur alteruʒ ad ipſum: ⁊ ideo ſufficit ꝙ fiat mutatio ī altero ad ħ ꝙ ipſuʒ ēt ſit nouiter relatum: quemadmodum aliquid fit de non ſcito actu ſcitū: non facta mutatione in ipſo ſcibili: ſed hac facta ſolū in ſcientia. Nam ⁊ mutatio non terminatur ad aliquid rationis: ſed aliquid reale: vnde in illo extremo in quo eſt relatio ſecūdū rationeʒ tantū: non poteſt gratia huius relationis ſolius mutatio attendi. Si autem loquamur de primis relatiuis: tunc conſideranduʒ eſt ꝙ eis contingit aſſignare duplex fundamētū: vnū quidē proximū ⁊ aliud remotū. Nam ſimilitudinis proximū fundamentū eſt vnitas in qualitate duoruʒ qualium: fundamentum aūt remotū eſt qualitas. Hoc igitur preſuppoſito attendendum eſt ꝙ extrema talium relōnum tripliciter poſſunt ſe habere: vno quidem modo ita ꝙ vtrūꝗ habeat fundamentū tam remotū ꝙ proximum ⁊ tūc ſunt actu a ſe inuicem relata: quemadmodū ſe habent duo equalia in albedine quorum vtrumꝗ eſt ſimile alteri. Nec in ipſis eſt fundamentū ſimilitudinis remotum: qꝛ albedo ⁊ fundamentū eius proximū: qꝛ vnitas in albedine. Accipitur aūt ad preſens fundamentū remotū non pro fundamento remotiſſimo: ſed pro eo ꝙ accipitur immediate poſt proximum. Alio autem modo illa extrema poſſunt ita ſe habere ꝙ careant quideʒ fundamento proximo: ſed tamen hēat alterum ipſoruʒ id ꝙ eſt remotum fundamentum: quemadmodū ſi duo aliqua ſint: vnum quideʒ album ⁊ aliud nigrum: carebunt ambo fundamento proximo ſimilitudinis alborum: alterum tamen album habebit fundamentum dicte ſimilitudinis remotum: vnde iſta non erunt actu relata relatione ſimilitudinis alborum: ſed fient ſic relata actu ꝙ alterum tantum mutabitur. Si enim ſolum nigrum mutetur de nigro in album fient illa actu relata predicto modo. Alterum autem ꝙ eſt album non mutabitur: quia ipſum iam in ſe habet ſimilitudinis huiꝰ remotū fundamētū: ꝙ vero eiꝰ fundamētū ꝓximū nō habet non prouenit ex defectu ipſius: ſed ex defectu alterius ꝙ eſt nigrum: ⁊ idcirco ſolum ħ mutatum facit: vt ipſa fiāt modo predicto actualiter adinuicē relata. Tertio autem modo illa extrema ſic poſſūt ſe habere: vt ambo careant relationis fundamento: tam proximo ꝙ remoto: ſicut duo corpora nigra carent fundamento remoto ⁊ proximo ſimilitudinis alborū. Et talia non poſſunt fieri illa ſimilitudine relata: niſi ambo mutētur de nigredine in albedinem: vnde patet quomodo ſit ſoluēdum argumentum.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem neque ſubſtantie: neque ad aliquid: neque ipſius facere aut pati ⁊c.

¶ Lectio quarta. ¶ Q. ō pma.

**HIc poſſet** Eſſe dubium: vtrum ſit contrarietas in quātitate: videꝉ. n. ꝙ nō. qꝛ i ꝑdicamētis dr̄ ꝙ ſubē ⁊ quantitati nihil eſt contrarium.

**Ad iſtam q̄ōnem** dicendum eſt: ſicut diximus in logyca ꝙ de quātitate loqui poſſumus dupliciter; vno quidem modo ipſam accipiendo ſimpliciter ſecunduz ſe: ⁊ alio modo ipſam ſumendo ſecundū ꝙ eſt nata conſequi certam formam naturalem. Et primo quidem modo in ipſa quantitate non eſt motus neqꝫ contrarietas cuius ratio eſt: quia motus non eſt niſi in concernentez ſenſibilem materiam ſeu naturalez: q2 motus eſt actus entis mobilis ꝙ aliquid naturale eſt: cum ſit ſubiectuz phyloſophie naturalis. Quantitas autem ſecunduz ſe conſiderata non concernit ſenſibilem materiam: eſt enī h̄ modo quid mathematicum. Mathematica autem ſunt abſtracta ſecundum rationem a ſenſibili materia ⁊ ſi non abſtracta ſint ſecundum eſſe ꝙ habent ex conſecutione ad formaz aliquam naturalem eſt ratio ⁊ p̄ncipium eſſendi: vnde manifeſtū eſt ꝙ quantitas ſic ſumpta abſtrahit a motu: ⁊ per conſequens a contrarietate: quia in omni contrarietate proprie dicta poteſt eſſe motus. Et quia in logyca agitur ſimpliciter de quantitate prout in ipſa attenditur predicamentalis ordo: idcirco dicit logycus ꝙ q̄titati nihil eſt cōtrariū. ¶ Si autem quantitas ſumatur ſecundo modo; ſecūdū ſcꝫ ꝙ nata eſt cōſequi naturalem formaz: vtrūqꝫ in ipſa attendetur: vꝫ contrarietas ⁊ motus: h̄ enim modo eſt aliquid naturale motuz auferri ⁊ abiici per motuz: ꝙ non conuenit niſi habentibus contrarietatem: vnde ſm̄ h̄ in ipſam dare duos terminos maxime diſtantes: quorum vno ad alterum bene poteſt eſſe motus: omnium enim natura conſtantiuz eſt certa ratio magnitudinis ⁊ augmenti: vt dicit in ſecundo de anima: vnde in carne eſt dare per diminutionem aliquam partem carnis ita paruam ꝙ non poterit dari minor: ⁊ aliquā ita magnam ꝙ non poteſt dari maior: ⁊ a parua quidem ad magnam proceditur per motum augmenti. Sed a magna itur ad paruam per motum decrementi. Secundū h̄ igitur in quantitate ſic ſumpta motus eſt ⁊ contrarietas: ⁊ idcirco phyloſophus in hac ſcientia que conſiderat quantitatem: prout conſequitur naturalem formaz: dicit ꝙ contrarietas eſt in quantitate.

¶ Q̄ō ſecunda.

**SEcundo poſſet** eſſe dubiū vtrꝫ ſit contrarietas in vbi: videt̄ enim ꝙ non: quia dicitur in ſex principijs ꝙ vbi nihil eſt contrarium.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicenduz eſt ꝙ de ipſo vbi loqui poſſumus dupliciter: vno quidem modo ſecūdū conſiderationez naturalez: ⁊ alio ſecūdū conſiderationez mathematicaz: primo autem modo neceſſariuz eſt ꝙ ipſum vbi diſtinguatur ſecunduz diſtinctionez illorum corporuz locatoꝝ: quibus primo debetur in vniuerſo locus: cuiuſmodi ſunt ipſa elementa. Naz vbi ꝙ naturaliter debet̄ vni elemēto: nullo modo naturaliter debetur alteri: ꝙ nullo modo eſſe poſſet niſi ipſa vbi naturaliter differrent. Et h̄ modo in ipſo vbi bene inuenitur contrarietas ⁊ motus: quia contingit aliquid moueri a ſurſum ⁊ deorſum ⁊ econuerſo. Et vbi ad ꝙ mouentur leuia ſimpliciter: ⁊ vbi ad ꝙ tendunt ſimpliciter grauia ſunt contraria. Sunt enim in eodem genere. Maxime etiam a ſe diſtant: ſicut ſupremum ⁊ infimuz. Vbi enim ſupremuz eſt in vniuerſo ꝙ eſt ſimpliciter ſurſum: ⁊ vbi infimū eſt ꝙ eſt ſimpliciter deorſuz. Non poſſunt etiam ſimul eſſe in eodez: q2 idem corpus non poteſt ſimul eſſe in loco ignis ⁊ in loco terre. Viciſſim āt inſunt eidez ſuſceptibili. Nam vbi eſt in corpore locato ſicut in ſubiecto. Inuenitur autem idem locatū de loco deorſum ad locum ſurſum tranſmutari. Manifeſtuz eſt igitur ꝙ talia vbi vere ſunt contraria: cuz eis omnes contrariorum cōmunicant proprietates. ¶ Si autem accipiamus vbi ſecundū aliam conſiderationē oportet ꝙ alio modo diſtinguatur. Corpora enim mathematica diſtinguntur ſecundū diuerſam figurationē: ⁊ ſimiliter etiaz diſtinguitur circunſcriptio: que eſt vbi ꝙ debetur talibus corporibus: vnde quēadmoduz ipſis figuris nihil eſt contrariū: ſic etiam ⁊ vbi ſic ſumptum nullaz habet cōtrarietatez: nec accipitur per motum: quia in mathematicis non eſt motus: h̄ etiam modo aliquod vbi ſimpliciter deorſum aut ſimpliciter ſurſum inter que duo dicatur eſſe maxima diſtantia dare non contingit. Non eniz imaginari quis poteſt aliqd̄ vbi ita ſurſum ꝙ nō ſemper poſſit imaginari aliud ſuperius. Et ſecundum h̄ dicitur in ſex principijs ꝙ vbi nihil eſt contrarium.

¶ Q̄ō tertia.

**TErtio poſſet** eſſe dubium vtruz in qualitate ſit contrarietas: ſecundum propriā rationez ſpecierū ei⁹: videtur enim ꝙ non quia talis ratio dicit eſſentiaz forme: que videtur eſſe indiuiſibilis: ſecundū autem id ꝙ indiuiſibile eſt: nulla poteſt attendi contrarietas igitur in qualitate ſecundū propriam rationem ſpecierū eius non poteſt contrarietas attendi.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicunt aliqui ꝙ in qualitate non attenditur contrarietas ſecundū propriaz rationē ſpecieruz eius: ſed ſolū ſecundū eſſe ꝙ habet in ſubiecto huius autez ratio eſt triplex ſecūdū eos: vna quidez: ꝙ contraria debent habere latitudinem ⁊ non conſiſtere in termino punctali. Sed ratio propria ſpecieruz qualitatis in punctali termino cōſiſtit: propter id ꝙ eē forme quā talis ratio ſignificat eſt ſimplex ⁊ indiuiſibilis: vn̄ nō poteſt ſecundū talem rationez attendi contrarietas: ſicut nec ſecundū eſſentiaz attendit̄ contrariato aut magis ⁊ minus: ſed ſecūdū eſſe ꝙ pro tanto habet latitudinez ⁊ magis ⁊ minus: quia forma cuz non det eſſe niſi ſubiecto diſpoſito: ſubiecto magis diſpoſito dat perfectius eſſe q̄ ſubiecto quod minus eſt diſpoſitum.

**Secunda ratio** Eiuſdē eſt: quia albū in ligno non contrariatur nigro in pariete: ſed nigro ꝙ eſt aptū natū eſſe in ligno: propter id ꝙ contrarietas eſt accipiēda reſpectu eiuſdem ſubiecti: ꝙ non eſſet ſi contrarietas in formis accipienda eſſet ſecundū eſſentiaz: aut ſecundū rationē quidditatis: cū diuerſitas ſubiecti diuerſificet non rationē quidditatis: ſed per ſe faciat ad diuerſificādū eē.

**Tertia autem** Ratio eoruēdez eſt: quia ſi tales forme accipiant̄ ſecundū eſſe non materiale: nō intelliguntur habere vlterius contrarietatem: vnde in intellectu non habent contrarietatez ſpecies albi ⁊ ſpecies nigri: ⁊ in aere ſpecies diuerſorum colorum non contrariantur ſibi inuicem. Ex hoc autem videtur concludi ſatis euidenter ꝙ qualitas non contrariatur ſibi mutuo: niſi ſecunduz eſſe ꝙ habeat in materia.

**Sed quod iſta poſitio** Nullo mō ſtare poſſit non eſt difficile oſtendere. Nam ſi oſtendatur ꝙ nihil ſit dicere tales formas indiuiſibiles eſſe in eēntia: ⁊ habere latitudinez in eſſe: ſtatim clarū erit ꝙ nulla eſt

la eſt etiaz ⁊ poſitio que ſuper ħ principalit̄ fundatur. Quod autem illud nihil ſit dictu pōt mltipl̄r oſtendi. Primo quidez: quia quando aliqua duo non differūt realiter: neceſſarium eſt ſi realitas vnius habet latitudinem: ꝙ habeat latitudinem etiam realitas alterius. Non eſt enim intelligibile ꝙ realitas rei indiuiſibilis ſit ipſa realitas rei habentis latitudinē: vtpote quia realitas puncti ſit realitas linee. Nunc autem ita eſt etiam ſecundum ꝙ iſti dicunt in queſtionibus ſuis de eſſe ⁊ eēntia: ꝙ forma accidentalis non dat eſſe ſubiecto ꝙ differat realiter ab ipſa ſua eſſentia. Eſt enim ſecundum eos idem realiter eſſe ꝙ albedo dat ſubiecto ſuo: ⁊ ipſa eſſentia albedinis. Neceſſario itaq̄ oportet ponere ꝙ tales forme habeāt latitudinem in eſſentia: ſi habent latitudinem in eſſe: vnde eo ipſo: quo iſti ponunt tale eſſe latitudinem habere: ⁊ cum ħ ponere debent ꝙ tale eſſe cum eſſentia forme idem eſt realiter. Coguntur de neceſſitate confiteri ipſam etiam eſſentiam habere latitudinem.

**Secundo hoc idem** Ex eo apparet ꝙ albedo: ⁊ quelibet talis forma: non aliter dat eē ſuo ſuſceptiuo ꝗ̄ dando ſibi ſeipſam. Actum enim ſuſtinendi ei nō dat cum hunc in ipſo preſupponat. Dat autem ei eſſe album ꝙ non eſt aliud ꝗ̄ albedinem dare ſeipſam formaliter ſuo ſubiecto. Nam eſſe albuz non eſt aliud ꝗ̄ habere albedinem. Si ergo dat ſubiectum eſſe plus ⁊ minꝰ neceſſarium eſt ꝙ neceſſaria eſſentia etiam ipſius detur ſubiecto plus ⁊ minus: ꝙ intelligi nō poteſt niſi ponatur ꝙ talis forma habeat latitudinem etiam in ſua natura vel eſſentia.

**Tertio autem** Idem apparet ex ipſa etiam ratione talis forme. Quecūq̄ enim ratio detur de albedine ipſa perfectior inuenietur in magis albo ꝗ̄ in minus albo. Si enim dicatur ꝙ albedo eſt extremitas corporis perſpicui terminati vehementi lucido: patet ꝙ talis ratio in minus albo non eſt ſic perfecta: ſicut in magis albo. Si etiam dicatur ꝙ albedo eſt color diſgregatiuus viſus idem dicere oportet: quia albedo que eſt in magis albo magis diſgregat ꝗ̄ que eſt in minus albo: vnde patet ꝙ inconueniens eſt dicere ꝙ ratio quidditatis talium formarum conſiſtit in gradu punctali vel indiuiſibili ⁊ ꝙ eſſentia ſit indiuiſibilis: quia rō eſſentialis non pōt poni perfectior in vno ꝗ̄ in alio: niſi eſſentia que exprimitur per ipſam habeat latitudinem. Quod autem dicitur forma dare magis ⁊ minus eſſe ſubiecto: quia ipſum inuenit magis aut minus diſpoſitum: patet ꝙ nihil valet ad propoſitum. Cum enim talis diſpoſitio ſit accidentalis forma: de ipſa iterum queremus: propter quid cū magis ⁊ minus dici poteſt. Si enim ħ contingit propter eſſe eius ꝙ eſt magis ⁊ minus perfectum: ⁊ ħ ratione alterius diſpoſitionis: iterum de illa diſpoſitione alia queremus: ⁊ ſic aut in infinitum procedetur ꝙ eſt impoſſibile: aut prima diſpoſitio dici non poterit magis ⁊ minus perfecte eſſe in ſubiecto: nec per conſequens accidentia ſequentia cum magis ⁊ minus dici poterunt: ꝙ eſt euidenter falſum: aut oportet concedere ꝙ talis forma habeat in eſſentia ⁊ nā ſua latitudinez.

**Et preterea** Secundum viam iſtam dicere poterimus ꝙ etiam forma ſubſtantialis habeat in ſuo eſſe latitudinem: eſt.n. vniuerſaliter verum ꝙ actus actiuorum ſunt in patiēte ⁊ diſpoſito: vnde ⁊ ſubſtantialis forma dat eſſe materie diſpoſite: ꝗ̄ quandoq̄ inuenit magis diſpoſitā: quādoq̄ minus. Si ergo ſol. propter maiorem ⁊ minorem ſuſceptiui diſpoſitionem eſſe habet latitudinem: cū in ſuſceptiuo ſubſtantialis forme ſit diſpoſitio: quandoq̄ maior quandoq̄ minor: habebit neceſſario ⁊ eſſe talis forme latitudinem. Cum igitur ħ ſit impoſſibile: oportet de neceſſitate dicere ꝙ eſſe non habet latitudinem propter diſpoſitionem ſuſceptiui: ſed quia conſequitur formam in eſſentia latitudinem habentez: ꝙ non eſt verum de eſſe forme ſubalis: ſicut pꝫ ex ſupra declaratis.

**Si autem dicatur** ꝙ forma ſubſtātialis recipitur in materia prima ante diſpoſitionem: patet ꝙ per ħ nō tollitur ratio noſtra: quia etiam prima diſpoſitio materie nullam ante ſe diſpoſitionem preſupponit: quia alias non eſſet prima: ⁊ tamen ſecunduz ipſam magis attenditur ⁊ minus. Patet igitur ꝙ qualitates ſecundum quas dicuntur aliqua cum magis ⁊ minus: habent in eſſentia ſua latitudinem contentiuam graduū diuerſorum ad ſpeciem eandem pertinentium: ⁊ per cōſequens in qualitate attendi poteſt contrarietas ſecundum rationem propriam quidditatis ſuarum ſpecierum. Et propterea Tho. noſter dicit ħ ꝙ in qualitate eſt contrarietas ſecundum rationez propriam ſpecierū eius. ¶ Id autem ꝙ ipſi dicunt in ſecunda ratione ſua omnino nihil valet eis. Nam qualitates ſecunduz propriam rationem ſue ſpeciei reſpiciunt ſubiectum: cum nec in abſtracto nec in concreto ſine ſubiecto completā habeant diffinitionem: verum eſt autem ꝙ ſicut ratio communiter ſumpta ⁊ non contracta reſpicit ſubiectū communiter ſumptum ⁊ non contractum: ſic etiam ratio ſpecialis ⁊ contracta reſpicit ſubiectum ſpeciale vel contractum. Sicut enī ratio albedinis ſimpl̄r accipit ſuperficiem ſimpliciter: ſic etiaz ratio huius albedinis hanc vel iſtam ſuperficiem.

**Dicendum eſt igitur** Ad argumentum ꝙ albedo ſecundum rationem ſue ſpeciei ſimpliciter: que accipit ſuperficiem ſimpliciter contrariatur nigredini ſecundum rationem ſue ſpeciei ſimpliciter: in qua accipitur etiaz ſuperficies ſimpliciter. Sed ħ albedo in ſua ratione accipit hanc ſuperficiē: vt puta ligni vel alicuius talium: ⁊ contrariatur non nigredini ſimpliciter: ſed huic nigredini accipiēti ſimiliter in ſua ratione hanc eandem ligni ſuperficiem.

**Ad aliud dicendum eſt** ꝙ qualitates ſecundum ſuam realem quidditatem contrarietatem hn̄t: ⁊ non ſcđm intentionem ſue quidditatis. Realem autem quidditatem coloris non habent in itellectu: nec in ſenſu: nec in aere: ſed in ſuperficie corporis terminati: ⁊ iō ibi ſolum contrarietatem habent vnde patet euidenter ꝙ iſta ratio non concludit qualitates ſibi inuicem ſecundum ſuas reales quidditates non contrariari: ſed concludit ſolū ꝙ ſibi mutuo nō cōtrariantur ſecundum intentiones ſuarum quidditatum. Quid autem ad alia argumenta ſit dicendum: ſatis patet ex ſupradictis.

¶ Textus.

¶ Motus quidem igitur ſecunduz quale alteratio ſit huic enim alludit commune nomen ⁊c.

¶ Q̄ō quarta.

**Quarto poſſet** Aliquis dubitare: propter ꝗ̄ cauſam mutationes que ſunt in q̄litate hn̄t vltra nōia ſpecialia nōm etiā cōe. Mutationes vero que ſunt in q̄titate: ⁊ que ſunt in vbi vltra nōia ſpecialia nō hn̄t cōe nomē.

**Ad iſtam qõnem** Dicũt aliqui ꝙ
ratio hui⁹ eſt:q2
in qualitate attenditur contrarietas:ſecundum eſſe:ꝙ
haber in ſubiecto. Et quia eſt vnum cõe ſubiectum:cõ
trariarum qualitatuꝫ:idcirco mutationes:que ſunt in
qualitatibus contrarijs:poſſunt habere vnum cõe no
men. In alijs autem attenditur contrarietas:per ordi
nẽ ad motum:⁊ quia motus ad contraria diuerſi ſunt
idcirco motus qui in eis fiunt habent nomina diuer/
ſa ⁊ non vnum. ¶ Sed iſta omnino nihil valent:pri/
mo quidem quia etiam quantitatis ⁊ vbi:ſecundũ eſſe
naturale ꝙ habent in ſubiecto naturali:contrarietatẽ
habent:vnde ſi propter vnitatẽ ſubiecti cõmunis mu/
tationes in qualitate vnuꝫ cõmune nomen ſortiuntur
cum etiam contrarie quantitates reſpiciant vnum cõ/
mune ſubiectum naturale: ⁊ ſic cõtraria vbi: pari ra
tione debent habere vnum cõmune nomẽ mutationes
que fiunt in quantitate: ⁊ mutatio que fit in vbi.

**Secundo autem** Apparet dicta re
ſponſio eſſe inſuf/
ficiens:quia cum motus in contraria ſint diuerſi ſpe/
cie:⁊ conueniant in genere:quereret rationabiliter aliqs
ab iſtis:propter quã cauſaꝫ tales motus ex eo ꝙ conue/
niunt in genere non habent vnum generale ⁊ commu
ne nomen:ſicutetiam ex eo ꝙ differunt in ſpecie habẽt
nomina diuerſa. Manifeſtum eſt enim ꝙ ipſi huius
rationem non aſſignant.

**Dicendum eſt igitur** Et me/
lius:ſe
cundum ꝙ dicit Tho. noſter ꝙ qualitates habent con/
trarietatem ſecundum propriam rationem ſpecierum
qualitatis. Iſte autem ſpecies:⁊ nominantur nomini
bus proprijs:⁊ nominantur noĩe cõi ipſius qualitatis
ſicut albedo ⁊ dicitur albedo ⁊ dicitur qualitas: ⁊ ni/
gredo nominatur nigredo ⁊ nominatur qualitas. Et
quia mutatio denominatur a termino ad quem:ex quo
omnes termini ad quos terminantur mutationes:que
ſunt in qualitate:rationabile eſt ꝙ omnes etiam muta/
tiones in qualitate facte:nomine communi qualitatis
quo nominantur ea: ſecundum que eſt contrarietas
in qualitate: ita habent vnum commune nomen:quod
eſt nomen alterationis. In quantitate autem ⁊ in vbi
non attenditur contrarietas ſecundum rationem pro/
priam ſuarum ſpecierum. Sed attenditur contrarietas
in quantitate ſecundum ꝙ ſubinduit exceſſum ⁊ defe
ctum naturalem:quia maximum ⁊ minimum ibi ſunt
contraria. Sed exceſſus ⁊ defectus qñtitatis natura/
lis non nominant̃ nomine quantitatis: ⁊ idcirco nec
mutationes tendentes ad ipſum defectuꝫ ⁊ exceſſuꝫ no
minantur nomine ſumpto cõmuniter a quantitate:q2
motus denominatur nomine termini ad quem. Quia
vero dicere poſſum⁹ ꝙ ille exceſſus ⁊ defectus eſt in quã
titate:lꝫ non ſit quantitas:dicimus etiam ꝙ motus ad
exceſſum:⁊ defectum:eſt motus in quantitate:licet ali/
ter non nominemus ipſum vno nomine communi cõ
muniter a quantitate ſumpto. In vbi etiam non eſt cõ
trarietas ſecundum rationem ſpecierum eius: ſed ſolũ
per ordinem ad motum. Motus autem ad contraria
vbi non ſunt vnus ſed multi:⁊ idcirco habẽt multa no
mina:licet aũt ſint tales motus vnũ quideꝫ in genere
q2 tñ nõ eſt verũ dicere ꝙ ſint vbi:ſed ſũt in vbi pp ipõ
rum conuenientiã in genere:non nominantur vno no
mine ſimplici ⁊ communi ſumpto communiter ab ipſo
vbi:ſed bene dicimus ꝙ omnes ſunt motus in vbi vel
in loco. ¶ Poſſumus autem ⁊ aliter dicere: vt videli
cet dicamus ꝙ ⁊ ipſa vbi contrariantur: propter con/
trarietatem habitudinum:que ſunt in eis. Et ab habi
tudine que eſt in vbi ſurſuꝫ motus denominatur aſcen
ſio. Ab habitudine vero que eſt in loco deorſum motus
denominatur deſcẽſio. Quia vero ille habitudines nõ
nominantur nomine ipſius:vbi licet dicant̃ eſſe in vbi
idcirco nec mutationes: que ad ipſas ſunt: nominãtur
vno cõmuni nomine ſumpto cõmuniter ab ipſo vbi:be
ne tamen dicuntur omnes eſſe motus.

¶ Textus.

¶ Poſt hec aũt dicam⁹ qd ẽ ſimul. ⁊ extractũ qd ẽ ⁊c.

¶ Lectio quinta ¶ Qõ prima.

**HIc poſſet** Eſſe dubium vtrum
poſint aliqua eẽ ſimul
videtur enim ꝙ nõ:quia h dicitur ꝙ ſimul
ſunt que ſunt in eodem loco primo. Nõ poſ
ſunt auteꝫ duo locata ſimul tempore eſſe in
eodem loco primo:ſimiliter non poſſunt aliqua duo eſ/
ſe ſimul ſecundum locum.

**Ad iſtam qõnem** Eſt dicenduꝫ ꝙ
corpora locata
poſſunt accipi dupliciter:vno quidem modo ſecunduꝫ
ſuas profunditates totas:⁊ ſic non poſſunt ſimul eſſe ſe
cundũ locuꝫ:quia non cõpatitur vna tota profunditas
corporis: vnã aliaꝫ totaꝫ profunditateꝫ corporis ſecuꝫ
in eodem ſitu:propter id ꝙ non poſſunt ſimul eſſe duo
corpora in eodem loco. Alio auteꝫ modo poſſumus loca
ta corpora accipere ſecundum ſua vltima que ſunt ipſe
ſuperficies:⁊ tunc neceſſariuꝫ eſt ponere ꝙ aliqua ſint
ſimul:quia dicta vltima neceſſario ſunt in eodem ſitu:
quando corpora in vltimis illis ſe mutuo contingunt.
¶ Huius autem ratio duplex cõſueuit aſſignari: vna
quidem ſumpta ex vniuerſi plenitudine. Cum eniꝫ aer
⁊ aqua ſe contingunt nulluꝫ corpus mediũ cadit inter
ipſa:ſuperficies ergo vltima aque ⁊ ſuperficies vltima
aeris:aut ⁊ ſic ſunt in vna ⁊ eadem ſuperficie ipſius ſpa/
tij:aut in alia ⁊ alia:ſi in vna:erunt ergo in ſimul ſecun
dũ ſitũ:ſi vero ſunt in alia:⁊ alia: cũ inter duas ſuperfi
cies ſpatij cadat ſpatium medium:ſicut inter duo pun/
cta ſemper linea eſt media:erit neceſſario aliquod ſpati
um mediuꝫ vacuum inter aerem ⁊ aquam:ꝙ eſt impoſ
ſibile:vt ſupra declaratũ fuit:igitur neceſſariuꝫ eſt illa
duo vltima eſſe in vno ⁊ eodem ſitu. ¶ Secunda auteꝫ
ratio ad idem conſueuit aſſignari ex indiuiſibilitate ip
ſoruꝫ vltimorum. Sunt enim ſuperficies indiuiſibiles
ſecundum profunditateꝫ: indiuiſibile autem a quocũ/
ꝙ attingitur totum attingitur:igitur cum ſuperficies
vnius corporis attingat ſuperficiẽ alterius: neceſſari/
um eſt ꝙ tota attingat totaꝫ. Quandocũꝙ autem ali/
qua ſic ſe habent:ꝙ totum vnũ attingit totum aliud:ip
ſa ſunt in eodem loco ſimul:ſicut in eodem loco in quo
corpus eſt in ſimul etiam: ⁊ anima eſt que attingit totũ
corpus:neceſſariuꝫ eſt vtiꝙ ꝙ ſuperficies duorum cor/
porum ſe ꝯtingentiũ ſunt tũc i ſimul in vno ⁊ eodẽ ſitu.

**Ad argumentum** Ergo in cõtra
rium dicendũ
eſt ꝙ illud verbuꝫ duo locata non poſſunt ſimul eſſe in
eodem loco: intelligit̃ de illis que ſunt proprie: ⁊ per
ſe locata:ſicut ſunt corpora:vltima vero corporuꝫ non
ſunt proprie:⁊ per ſe:in loco:ſed large ⁊ per aliud.

¶ Textus.

¶ Continuum autem eſt quod quidẽ habitũ aliqd ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.

**SEd tunc ſecundo**
poſſet aliquis dubitare vtrum ex h ſequa
tur ꝙ illa duo corpora:ſicut ſũt aqua ⁊ aer
continuentur

continuentur ſibi inuicem: videtur enim ꝙ ſic: qꝛ conti
nua ſunt: quorum vltima ſunt vnum: ſed ſecundū pre
dicta vr̄ vltima aeris ⁊ aque vnū fieri: qꝛ ſuperficies
poſita ſupra ſuperficiem facit vnā ſuperficiem: ſicut .n.
punctū ſupra punctū poſitū reddit vnū punctū: videt̄
ergo ꝙ illa duo corpora ſint ſibi inuiceꝫ continua.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicendum
ꝙ dupliciter ſu
perficies diſtinguntur: qꝛ propter diſtinctioneꝫ ſituū ⁊
propter diſtinctioneꝫ ſubiectoꝝ. Et cū due quideꝫ ſup
ficies corpoꝝ naturaliū ſunt in eodē ſitu: non diſtingū
tur tunc propter diſtinctioneꝫ ſituuꝫ: ſed diſtinguntur
ob diſtinctioneꝫ magnitudinū naturaliuꝫ: que ſunt ip
ſarū ſuperficierum propria ſub̄a. Ille autem magni
tudines ſi non ſunt diuiſe ⁊ diſtincte ꝑpter ſituꝫ: ſunt
tamen diuiſe ⁊ diſtincte propter ſub̄a ſua: que ſunt ſub
ſtantie diuerſe naturales.

**Dicendum eſt igitur** Quod
cum ſu
perficies aeris ponitur ſupra aque ſuperficiem; non fit
ex eis vna ſuperficies: ſed manent due diuerſe ⁊ diſtin
cte: propter id ꝙ ⁊ ſi tollatur tunc ab eis diſtinctio ſi
tualis: non tamen tollitur: ſed manet diſtinctio que fit
per diuerſitateꝫ ſubſtātialē ſubiectoꝝ: ſicut ponit Tho.
in ſuo quodlibet: ⁊ idcirco aer ⁊ aqua: tunc non conti
nuantur: ſed contiguantur ſolū. ¶ De ſuperficieb⁹ aūt
mathematicoꝝ magnitudinū: que non habent aliā di
ſtinctioneꝫ niſi ſitualē: veꝝ eſt ꝙ vna ipſaꝝ poſita ſupra
aliam facit vnaꝫ ſuperficiem.

¶ Qō tertia.

**Sed tunc reſtat** Adh̄ ter
tia dubi
tatio verū videlꝫ ſublata cū diſtinctione ſi
tuali diſtinctione etiaꝫ: que fit per ſubſtan
tias ſubiectas: ſit tunc neceſſariū ponere
ꝙ magnitudines ſe ꝯtingentes fiant vna continua ma
gnitudo: videtur eniꝫ ꝙ ſic: qꝛ dictū eſt ꝙ pro tāto ſubla
ta diſtinctione ſituali: non fit ſtatim vna magnitudo: qꝛ
remanet diſtictio: que eſt per ſub̄as ſubiectas. Si ergo
iſta etiaꝫ tollatur diſtinctio: tūc nulla remāebit ⁊ conſe
quenter fieret oīno vna magnitudo.

**Ad iſtam qōnem** Dicunt aliqui
ꝙ magnitudi
nis diſtinctio nullo mō intelligi poteſt niſi duplex: vna
vꝫ: ſm̄ diſtinctioneꝫ ſituū: ⁊ alia ſumpta ⁊ facta per di
ſtinctioneꝫ ſubiectoꝝ: vnde ſi vtraq̄ȝ diſtinctio magni
tudinib⁹ tollat̄: neceſſariū erit dicere ſecūdū eos ꝙ ille
magnitudines fiāt vna: ⁊ indiuiſa magnitudo. ¶ Sed
ſi velimus recurrere ad ea que credimus fieri a deo per
miraculū: inuenimus iſta non ſufficienter dicta: credi
mus eniꝫ ꝙ in ſacramento altaris poſt conſecrationeꝫ
maneant dimenſiones vini ſine aliqua ſubſtātia ſubie
cta: ⁊ ſimiliter dimenſiones panis ſine ſubiecta aliqua
ſubſtantia: itaq̄ tūc tales dimenſiones non manent ab
inuicem diuiſe: propter diuerſitateꝫ ſubſtantiaruꝫ ſub
iectarū. Et ſi fiat ꝙ ibi dimēſiones panis cōtingant di
menſiones vini non manēbunt etiam diuiſe tunc pro
pter diſtantiam ſitualem: ⁊ tamen non obſtante ſubla
tione dictarum duarum diſtinctionum: remanebunt
adhuc magnitudines diuerſe: contigue quidem ſed nō
continue: dimenſiones panis: ⁊ dimenſiones vini: vt
ergo iſta etiam diſtinctio ſaluetur: conſiderandūꝫ eſt ꝙ
naturaliter loquēdo non poteſt dari inter magnitudi
nes niſi duplex diſtinctio ꝑdicta ſcilicet per ſituꝫ ⁊ per
ſubiectum. Non enim poteſt facere natura eſſe magni
tudinē ſine ſb̄o: vnde nāliter loquendo ſi non ſit in ma
gnitudinibus diuerſitas in ſitu: nec diuerſitas in ſubie
cto: neceſſarium eſt: ꝙ habeant vnum ſubiectum ⁊ vnū
ſitum: ⁊ per conſequens oportet ꝙ ſint vna magnitudo
Sed in his que non fiunt a natura: ſed fiunt ſuperna
turaliter oportet ꝙ ad cauſam ſupernaturalem recur
ramus: dicemus ergo ꝙ magnitudo naturaliter nō cō
ſeruatur in eſſe ſine ſubiecto: ⁊ tamen cauſa ſupernatu
lis: que deus eſt: ꝯſeruat eē magnitudinū ſubiecto etiā
ſubtracto. Conſimili etiam modo magnitudo natura
liter non diſtinguitur niſi vel per ſitum vel per ſubie
ctum: ſed cauſa ſupernaturalis conſeruat ſua virtu
te diſtinctionem magnitudinum: ſubtracto ſubiecto ⁊
ſubtracta diſtinctione ſituuꝫ. Et h̄ erit tertius modus
ſaluandi in magnitudinibus diſtinctionē: qui ideo eſt
poſſibilis: qꝛ cauſa primo prima poteſt in effectū cau
ſe ſecunde etiam ſine cauſa ſecunda. Ad diſtinctionem
auteꝫ ⁊ ad eſſe magnitudinum ſubiectuꝫ ſe habet ſicut
cauſa ſecunda: ⁊ deus tanq̄ cauſa primo prima.

¶ Qō quarta.

**Sed tūc adhuc** reſtat qr
ta dubita
tio verū videlꝫ ſicut naturaliter poſſunt
ſimul eſſe ſuperficies: ita naturaliter poſ
ſint ſimul eſſe duo corpora: videtur enim
ꝙ ſic: quia ſicut ſe habet ſuperficies ad ſuperficiem ſic
etiam ſe habet corpus ad corpus. Sed vna ſuperficies
compatitur ſecum in eodem ſitu naturaliter aliaꝫ ſup
ficiem: vt patet ex predictis: igitur ⁊ corpus vnuꝫ natu
raliter compatietur ſecum in eodem loco aliud corpus.

**Ad iſtam qōnem** ſimpliciter dicē
dum ꝙ natura
liter nō poſſint ſimul eſſe duo corpora in eodē loco. ¶ Ad
cuius intelligentiam conſiderandum eſt ꝙ propter ſitū
eſſentialem quantitati dimenſiue: qui ꝯſiſtit in ipſa cō
nexione: ⁊ continuatiōe partium dimenſionis: non cō
tingit ꝙ due dimenſiones: non poſſunt ſimul eſſe ſecun
dum locuꝫ: videmus enim ꝙ ſi due ſupficies ſimul ſint
in eodem ſitu: ꝙ neutra ipſaꝝ perdit ipſarum partiuꝫ
connexionē: quā tamē perderet omnino: ſi ratiōe talis
connexionis contingeret ꝙ due magnitudines nō poſ
ſunt ſimul eſſe in eodem loco: contingit autem h̄ ex eo ex
quo attenditur ꝙ vna aliam extra ſe tenet. Nam licet
due linee cuꝫ ſuperponuntur ſibi inuicem in hunc mo
dum ſimul ſint: eo ꝙ ſecundum talem coniunctionē nō
tenet vna linea extra ſe aliam: propter id ꝙ cuꝫ illo mo
do ſit indiuiſibilis cuicūq̄ coniungitur corporaliter cō
iungitur: ſi tamē due linee intelliguntur ita coniungi:
ſicut iſte intelliguntur cōiuncte in puncto .b. tenebit be
ne iſto modo vna linea ſic aliā extra ſe: ꝙ non erunt am
be in eodem loco: non eniꝫ neceſſariū eſt ꝙ lineaꝫ totaꝫ
attingat alia linea ipſam attingens illo modo: qꝛ ſecū
dū taleꝫ modū ptibilis eſt ⁊ non indiuiſibilis. Et ſi con
tingat ꝙ ſimul fiant: non poterit h̄ fieri niſi coniun
gantur ſibi modo prio: quo modo non habent aliquaꝫ
partitioneꝫ. Et ſicut dictū eſt de lineis eſt intelligenduꝫ
etiaꝫ de ſuperficieb⁹: que ſm̄ vnū modū indiuiſibilita
teꝫ habent: ſed ipſa corpora ſecūdū nullū modū habent
indiuiſibilitateꝫ: ſed oī modo intelliguntur eſſe partibi
lia: ⁊ ideo ſecūdū nullū modū ſe contingentibus poteſt
concludi ꝙ totum tangat totum: immo quocūq̄ modo
coniungantur coniunguntur illo modo: quo cōperit li
neis ⁊ ſuperficiebus: ꝙ vna teneat aliaꝫ extra ſe: ⁊ ideo
nullo modo poſſunt fieri naturaliter duo corpora in eo
deꝫ loco. ¶ Nec eſt ſimile ſicut dictū fuit in argumen
to de ſuperficiebus ⁊ corporibus: vt patet ex dictis: qꝛ
ſuperficies vno modo indiuiſibilitatem habet: propter

qđ vna tota intelligitur totam aliam contingere: ꝙ nõ eſt verum de corporibus: vtrũ aũt miraculoſe poſſint tẽ ſimul declarare nõ eſt preſentis ſpeculationis.

¶ Textus.

¶ Unus aũt motus dicitur multipliciter ꝛc.

¶ Lectio ſexta. ¶ Q̃o prima.

Hic poſſet dubitare aliquis de q̃one quã mouet Ar. in littera: vtrũ vꝫ ſit iudicand⁹ ſemper eſſe ideꝫ motus ſpecie qui eſt ab eodem in idem videtur enim ꝙ ſic: q: motus a termino ad quem ſpecificatur: vbi ergo eſt ideꝫ terminus ad quem ibi videtur ſemper eſſe eadeꝫ ſpecificatio: ſi ergo motus ab eodem in idem facti ſint eandem habebunt ſpecificationem: ꝛ per conſequens erunt vnus ꝛ idem motus ſpecie.

Ad iſtam q̃onem quidam dicũt ꝙ non eſt mot⁹ vbi non eſt cõtrarietas: nec eſt contrarietas alicubi niſi ibi ſit aliqua diſtantia: q: contrarietas diſtantiaꝫ ſemper preſupponit: vnde loquẽdũ eſt de motu: ſicut loquimur de contrarietate: de qua loquenduꝫ eſt: ſicut loquimur de diſtantia. In qualitate aũt eſt diſtantia: ꝛ quãtum ad gradũ in eſſe: ꝛ quantuꝫ ad diſpoſitiones: i vbi ꝓo eſt diſtantia ratione partiũ ſpatij. Cum ergo eſſe ꝛ diſpoſitiones materie habeãt omnino eſſentialem habitudinem ad formam: quia ſemper eadem forma dat idem eſſe: lꝫ h̄ eſſe poſſit intendi ꝛ remitti: ꝛ ſemper eiuſdeꝫ forme: per ſe loquendo: ſunt eedem diſpoſitiones: licet ipſe etiam intendi poſſint ꝛ remitti: partes aũt ſpatij non habeãt omnino eſſentialeꝫ habitudinem ad ipſum terminũ: quia ad eundeꝫ terminũ ab eodeꝫ termino per diuerſas lineas poteſt quis pertingere: vt puta per cordam ꝛ per arcum. Patet ꝙ ibi quideꝫ eſt eadeꝫ diſtantia ſemper ꝛ eadem per conſequens contrarietas ꝛ per cõſequens ideꝫ motus ſpecie. Quia vero h̄ eſt alia ꝛ alia diſtantia erit h̄ alia ꝛ alia contrarietas: ꝛ per cõſequens motus alius ꝛ alius ſecundum ſpecieꝫ. Adiungunt autem vlterius ꝙ cum in vbi non ſit contrarietas ſecundum ſe: ſed per comparationem ad ſpatium: acquirere idem vbi per ſpaciuꝫ rectum ꝛ non rectum magis eſt acquirere vbi diuerſuꝫ q̃ ideꝫ. In qualitatibus aũt: ꝛ ſi contrarietas ſit ſecundum eſſe: ꝙ habent in materia: quia tamen materiales forme diffiniuntur ſecundum eſſe ꝙ habent in materia habere contrarietatem ſecundum tale eſſe: non tollit habere contrarietatem ſecundum ſe: ꝛ propterea cum acquiritur eadem qualitas ſpecie eſt idem motus ſpecie. Sed motus in vbi nõ accipit ſpeciem ab vbi ſecundum ſe: ſicut nec in vbi eſt contrarietas ſecundum ſe: vnde ꝛ ſi vbi ſit idem ſpecie non propterea oportet ꝙ etiam motus ſit vnus ſpecie niſi factus ſit ꝑ ideꝫ ſpecie. ¶ Sed quãuis iſti habũdẽt in verbis: non tamen h̄ verborum habundãtia veritatem continet: ſed multas falſitates. Nam ꝙ primo dicunt non eſſe motum vbi non eſt contrarietas: patet ꝙ falſum eſt: ſi intelligatur de motu locali: ꝛ de vera contrarietate. Motus enim circularis: non eſt inter habẽtia veram contrarietatem: vnde ꝛ Ariſtot. in fine ſeptimi cum probaſſet omnem motum ad formam eſſe finitum per id ꝙ ſit ſemper vel inter contraria: vel inter contradictoria: adiunxit hanc probationeꝫ non ſufficientem eſſe ad h̄ probãdũ de locali motu: quia aliquis motus eſt ſicut circularis: qui non eſt de contrario in contrarium: immo etiam: nec a diuerſo in diuerſum: niſi forte ſecundum rationem: ſed ſecundum rem eſt ab eodem in idem: vnde ꝛ poſtea de locali motu adiũxit aliam rationem. Patet igitur ꝙ falſum eſt motum ab eo ſpecificari a quo contrarietatem accipit id ad ꝙ tenditur per ipſum: nec per conſequens verum eſt ꝙ ſemper loquendũ ſit de motu: ſicut loquimur de contrarietate: quia tunc vbi non eſt vera ꝛ perfecta contrarietas: non poſſet eſſe verus ꝛ perfectus motus: ꝙ totum falſuꝫ in circulo apparet. ¶ Ulterius etiam ꝙ dicunt aliam diſtãtiaꝫ attendi penes cordam inter duo vbi ꝛ aliam penes arcũ ꝛ per conſequens aliam ꝛ aliam contrarietatem: patet euidenter eſſe falſum: q: cum contrarietas ſit maxima diſtantia: ꝛ inter duo vbi: attendatur maxima diſtantia penes cordam ꝛ non penes arcum: neceſſarium eſt ꝙ etiam contrarietas attendatur inter ipſa non penes arcum: ſed magis penes cordam. Et h̄ etiam teſtat⁹ fuit phyloſophus in precedenti lectione: vnde patet ꝙ omnino ridiculoſum eſt dicere idcirco motum factum in corda ſpecie differrre a motu facto per arcum: quia alia cõtrarietas eſt hic ꝛ alia ibi. ¶ Ulterius ꝛ ꝙ dicitur acquirere idem vbi per ſpacium rectum ꝛ non rectũ: magis eſſe acquirere vbi diuerſum ꝛ differens q̃ idem: patet ſimpliciter eſſe falſum: ſi intelligatur de vbi ad ꝙ terminatur tot⁹ motus. Impoſſibile eſt enĩ omnino ꝙ ſecundum vnum locum numero attendatur vbi differẽs in ſpecie. Poteſt autem ad vnuꝫ ꝛ eundem locum numero: quis procedere per cordam ꝛ per arcum. Quod etiam poſtea adiungunt in qualitatibus ſecundum ſe attendi contrarietatem: quantumcũꝙ iſta in eis attendatur ſecunduꝫ eſſe ꝙ habent in ſubiecto: eſt manifeſte cõtra eos. Dicunt enim in principio primi phyſicorum ꝙ participari ſꝫ magis ꝛ minus eſt extra rationeꝫ taliũ formarum: ꝛ ad eas per accidens ſe habet: quia conuenit eis ſecundum eſſe ꝙ habent in ſubiecto: ergo ſi habere contrarietatem ſimili modo conuenit eis ſecunduꝫ eſſe ꝙ in ſubiecto habent: neceſſario habent confiteri aut ꝙ contrarietas ad eas per accidens ſe habeat: aut ꝙ male dixerint de magis ꝛ minus in primo phyſicoꝝ. ¶ Quod autem dicunt tales qualitates diffiniri ſecũdum ꝙ in materia habent eſſe: ſi intelligatur ita ꝙ dicatur ipſarum eſſe qualitatum poni in earum diffinitionibus ſimpliciter eſt falſuꝫ: quia eſſe eſt poſterius eẽntia ꝛ nihil diffinitur vera diffinitione per poſteriora. Sed ſi ſic intelligatur ꝙ dicatur ſubiectum in quo habent eſſe poni in earum diffinitionibus: erit quideꝫ bene dictum: ſed ad nihil erit eis vtile. Nam ſubiectũ ponitur in diffinitione accidentis: non ideo: quia eſſe auterius ipſum accidens diffiniat: ſꝫ quia terminat dependentiam eſſentie ꝛ quidditatis eius: ꝛ eſt cauſa quedaꝫ originatiua ei⁹: ꝛ diffinitio debet cõtinere cauſas ꝛ ꝑncipia eſſentie cum detur cauſa notificandi ipſam. Et tamen licet ſubiectum ponatur in accidentis diffinitione non idcirco contrarietas conueniet accidenti ſecunduꝫ ſe: ſi conueniat ſibi gratia ſubiecti: quia que attribuuntur alicui ratiõe ſubiecti ꝛ materie dicunt ſibi attribui per accidens. Ratione ergo ſuarum eſſentiarum: debẽt qualitates habere contrarietatem: ſi ipſam debent ſecũdum ſe habere: patet igitur ꝙ vana ſit multiplicatio verborum quã hij faciunt.

Dicendum eſt itaqꝫ breuiter ꝛ melius: ꝙ de motu loq poſſum⁹ dupl'r ſꝫ duo q̃ i ipo attẽdũtur. Dictũ eſt eniꝫ in precedentibus ꝙ motus ponit rẽ que acquirit ꝛ ipaꝫ non ponit ſimpliciter ꝛ abſolute: ſꝫ ſub certo quodaꝫ modo ſe habendi. Poſſumus ergo de motu dicere: ꝛ q̃tũ ad realitatẽ quã ponit: ꝛ quãtũ ad modũ ſe habendi. Et quantũ quidẽ ad realitatẽ quã ponit cũ non ponat niſi realitatẽ eius: que acquiritur per ipſam

ipſum: ⁊ ħ ſit terminus ad quem: patet ꝙ a termino ad quē ſpecificatur. Quia terminus ad quē illā eādem realitatē ponit perfecte: que in motu ponitur incomplete. Imperfectū reducitur ad ſpeciē perfecti. Et propterea ſi termin⁹ ad quē ſit vnus ſpecie: erit motus quantū ad realitatem vnius ſpecie: quia per ipſuꝫ acquiretur ⁊ ponetur realitas vnius ſpeciei. Nec ꝗ iſtud tollitur: ſi ad idem vbi aliquis moueatur per arcum ⁊ per cordam: qꝛ vbi ꝙ acquiritur habet latitudinem ſecunduꝫ latitudinem ſpatij: ⁊ in tota tali latitudine manet vbi eiuſdē ſpeciei. Et propterea ſi infra metas talis latitudinis deſcribat aliquis arcum aut cordam: tam in arcu ꝗ̄ in corda attenderetur de latitudine vnius vbi ⁊ eiuſdem in ſpecie phyſica ⁊ naturali.

**Si autem loquamur** de motu quātū ad modum ſe habendi: quē ponit: habebit tūc ſecundū ſe ſpeciem diſtinctam a ſpecie eius ꝙ acquiritur. Et ſecundum ħ motus factus per arcum ſemper differt ſpecie a motu facto per cordam: quia alio modo ſit vnus ⁊ alius modus attēditur in alio: que diuerſitas prouenit ex diuerſitate arcus ⁊ corde. Differt enim ħ duo figuris ſiue in ſpecie figure. Et propterea dicit phyloſophus ꝙ dicti motus: ideo differunt ſpecie: quia id in quo ſūt ſꝫ ipſum ſpatium differt ſpecie figure: ſcilicet quia ſpatium rectum ponit figuram rectam: ſed actuale ponit magis figuram circularem: ⁊ per ħ patet reſponſio ad argumentum factum in contrarium.

¶ Textus.

¶ Simpliciter aūt vnū in omnibus hiscē ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliquis querere vtrum motus finitus poſſit reſumi idem numero. ¶ Ad ħ reſpon. Tho. in ſuo quolibet: ⁊ reſponſionem illam inde alij accipiunt ⁊ ponunt eam in ſuis ſcriptis tanꝗ̄ ſuam. Dicit enim Tho. ꝙ cum ſucceſſiua eſſe habeant in quodam fieri cōtinuo: ⁊ per ideꝫ vnumquodꝗ habeat eſſe ⁊ vnitatem: neceſſarium eſt ꝙ vnitateꝫ habeat ex vnitate ipſius fieri. Ad vnitatem autem fieri continuum exigitur continuatio in duratione eius. Statim enim cūꝫ interrumpitur duratio tollitur cōtinuatio: ſublata vero continuatione tollitur vnitas cuiuſlibet continui. Cū ergo eſſe motus conſiſtit in continuo fieri: ⁊ vnitas motus in vnitate fieri: ⁊ ad vnitatem ipſius fieri exigitur continuatio in duratione eius: patet euidēter ꝙ ad vnitatem motus requiritur cōtinuatio duratiōis: que duratio ſi interrumpatur tolletur neceſſario vnitas ipſi⁹. Si ergo mot⁹ cuius deſijt duratio deꝫ idē numero reſumi: oportet ꝙ tollatur interruptio durationis: ſed ſi interruptio durationis tolli non poteſt: niſi ħ fiat: vt motus ⁊ fieri in quo conſiſtit eſſe motus: tunc durauerit quando non durauit: ꝙ implicat contradictioneꝫ. Ponitur enim per ħ idem ſimul duraſſe ⁊ non duraſſe. Impoſſibile itaꝗ eſt ⁊ contradictionem implicans ꝙ motus finitus reſumatur idem numero.

¶ Textus.

¶ Socratē aūt ſm alterationem eandē alterari ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** Aliquis querere vtrū forma prius generata: ⁊ poſtea corrupta poſſit redire eadem numero per actionem naturalis generantis.

**Ad iſtam etiam qōnem** Rñdet Tho. in eodē ſuo quodlibet dicens ꝙ ħ fieri nō poteſt: ⁊ ratio quā aſſignat eſt: qa agens naturale non producit aliquid niſi per motum ⁊ tranſmutationem: vnde forma ab ipſo educta de potentia materie per motum ⁊ tranſmutationem eſt producta. Motum autem vnum ⁊ eundē numero agens nāle reſumere nō pōt: vnde neceſſarium eſt ꝙ etiam formā ad cui⁹ realitatē motus realitatem aliam non ponit: eandeꝫ numero cū prius generata ⁊ poſtea corrupta reſumere non poſſit. Eo igitur ipſo quo forma ab agente naturali producitur ꝑ motuꝫ: patet ꝙ corrupta non poteſt eadem numero reduci per reductionem naturalis generantis.

¶ Qō quarta.

**Quarto poſſet** Adhuc aliquis querere vtrum per actionem illius agentis poſſit forma prius corrupta ⁊ producta: eadeꝫ numero reduci: videt̄ eniꝫ ꝙ non: quia productum terminus productionis eſt: diuerſorum autem ſunt termini diuerſi ⁊ non vnus: vbi ergo eſt alia productio ⁊ alia: ibi debet eſſe aliud ⁊ aliud productuꝫ. Eſt autem omnino alia productio: quia aliquid mō nouiter producitur: ⁊ qua productum fuit prius: ſicut eſt alia productio noua ⁊ productio antiqua. Nullo igitur modo: vt videt̄: productuꝫ prius ⁊ corruptuꝫ: ⁊ modo iteꝝ productum eſſe poteſt idem numero.

**Ad iſtam qōnem** Dicenduꝫ eſt ꝙ ⁊ ſi forma corrupta eadem numero non poſſit reduci per agens naturale: poteſt tamen bene eadem reduci per agens ſupernaturale. Nam materia ſic in potentia ſua claudit oēs formas ſpecierum ꝙ claudit ēt in ipſa omnes formas indiuiduorum ſub illis ſpeciebus contentorum. Et propterea qn̄ forma que eſt actu in materia corrumpitur: redit in potentiam materie: ⁊ manet incluſa eadem numero in hac potentia: ſicut ⁊ eadē numero incluſa erat ante ꝗ̄ duceretur ad actum eſſendi: ſed differenti modo: quia anteꝗ̄ actu fieret clauſa erat in potentia reducibili ad actum: per actionem naturalis generantis: ſed poſtꝗ̄ actu facta eſt ⁊ corrupta remanet clauſa in potētia materie: non reducibili in actum per agens naturale: reducibili tamen ad actum per actionē illius agētis: cui ſubeſt tota ⁊ totaliter potentia materie quale agens eſt prima cauſa. Nam ſi prima cauſa non poſſet hanc eandem formā numero: que ſemper manet in materie potentia: reducere: ſequeretur aliquid cōtineri in potentia paſſiua materie: quod non contineretur in potentia actiua prime cauſe: ꝙ eſt omnino abſurdum. Poteſt itaꝗ forma corrupta eadem numero reparari ab agente primo: qui deus eſt: licet non poſſit ħ fieri ab agente naturali.

**Ad cuius intelligentiam** conſiderandum eſt: ꝙ agens naturale agit ſic per contactum neceſſitate naturali: ꝙ neceſſario cum contingit paſſiuum ad eius ſimilitudinem diſpoſitum: imprimit ſibi ſimilitudinem forme ſue: ita ꝙ ſemper productio forme ab agente naturali conſequitur naturali neceſſitate ipſum contactum paſſiui ab actiuo. Nunc autem ſic eſt ꝙ quandocunꝗ aliquid ad aliud ſic ſe habet: ꝙ neceſſario conſequit̄ ad ipſum: oportet ꝙ diuerſificetur ad diuerſificationem eius: quēadmoduꝫ calor: quia conſequit̄ de neceſſitate igneꝫ: neceſſario na

meratur ad eius numeratione: qꝛ ergo forma educta de
potentia paſſiui: per agens naturale ita ſe habet ad cõ
tactũ paſſiui ab actiuo: ꝙ ipſuz conſequitur de neceſſi
tate: oportet neceſſario ꝙ ex alio ⁊ alio contactu proue/
niat non eadez: ſed alia ⁊ alia forma: vnde qꝛ contact⁹
quo prius paſſiuũ contactũ fuit ab actiuo: eſt numero
diuerſus a contactu quo actiuũ contingit itez paſſiuũ
poſt corruptionez forme producte per priorez contactũ
ideo accidit ꝙ forma ſecundo producta ab agente natu
rali: eſt omnino diuerſa numero a forma prius ab eodẽ
producta ⁊ corrupta. Sed de primo agente non poſſu/
mus ſic dicere ꝙ contingat paſſiuũ: ⁊ naturali neceſſita
te per talez contactuz formaz educat de potentia paſſi
ui: imo per meraz libertatez ſue volũtatis intelligendo
⁊ volẽdo habet ipſaz deducere ad actũ: vnde qꝛ forma
corrupta eadez numero manet clauſa in potentia mate
rie: ⁊ eadez numero intelligitur a prima cauſa: patet ꝙ
ſtatim cũ cauſa prima vellet habere hanc eandem for/
mam clauſam in potentia materie regredi ad actum
rediret de neceſſitate eadez ſecundũ numez. Eo igit̃ ip
ſo quo prima cauſa per intellectũ ⁊ volũtatẽ agit: ⁊ ma
teria eſt ſue virtuti totalr̃ ſubiecta: ⁊ ſi vis interius pe
netrans omnia reſpicit quicquid eſt in potentia mate/
rie cogimur de neceſſitate dicere ꝙ ipſa poſſit formã cor
ruptã cũ voluerit eandẽ numero reducere.

**Ad argumentum** Ergo in cõtra
riuz dicenduz
eſt: ꝙ productio poteſt accipi vno modo ſecũdũ ꝙ ſe te/
net ex parte producentis: ⁊ ſic eſt ipſa eẽntia prime cau
ſe: quia in ipſa cauſa non differũt: ſed ſunt idẽ eſſentia ⁊
actio: vnde patet ꝙ h̄ modo ipſa productio non eſt alia
⁊ alia: ſed vna ⁊ eadez. Alio vero modo ſumi poteſt ſe/
cundum ꝙ ſe tenet ex parte producti: ⁊ tunc dicitur vel
conſiderabitur: qꝛ vel quantũ ad rez quã ponit: vel quã
tũ ad modũ ſub quo ipſaz ponit. Et primo quidez mo
do etiã productio ſecũdũ determinata nõ eſt alia ⁊ alia
ſed vna ⁊ eadez: qꝛ oſtenſuz eſt iaz ꝙ res producta vna
⁊ eadem eſt. Et productio rem aliam non ponit niſi rez
ipſaz que producitur. Si aũt accipiatur ꝙtum ad mo
dũ quẽ ipſi rei ſuperaddit: ſic videtur eſſe alia ⁊ alia: di
cit enim ⁊ ponit rem ſub initio procedendi ab alio. Eſt
aũt duplex initiũ durationis eſſendi ⁊ proceſſus cũ res
ponit̃ prius fuiſſe ⁊ actu proceſſiſſe: ⁊ poſtea nõ fuiſſe: ⁊
poſt itez incipere exiſtere. Et lz quidem ratione huius
initij dicatur productio alia ⁊ alia: non tamen ex h̄ pro
bat̃ ꝙ res producta ſit alia ⁊ alia. Quia cuz ponimus
eandez rez numero eſſe que incipit eſſe modo: ⁊ incipit
eſſe alias: non poteſt aduerſarius dicere aliud vel alia
⁊ alia eſt initiatio eſſendi ⁊ durationis: ergo eſt aliud ⁊
aliud exiſtens ſiue durans in eſſendo: niſi ſuppoňat ꝙ
probare debet. Poteſt tñ ex h̄ concludere ꝙ duratio eſ/
ſendi ſit alia ⁊ alia. Sed tamen nihil prohibet vnuz ⁊
idem ens numero alia ⁊ alia duratione numero dura/
re in eſſendo: preſuppoſita virtute prie cãe ⁊ ei⁹ actiõe.

¶ Qõ quinta.

**QVinto poſſet** Eſſe dubiũ
vtrũ ſi mo/
tus ad formaz ſit alius ⁊ alius: neceſſario
etiaz ipſa forma eſſe debeat alia ⁊ alia: vi
detur enim ꝙ ſic ſm̃ predicta. Nam mo
tus alius ⁊ alius: ponit aliũ ⁊ aliũ contactũ paſſiui ab
actiuo. Sed dictum eſt ꝙ contactus alius ⁊ alius facit
vt forma producta ab agẽte naturali ſit alia ⁊ alia. Im
poſſibile ergo videtur ꝙ motu exiſtente alio ⁊ alio: ma
neat vna ⁊ eadem forma ſecundum numerum. ¶ In
contrarium autem videtur eſſe: qꝛ calidũ contingens
calefactibile incipit ipſuz calefacere ⁊ calefacit. Et deſi
nens contingere deſinit imprimere calorem: ⁊ iterum
cõtingens iterato calefacere: ita ꝙ eſt tunc calefactio
alia ⁊ alia: ⁊ tamen calor impreſſus eſt tantum vn⁹ nu
mero: quia in vno numero calido non eſt niſi vnus nu/
mero calor.

**Dicendum eſt igitur** Ad iſtã
queſtio
nem ꝙ aliter loquendũ eſt de formis: que in indiuiſibi
li conſiſtunt: ⁊ aliter de formis que habent latitudinez
cuiuſmodi eſt calor: forme enim que in indiuiſibili con
ſiſtunt per motum non inducuntur neqꝫ abijciunt̃: ſed
per ſubitam ⁊ ſimplicez mutationez. Et in talibus mu
tatione exiſtente alia ⁊ alia: oportet de neceſſitate loquẽ/
do naturaliter formã eſſe aliaz ⁊ aliam: forme autẽ que
habent latitudinez: ſunt que proprie per motuz inducũ
tur: ⁊ in talibus contingit ꝙ motu exiſtente alio ⁊ alio
manet forma ⁊ manere poteſt modo predicto; de calore
vna ⁊ eodem: ſed non ſunt vno eadem gradu ſue latitu
dinis. Oportet enim ſemper ꝙ cõtactu naturali exiſtẽ/
te alio ⁊ alio: ſic etiam ꝙ imprimit̃ per ipſum aliud ⁊
aliud. In talibus ergo formis h̄ contingit ꝙ per prio/
rem motũ ⁊ contactum imprimitur vnus gradus for/
me: ⁊ per ſecundũ motum ⁊ contactuz imprimitur non
ille idez gradus: ſed de neceſſitate alius: qui tamen cũ
alio pertinet ad vnaz ⁊ eandez forme latitudinez: ⁊ per
h̄ patet reſponſio ad argumenta.

¶ Textus.

¶ Quoniam autẽ continuus eſt omnis motus ſimpli
citer quidez vnũ neceſſe eſt continuũ eſſe ⁊c.

¶ Lectio ſeptima. ¶ Qõ prima.

**HIc poſſet** Eſſe dubiuz vtrũ mo/
tus regularis ſit ma/
gis vnus ꝙ irregularis: videtur eniz ꝙ nõ
qꝛ vnitas motus conſiſtit in cõtinuitate ei⁹
poteſt autem contingere vt irregularis mo
tus ſit ꝯtinu⁹: ſicut regularis: igit̃ ſimul ẽt erit vnus.

**Ad iſtam qõnem** Dicitur cõmu
niter ⁊ bene ꝙ
de motu loqui poſſumus tripliciter: vno quidem modo
ſecundũ ꝙ dicit quid quantũ continuũ: ⁊ ſic eius vni
tas conſiſtit in ſola continuitate: quia vnitas indiuiſio
nem ponit: ⁊ multitudo ponit proprie diuiſionẽ. Indi
uiſio autez cuiuſlibet cõtinui ponit continuationẽ par/
tium eius: ⁊ per earũdem diſcontinuationez ponit̃ di
uiſio. Et quantũ ad h̄ ſicut regularis dicitur vnus: ſic
etiã vn⁹ dici poteſt ⁊ irregularis. Alio autez mõ de mo
tu loqui poſſumus: quãtũ ad modũ ſe habẽdi: quẽ ipor
tat: ⁊ ſic regularis quidez vnus eſt: qꝛ vnicum ⁊ vnifor
mẽ moduz tenet. Irregularis vero quandã multiplici
tatez hꝫ: qꝛ non ſeruat ſemper vnũ modũ: ſed multipli
cẽ in ꝯtrũ mõ tenet vnũ modũ mõ aliũ. Taliter igit̃ ir/
regularis: nõ eſt ita vnus: ſicut regularis. Tertio autez
modo ſumi poteſt quãtũ ad actũ: quẽ ponit: ⁊ ſic ponit
perfectionez quandã. Et ſm̃ h̄ in eo attenditur vnitas
perfectionis. Et per h̄ pꝫ rñſio ad argumentum.

¶ Textus.

¶ Amplius aũt dicitur vnus ⁊ perfectus ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.

**SEcundo poſſet** Dubita/
re aliqs
vtrũ ꝑfectio rei faciat ad ei⁹ vnitatẽ: crede/
ret forte aliqs ꝙ nõ: qꝛ ita videt̃ de vna nu
mero re imperfecta: ſicut res perfecta.

¶ Ad iſtam

**Ad iſtam qõnem** Dicenduꝫ eſt ꝙ cum ens ⁊ vnum ſint idem ⁊ vna natura: vt habetᷓ in quarto methaphyſice: neceſſe eſt vnumquodqꝫ ad vnitatem ſe habere: ſicut ſe habet etiam ad eſſe: ⁊ per conſequens id ꝙ facit ad eſſe: ⁊ ad entitatem rei: facit etiam neceſſario ad eius vnitatem. Cum ergo perfectio faciat ad rei entitatem: neceſſarium eſt ꝙ etiam faciat ad vnitatem eius: vt videlicet dicamus ꝙ ſicut quãto aliquid eſt maioris perfectionis: tanto altiorem ⁊ maiorem entitatem habet: ſic etiam quanto aliquid maius eſt in perfectiõe: tãto altiorem habet ⁊ maiorem vnitatẽ: vnde ⁊ prima cã quia eſt maxima ⁊ ſũma in perfectione: ponitur habere maximam ⁊ ſummam entitatem atqꝫ vnitatem.

**Ad argumentum** Ergo in contrarium dicendum eſt: ꝙ vnitate numerali poteſt forte res imperfecta dici vna: ſicut ⁊ perfecta: ſed vnitate eſſentiali: que eſt idem cum entitate rei: nõ põt dici aut eẽ ſic ꝑfecte vna.

¶ Textus.

¶ Unus quidem igitur irregularis eſt ⁊c.

¶ Qõ tertia.

**Tertio poſſet** eſſe dubium de hoc ꝙ phyloſophus h̃ ait: ꝙ etiaꝫ ⁊ ſupra dixit: videlicet ꝙ minus eſt ſemper commixtio contrarij. videtur enim h̃ non eſſe bene dictum: quia tunc nihil poſſet recipere magis ⁊ minus niſi contrarium haberet: h̃ autem eſt falſum: quia vt dicitur in ſex principijs: habitus recipit magis ⁊ minus: ⁊ tamen non habet contrarietatem.

**Ad iſtam qõnem** Dicenduꝫ eſt ꝙ ſecundum rei veritatem magis ⁊ minus non prouenit tanqꝫ ex prima ⁊ vniuerſali cauſa: ex commixtione contrarioꝝ: ſicut manifeſte apparet per nunc factum argumentum: ſed prouenit ſicut ex tali cauſa ex minori ⁊ maiori determinatione potẽtie: h̃ autem maior ⁊ minor determinatio ponit in habentibus contrarietatem maiorem ⁊ minorem receſſum a contrario. Nam in ſuperficie eſt potentia ad eſſe album. Et maiori determinationi dicte potẽtie ad h̃ eſſe annectitur maior receſſus a nigro: ⁊ per cõſequens ponitur magis album. Minori autẽ determinationi annectitur minor receſſus ab eodem. In nõ habentibus autem contrarietatẽ: dicta determinatio maior ⁊ minor ponit maiorem vel minorem elongationeꝫ a priuatione ⁊ carẽtia ipſoꝝ: ſicut manifeſte in habitu apparet: qui vt diximꝰ in logyca recipit magis ⁊ minꝰ propter maiorẽ ⁊ minorem receſſum a priuatione eius. Armatior eniꝫ ille dicitur qui magis recedit a priuatione ⁊ carẽtia armationis: ⁊ magis accedit ad perfectionem eius. Poteſt eniꝫ armatio fieri ſecũdũ diuerſa genera armorum. Ex vno quidem genere non accipit tã tam determinationem quantam recipit ex pluribus: ⁊ idcirco minus ⁊ magis recipit. Maior enim ⁊ minor determinatio rei: vt iam dictum eſt: cauſa eſt: quare dicantur aliqua cum magis ⁊ minus. Et hec omnia vt ſupra dictum fuit: habent perfectionem nõ conſiſtẽteꝫ in indiuiſibili: ſed habenteꝫ magnã latitudineꝫ.

**Ad argumentum** Ergo in contrarium dicendum eſt ꝙ verbũ phi aut eſt intelligẽdũ i hñtibꝰ ꝯrietatẽ: aut ꝯriũ large ibi ſumitᷓ: ſꝫ ꝙ et ꝑuatio dr̃ ꝯriũ.

¶ Textus.

¶ Amplius autem determinandum eſt: qualis motus contrarius motui ⁊c.

¶ Lectio octaua. ¶ Qõ prima.

**Hic poſſet** eſſe dubium vtruꝫ ad perfectaꝫ contrarietatem motuum ſufficiat dicere ꝙ ſunt ad terminos ꝯrios: videtur eni ꝙ ſic: quia motus ab eodeꝫ accipit ſpecieꝫ ⁊ contrarietateꝫ: ſpecieꝫ aũt ſumit ſolũ a termino ad quem: ergo ſola acceptio terminorum ad quos ſufficit ad perfectã motuum contrarietatem.

**Ad iſtam qõnem** Dicenduꝫ eſt ꝙ cõtrarietas nõ tollit rationes proprias eoꝝ: que contraria dicuntur ſꝫ eas ſemper ponit: quemadmodũ cõtrarietas albi ⁊ nigri non tollit: ſed ponit proprias ipſorum rationes. Conſimili ergo modo contrarietas motuuꝫ debet ponere eorum rationes ⁊ non tollere. Eſt autem de ratione motus affirmatio vtriuſqꝫ termini: tam ſcilicet termini a quo: q̃ etiã termini ad quẽ: quia motus: vt. ſ. patuit per h̃ diſtinguitur a mutatione: quia ipſe eſt de affirmato in affirmatũ ⁊ non mutatio. Quia ergo: vt oſtenſum eſt: contrarietas motuuꝫ debet ponere non tollere ipſorum rationes: oportet neceſſario ꝙ ad perfecte aſſignandam motuum contrarietatem: fiat acceptio vtrorumqꝫ terminorum: tam ſcilicet terminorum a quibus q̃ terminorum etiam ad quos.

**Ad argumentum** Itaqꝫ in contrariuꝫ dicũt quidam ꝙ non ſola ſpecificatio: ſed ⁊ quantitas eſt attendenda ad contrarietatem. Motus autem ⁊ ſi ſpeciem trahat a termino ad quem tamen quantitateꝫ trahit a termino a quo. ¶ Sed iſtud non videtur tollere dubitationeꝫ: quia ad habenduꝫ ſpecies contrarias: ſufficit habere ipſaruꝫ cõpletas ſpecificationes: vnde ſi omnimode completa motuum ſpecificatio habetur ex ſolis terminis ad quos: poterit ſufficienter ex eis tantuꝫ fieri acceptio contrariarum ſpecierum motus. Et propterea dõm eſt ⁊ melius ꝙ motus ex ſolo termino ad quem ſic ſpecificatur: ꝙ niſi aliud accipiatur habet rationem mutationis ⁊ non motus: ſic etiam iſti confitentur: ſed rationem ſpecificam ſecundum ꝙ eſt non mutatio: ſed motus trahit a termino ad quem: cum habitudine ad affirmatum termino a quo. Et propterea ex contrarietate terminoꝝ ad quos ſumuntur quideꝫ nõ contrarie ſpecies mutationum: ſed contrarie ſpecies motuum: ſecundum ꝙ motus ſumuntur ex acceptione cõtrarioꝝ terminoꝝ: tam a quibus q̃ etiã ad quos.

¶ Qõ ſecunda.

**Secundo poſſet** Eſſe dubium ratione dictorum: vtrũ motus trahat quantitatem ex termino a quo: videtur enim ꝙ non: quia ipſa forma ad q̃ etiã motus terminatur: omni termino cõtrario ſubtracto: habet latitudinem: ſed forma habens latitudinem non ſubito inducitur: ſed in certa quãtitate temporis: ſibi ſubtracto quolibet contrario termino a quo poteſt quantitas in acceptione forme remanere.

**Ad iſtam qõnem** Dicunt quidam ꝙ motus a ſolo termino a quo contrarietatem trahit. Ratio auteꝫ ipſorum eſt: quia forma que in paſſiuo non habet contrariam diſpoſitionem: ſubito inducitur ad preſentiã actiui. Contrarius autem terminus a quo eſt: qui iſtaꝫ cõtrariam diſpoſitioneꝫ ponit: ſi talis itaqꝫ terminus tollatur: patet ꝙ ſtatim tollitur quantitas a motu.

**Sed primo** Manifeſtum eſt ꝙ iſti nimis impropꝛie locuntur nam mot⁹ eſt eſſentialiter quantus. Quod autem alicui conuenit eſſentialiter ſibi conuenit ex ſe: quando ergo queritur a quo motus quantitatem habeat: dicendum eſt ꝙ eam habet ex ſe: ⁊ ex ratione ſua: et a quo ipſe eſt efficienter ⁊ quantitas ipſius: vnde ſi ſublato contrario termino a quo quantitas tollatur: neceſſe eſt ꝙ tollatur etiam ⁊ motus. Non ergo querendum eſt a quo motus quantitatez habeat: ſed a quo eā habeat inductio vel abiectio diſpoſitionis aut forme.

**Secundo autem** Manifeſtum eſt ꝙ nec etiam a ſolo termino a quo intelligi poteſt quātitas temporis in acceptione forme perfecta ⁊ completa: ſed etiam intelligi poteſt quantitas ex aliqua agentis diſpoſitione: videmus enim ꝙ in aere non eſt diſpoſitio cōtraria ad illuminationem: ⁊ tamen ſi illuminatio ponatur eſſe talis diſpoſitionis ꝙ creſcat cōtinue in luminoſitate: quēadmodum poteſt contingere de igne: qui poteſt in quātitate: ⁊ per conſequens in luminoſitate creſcere quodā continuo cremento: ſtatim oportebit ꝙ per eius actionē continue intēdatur claritas in aere: ita ꝙ perfecta illa claritatis acceptio nō intelliget facta in inſtanti: ſed in tempore. Non ſolum igitur ex termino a quo: ſed etiaz ex motu facto in agente poteſt intelligi quantitas temporis in acceptione forme. ¶ Uerum eſt autem ꝙ argumentum factum in principio non valet. Nam propter ſolam forme latitudinem non impeditur qn forma ſubito accipiatur: manente tamen ipſo agente continuo in eodem gradu talis forme: ⁊ materia nō habente diſpoſitionem contrariam ad ipſam.

¶ Textus.

¶ Quoniā aūt differt mutatio a motu ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** Aliquis dubitare vtrum affirmando ſolum terminum ad quem ponatur ratio mutationis ⁊ non motus: videtur enim ꝙ non: quia ille terminus ad quē poterit eſſe talis ꝙ accipietur ſucceſſiue ⁊ non ſubito.

**Ad iſtam qōnem** Dicunt aliqui: ꝙ pro tanto poſita ſolum affirmatione ⁊ negatione vnius ⁊ eiuſdē accipitur ratio ⁊ contrarietas mutationū: qꝛ ex termino a quo motus quantitatem habet ⁊ non ex alio.

**Sed quia iſta ratio** Secunduz ſupradicta nihil valet: dicendum eſt ꝙ pro tanto affirmatio ſoli⁹ termini ad quem: cum eiuſdem negatione dat intelligere mutationem ⁊ non motum: quia propria ratio mutationis eſt ꝙ fiat de affirmato in negatum vel de negato in affirmatuz: ſicut in principio hui⁹ qnti phyloſoph⁹ oſtendit: huius autem ratio eſt: quia poſitio vnius termini quantum eſt de ſe non dat quantitatem intelligere: vnde congruit mutationi que eſt indiuiſibilis ⁊ non motui qui eſt quantus. Si autem vno tantuz termino poſito ponatur latitudo: h̄ eſt per accidens: ⁊ non per ſe quia non contingit h̄ ex vi poſitionis vnius termini: vt dictuz eſt. In ſcientia autem accipiendum eſt ꝙ eſt per ſe: ⁊ dimittendum ꝙ eſt per accidens.

**Ad argumentum** Ergo factum in contrariū dicendum eſt ꝙ ſi terminus qui acquiritur habet latitudinem: tamen cum dicimus ꝙ de non eſſe ipſius fit tranſitus in eſſe: intelligitur tam diu ſtare ſub non eſſe ꝙ̄ diu non eſt tranſitus finitus: ⁊ in fine tranſitus ſtare intelligitur in eſſe: quia ſicut inter eſſe ⁊ non eſſe nihil cadit medium: ſic etiam non cadit vllum medium inter finem tranſitus ⁊ tranſitum totum precedentem vnde non eſt dicendum ꝙ ſolum in principio tranſitus res fiet in non eſſe: ⁊ in fine fiet in eſſe: quia inter principium tranſitus ⁊ finem aliquid eſt medium: quia ipſe tranſitus: ⁊ inter non eſſe ⁊ eſſe nihil eſt medium.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem motui non ſoluz videtur eſſe motus contrarius ⁊c.

¶ Lectio nona. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** Aliqs dubitare vtrū quies in vtroqꝫ termino opponatur motui: videtur eniz ꝙ ſic: qꝛ motui opponitur quies ꝓuatiue: ſed quies in vtroqꝫ termino tollit motuz: ergo ſibi earum quelibet opponitur. ¶ Et preterea habitus debet precedere priuationem: ſed quies in termino a quo precedit motum factum ab eodem nō itaqꝫ videtur eſſe priuatio ipſius.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicenduz ꝙ motus non opponitur propꝛie niſi quieti: que eſt in termino a quo: cuius ratio eſt: quia vnum oppoſitorum natuz eſt reliquū tollere non ponere. Tollit autem ⁊ aufert motus quietē que eſt in termino a quo: ſed quietem que eſt in termino ad quem non abijcit: ſed magis ponit. Nam moueri eſt tendere in hanc quietem: loquendo autem de moueri ꝙ cadit in oppoſitis. Non ergo huic quieti opponit motus: ſed quieti in termino a quo.

**Ad primum ergo** Dicendū ꝙ quies in termio ad quem in tantum tollit motum inquantum ponit perfectionem ⁊ complementum eius. Ex h̄ autem magis accipitur ꝙ non oppoſita ſibi ꝙ̄ contrarium: vnum enim oppoſitorum non eſt natum cōpleri ⁊ perfici per alterz.

**Ad argumentum** Autem aliud dicunt qdā ꝙ priuatio quandoqꝫ nata eſt reſpicere ſubiectum mediāte forma: ⁊ quandoqꝫ mediante motu. Mediante quidem forma quando ſubiectum formam habet ꝙ̄ eſt natum per priuationem perdere: ⁊ tunc forma aut habit⁹ precedit priuationem in ſubiecto. Mediante autez motu priuatio reſpicit ſubiectum quando ipſum eſt priuatum aliquo ꝙ natum eſt accipere per motum. Et tunc priuatio precedit habituz: ⁊ ſic eſt in propoſito. ¶ Sed reſponſio iſta eſt valde vilis. Primo quidem: qꝛ quando ſubiectum eſt priuatum aliquo ꝙ natum eſt recipere per motum: non reſpicit tunc priuatio ſubiectum motu mediante: ſed magis econuerſo motus reſpicit ſubiectū mediante priuatione. Quia mediante eo reſpicit quodlibet ſubiectum ſuum ꝙ ſibi preintelligitur in ipſo. Quādo igitur ſubiectū preintelligitur priuatuz aliquo ꝙ natum eſt acquirere per motum: non eſt dicendum ꝙ priuatio ſubiectum motu mediante: ſed ꝙ motus mediante priuatione reſpiciat ſubiectum. ¶ Secundo autem dicta ſolutio apparet eſſe inconueniens: qꝛ ſic dicendo ꝙ ſubiectum eſt prius aliquo priuatū: ꝙ poſtea accipit motum: ⁊ ideo priuatio motus precedit motum: ſupponitur ꝙ vertitur in qōne: h̄ enim eſt ꝙ queritur: quare h̄ in ſubiecto priuatio ꝑcedat habitū. Et ꝓpterea dcēm eſt: ⁊ melius ꝙ habituū quidā ſunt pure poſitiui: ſicut viſus; auditus ⁊ cōſimiles: ⁊ in talibus verū eſt ꝙ priuatio nō neceſſario precedit habitū: ſed ecōuerſo ꝑcedit habitus

habitus priuationem: maxime quando priuatio non immediate reſpicit ſubiectū: ſed mediante habitu: dicitur autē tunc priuatio non immediate reſpicere ſubiectum: quando contingit ꝙ ſubiectū de ſua natura habet habitum: ſicut oculus de ſua natura habet viſum. Quando vero ſubiectū non determinat de ſua natura ſibi habitū: ſicut aer de ſe non determinat luminoſitatē dicitur ꝙ priuatio immediate reſpicit ſubiectuꝫ. Et in talibus priuatio poteſt habitū precedere. Sic autē quies ⁊ motus ſe habent ad ſubiectum motus ⁊ quietis: ⁊ ideo quies poteſt precedere motuꝫ. Quidam autē alii inueniuntur habitus: qui non ſunt poſitiui tantuꝫ: ſed ſunt partim poſitiui: ⁊ partim priuatiui: qualis habitus eſt motꝰ. Nam inquantū per ipſum tollitur terminus a quo: priuatiuus eſt: ſed eſt etiaꝫ poſitiuus inquantum per ipſuꝫ ponitur terminus ad quem. Et quia nō tollitur niſi ꝙ eſſe preſupponit: pꝫ euidenter ꝙ oꝫ motū preſupponere id cuius priuatio eſt: h̄ autem preſupponēdo: preſupponit quietem: que ſibi opponitur: inquantum illius priuatiuus eſt: cuius ipſa poſitiuus: vnde poteſt dici ꝙ ſibi opponitur ſic priuatio ſecundū modū ei opponitur ꝙ priuatio eſt ſecunduꝫ rem: licet per modum habitus ſignificetur. Et ſecundū h̄ nihil mirū eſt ſi priuatio precedit habitum: immo quantum de ordine naturali eſt neceſſario precedit: quemadmodum vnitas neceſſario ꝑcedit multitudinē: quāuis vnitas ſignificeť mō ꝑuatiuo: ⁊ multitudo ſignificeť mō poſitiuo.

Q̄ō ſecunda.

SEcundo Poſſet forte dubitare aliqs vtrū immutatio in termino a quo: ⁊ mutatio ab eodeꝫ termino opponātur pure contradictorie: videť enim ꝙ ſic: qꝛ alterum ipſoꝝ ponit eſſe ⁊ alterum non eſſe. Eſſe autem ⁊ non eſſe contradictorie ſibi opponuntur.

Ad iſtam q̄ōnem Dicenduꝫ eſt ꝙ non eſſe poteſt ſe dupliciter habere: vno quideꝫ modo ita ꝙ tollat eſſe totaliter .ſ. tam ī actu ꝙ̄ etiam in potētia: ⁊ ſic non eſſe ad eſſe contradictorie opponitur. Conſimili modo immutatio fundata in tali non eſſe mutationi que eſt ex ipſo opponitur contradictorie. Alio autem modo non eſſe poteſt ſumi taliter ꝙ nō tollat eſſe in potentia: ſed tollat tantū eſſe actu: ⁊ ſic non eſſe ponit aliquod ſubiectū ꝙ natū eſt aliquod eſſe actu habere ꝙ nō habet. Et iſto modo non eſſe ⁊ eſſe opponūtur priuatiue ⁊ non contradictorie. Et ſimili modo opponunť mutatio ⁊ immutatio que reſpiciunt talia eſſe non eſſe.

Textus.

Dubitabit aūt aliqs: quare in mutatione q̄dē ſꝫ locū ſunt ⁊ ſecūdū naturam ⁊ quietes ⁊ motus ⁊c.

Lectio decima. Q̄ō prima.

HEc poſſet Forte dubitare aliquis vtrum vlla corruptio dici poſſit naturalis: videtur enim ꝙ non: quia nulla corruptio eſt de intentione nature: cuꝫ omnis corruptio ſit quoddam malū: ⁊ malū per ſe nullum ſit intētum. Quod autem non eſt de intentionē nature: non videtur dici poſſe naturale: igitur nulla corruptio videť eē naturalis.

Ad iſtam q̄ōnem Eſt dicendū ꝙ modo id omne appellatur naturale ꝙ prouenit ex actione ⁊ per actionem nature. Natura autem vt patuit in ſuperioribus in h̄ differt ab arte: quia natura eſt principium intra: ⁊ ars principium extra: poteſt autem corruptio fieri: ⁊ a principio intrinſeco: ⁊ a principio extrinſeco. Et ſi quideꝫ fiat a principio intrinſeco: ꝙ natura dicatur: et ita facta per actionem nature: ⁊ dicetur per conſequens corruptio eſſe naturalis: ſi autem fiat a principio extrinſeco dicetur corruptio non eſſe naturalis: ſed eſſe violenta. Quia igitur vtroqꝫ modo poteſt fieri corruptio: relinquitur ꝙ quedam corruptio dici poſſit violenta ⁊ quedam naturalis.

Ad argumentum Ergo in contrarium dicendum eſt ꝙ corruptio nulla eſt intenta primo ⁊ per ſe: nihil tamen prohibet intentam eam eſſe ſecundario ⁊ ex conſequenti. Naturale enim generans intendit quidē generationem primo ⁊ per ſe: ⁊ quia generatio vnius fieri non poteſt niſi fiat alterius corruptio: neceſſariuꝫ eſt ꝙ ad minꝰ ſecundario: ⁊ ex conſequēti: corruptio intenta ſit. Et propterea dici poteſt naturalis.

Textus.

Habet autem dubitationē ſi eſt omnis quietis que non ſemper eſt generatio ⁊c.

Q̄ō ſecunda.

SEcundo poſſet Dubitare aliqs vtrū quies ſequens motum violentum dici poſſit generari: videtur enim ꝙ ſic: quia omne ꝙ incipit eſſe poſt non eſſe videť generari: maxime ſi non fiat per creationeꝫ: ſed quies cōſequens motum violentum certum eſt ꝙ non creatur ⁊ tamen incipit eſſe poſt non eſſe: videtur ergo dici poſſe ipſam generari.

Ad iſtam q̄ōnem Eſt dicenduꝫ ꝙ cum generatio ſit actio ipſiꝰ gn̄antis: ⁊ actio ſemꝑ ponat ꝟtutē actiuā in agente: neceſſarium eſt ꝙ id proprie dicatur generari ꝙ fit ⁊ icipit eſſe per poſitionem alicuius virtutis ⁊ potentie actiue. Quod autem incipit eſſe non per poſitionem: ſed magis ꝑ defectū huiuſmodi virtutis: id ſecūdum h̄ etiam proprie dici poteſt generari. Sic autem ſe habet quies violentum motum ſequens. Prouenit .n. ex defectu virtutis inferentis violentiam. Nā tam diu durat virtus impellentis. Ceſſat autem cum continue debilitata talis virtus tandem deficit. Et propterea dici proprie non poteſt generari quies ſequens violentum motum: niſi forte extenſo vocabulo dicere quis velit id omne generari ꝙ incipit eſſe poſt non eſſe: vnde patet ſolutio ad argumentum.

Explicit liber quintus phyſicorum.

¶ Incipit ſextus liber phyſicorum.

¶ Textus.

¶ Si autem eſt continuum ⁊ quod tangit ⁊ conſequenter: ſicut diffinitum eſt prius ⁊c.

¶ Lectio prima. ¶ Q̄ō prima.

HIc poſſet forte dubitare aliquis vtrum veritatem habeat ꝙ inter quelibet duo puncta media ſit linea: videtur eniꝫ ꝙ nō quia cum ſunt due linee contigue puncta extrema illarum duaruꝫ linearū ſunt ſic in vno ⁊ eodē ſitu ꝙ inter ipſa nihil cadit medium.

¶ Ad iſtam queſtionē eſt dicendū ꝙ puncta duobus modis poſſunt ſe habere vno quidem modo ita ꝙ ſint in eodem ſitu: ſicut ſe hn̄t vltima puncta contingētiū. Alio vero modo ſic ſe habere poſſunt ꝙ non in eodem ſitu ſunt: ſed ſit ordinatuꝫ ⁊ poſitū vnū poſt aliud. Et ſi habeat ſe quideꝫ primo modo nihil cadit medium inter ipſa: non tamē ex h̄ poteſt facere vllam magnitudinem: propter id ꝙ punctū ſupra pūctū poſitū nō reddit niſi pūctū: vnde ⁊ ſi omnia puncta ſic ſibi inuicem ſuperponantur reddere non poterūt quantitatē aliquā dimēſionis. Nā in qualibet dimenſione eſt vna pars poſita poſt aliam: ⁊ ab alia differens ſecūdū ſitū. Si aūt puncta ſe habeant ſecūdo modo, ita vꝫ ꝙ vnū ſit acceptuꝫ ⁊ poſitū poſt aliud: tūc aūt vnū ab alio diſtabit: itaꝙ non continget ipſuꝫ: aut ipſum tanget. Quod ſi ponatur vnū tangere alterū: cū pūctū non habeat parteꝫ ⁊ parteꝫ totū tanget totū: ⁊ erūt per conſequens ſic ambo in eodem ſitu ꝙ vnū nō erit in ſpatio ordinatuꝫ ⁊ poſitū poſt aliud. Si ergo debet eſſe vnū poſt aliud acceptū: oportet neceſſario ꝙ ſic diſtent a ſe inuicem ꝙ vnū ipſoꝝ alterū non tangat: ꝙ eſſe non pōt niſi cadat aliquid mediuꝫ inter ipſa: ꝙ oportet eſſe de neceſſitate diuiſibile: qꝛ ſi eſſet indiuiſibile fieret eadē queſtio que facta eſt de primis. Hoc aūt diuiſibile ꝙ cadit inter puncta vnum punctū habet ante ſe: vt principiū: ⁊ aliud habet poſt ſe: ſicut terminū. Quod autem per duo puncta terminatū eſt nos appellamus lineaꝫ. Patet igitur ꝙ neceſſario inter duo puncta: ſecūdo modo ſe habentia linea eſt media. Et ſic intelligit phus.

¶ Q̄ō ſecunda.

SEcundo poſſet forte dubitarı̄ aliquis vtruꝫ ex eo ꝙ modo declaratū eſt ſequatı̄ ꝙ puncta non ſint conſequenter ſe habētia: videtur eni ꝙ nō qꝛ non tollitur aliqua ɔ̄ñr ſe habere ex eo ꝙ inter ipſa cadit medium diuerſi generis: ſed linea videtur eſſe alterius generis a punctis: cum puncta ſint de genere indiuiſibiliū: ⁊ linea ſit de genere diuiſibilium. Nō igitur videtur tolli puncta ɔ̄ñr ſe habere per h̄ ꝙ linea cadit inter ipſa.

Ad iſtam q̄ōnem eſt dicendum ꝙ optime ex h̄ ſequitur ꝙ pūcta nō poſſint ɔ̄ñr ſe habere: cuius dclaratio ē qꝛ que ɔ̄ñr ſunt ita ordinata ſunt ꝙ vnuꝫ accipitı̄ poſt aliud: non intercidente medio aliquo eiuſdem generis: puncta aūt nō poſſunt ſic ordinata eſſe: vt vnū poſt aliud ſumatur non intercidente medio aliquo puncto. Cadit enim: vt oſtenſum eſt: linea media inter ipſa: linea vero in ſe continet infinita puncta: quia eſt in infinitum diuiſibilis: ⁊ omnis diuiſio ipſius fit in pūcto: vnde ſi inter duo puncta data cadit ſemper linea media: neceſſarium eſt ꝙ ſemper inter duo puncta poſt ſeinuicem accepta ſint infinita puncta. Et propterea impoſſibile eſt ipſa puncta ſe habere ɔ̄ñr. Nam ⁊ linea dici poteſt eſſe in eodem genere cum punctis: propter id ꝙ punctum eſt principium linee: ⁊ principiū reducitur ad genus cuius eſt principium.

¶ Textus.

¶ Eiuſdeꝫ aūt rationis eſt ⁊ magnitudineꝫ ⁊ tēpus ⁊ motū ex idiuiſibilibus cōponi ⁊c. ¶ Lectio ſcd̄a.

¶ Q̄ō tertia.

TErtio poſſet dubitare aliquis: vtrū verū ſit ꝙ ſola magnitudo ſpatij ſufficiat ad quantitatem motus: videtur eniꝫ ꝙ non qꝛ in tractatu de vacuo: ipſe dixit ꝙ motus in vacuo quantumcūꝗ magno ſi fieret in inſtanti fieret.

Ad iſtam q̄ōnem dicunt quidaꝫ ꝙ non ſufficit ſola magnitudo ſpatij ad h̄ ꝙ motus ſit in tempore: ſed exigitur vltra h̄ contraetiam diſpoſitio: vnde dicūt ꝙ phyloſophus h̄ ſumit magnitudinē pro magnitudine corporis naturalis: ⁊ non pro magnitudine ſpatij.

Sed iſta poſitio apparet euidenter eſſe falſa: ⁊ contra mentem Ariſto. Nam Ariſtot. ſic vult ex magnitudine ſup quā eſt motus contrarietateꝫ attendi neceſſario in motu: ꝙ ſi magnitudo eſt compoſita ex indiuiſibilibus vult ꝙ motus etiaꝫ ſit de neceſſitate ex indiuiſibilibus cōpoſitus. Et ſi magnitudo continua mot⁹ continuus Et ſi magnitudo diſcontinua vult ꝙ etiaꝫ motus ſit de neceſſitate diſcontinu⁹: h̄ aūt verificatur de magnitudine ſpatij: ⁊ non de magnitudine corporis naturalis: videmus eni ꝙ magnitudo aeris: ⁊ ſi ſit contigua: non tamen eſt cōtinua magnitudini ipſius aque. Et tamen iſta diſcontinuitate non obſtante: nos videm⁹ ꝙ ſi vn⁹ lapis cadat per aereꝫ vſꝗ ad ſuperficiem aque poſite ſb aere: ibi non quieſcet: nec motus eius diſcontinuabitı̄ ſed continuabitur donec veniat ad ſuperficieꝫ ipſi⁹ terre. Similiter aūt eſt ſi aliquis iuxta aquaꝫ ſtans ⁊ manu tenens baculū ipſum moueat per aerem ad aquā: ⁊ ibi non deſinat mouere: ſed continuet motionem baculi donec terraꝫ tangat: vnde patet manifeſte ꝙ motus non trahit continuitateꝫ: ex cōtinuitate que eſt in magnitudine ipſius ſpatij: ⁊ per conſequens ſecundū mētem Ariſto. ⁊ ſecundū veritatem dicere oportet ꝙ motus localis quantitatem trahat neceſſario ex magnitudine ipſius ſpatij. Naꝫ mobile ꝙ ſupra magnitudineꝫ ſpatij mouetur: non poteſt ſimul accipere duo ſpatia ſibi equalia: ſed prius accipit vnū ⁊ poſtea alterū: propter id ꝙ non poteſt eſſe ſimul vnuꝫ numero mobile in duobus ſpacijs ſibi equalibus. Totū etiam vnū ſpatiū equale ſibi nō accipit ſimul: ſed ſucceſſiue parteꝫ eius ſumendo poſt parteꝫ. Et ſi quideꝫ idiuiſibile foret id ꝙ accipitur de ſpatio: eſſet eius ſubita acceptio: qꝛ cū nō habeat partes: neceſſario eſt ꝙ ſtatim cum accipitur aliquid eius accipiatur totum. Subita vero acceptio dicitur mutatum eſſe. Et propterea ſi ſpatiū cuius partes accipiūtur per motuꝫ eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus: oporteret neceſſario motuꝫ compoſitum eſſe ex momentis: ⁊ ſi ſpacium quantitatem continuaꝫ habet: neceſſarium eſt: ⁊ motum quo talis quantitas accipitur quantitatem continuam habere.

¶ Ad argumentum

**Ad argumentum** ergo in contrarium dicendū eſt: ꝙ verbū phyloſophi intelligitur facta poſitione antiquorum: ꝙ̄ ipſe ibi reprobat ſecūdū ꝙ expoſuimus in tractatu de vacuo.

¶ Textus.

¶ Similiter aūt neceſſe eſt longitudini ⁊ motui indiuiſibile eſſe tempus ⁊c.

¶ Lectio tertia. ¶ Q̄ō prima.

**Hic poſſet** eſſe dubium vtruȝ verum ſit ꝙ omnis motus poteſt eſſe velocior ⁊ tardior: videtur enim ꝙ non: quia motus primi mobilis eſt ita velox ꝙ ipſe nullo alio motu eſſe poteſt tardior.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicenduȝ eſt ſꝫ Tho. ꝙ h̄ agit̄ de motu in cōmuni. Motui autem communiter ſumpto non repugnat velox ⁊ tardū: aut velocius ⁊ tardius q̄n potius ſūt proprietates quedā motū cōiter ſumptū conſequentes: ⁊ ideo Ariſto. dicit ꝙ omnis motus quātum ſcilȝ eſt de ratione motus poteſt eſſe velocior ⁊ tardior. Quod autem non poſſit eſſe aliquis tardior non eſt h̄ ratione motus cōmuniter ſumpti: ſed ratione applicationis facte ad mobilia aliq̄ certa ⁊ determinata.

**Commentator autem** Dicit ꝙ omnis motus eſt de numero continuorum: ⁊ velocitas in motu eſt ſimilis diuiſibilitati in cōtinuo. Quod quidē pro tanto veritatē habet: quia diuiſio cōtinui ponit diminutionem in quantitate eius: ⁊ velocitas motus diminuit in motu de quantitate temporis. Quēadmodū igitur diuiſibilitas in continuo procedit in īfinitū: ſiſr velocitas in motu: q̄m ſi velocitas finiretur in motu: ſecundū ꝙ eſt motus: eſſet poſſibile motuȝ fieri in inſtanti: tunc enim ſolū finiretur in motu ſecundum ꝙ eſt motus: quando tantam diminutionem temporis feciſſet ꝙ maior diminutio temporis intelligi non poſſet.

**Hoc autem ſtare** nō pōt: niſi poneretur quid indiuiſibile de tempore ꝙ tamē non eſt tempus. Omne. n. tempus: cum ſit continuum: diuiſibile eſt: ⁊ quolibet diuiſibili contingit dare aliquid minus: vnde manifeſtum eſt ꝙ ſi velocitas finiretur in motu: ſecundū ꝙ eſt motus: poſſibile eſſet motum in inſtanti fieri: ꝙ falſum eſt: ⁊ ſic propoſitio phyloſophi eſt poſſibilis per ſe: impoſſibilis vero eſt per accidens: quia inquantum accidit ſibi ꝙ ad materiam certam applicetur: h̄ autem ſolutio non differt in alio a precedēti: niſi ꝙ in iſta aſſignat̄ cauſa quare motui: ſecundū ꝙ motus: vel motui in ꝯmuni non repugnet velocius ⁊ tardius: que tamen non aſſignabatur in alia: loqui enim de motu: ſecūdū ꝙ eſt motus: ⁊ loqui de motu in cōmuni idem eſt.

**Quidam vero** Alij dicunt ꝙ dicere poſſumus ⁊ melius motum dupliciter conſiderari poſſe: quia vel ſecunduȝ ꝙ eſt de numero continuorum: ⁊ ſic eſt diuiſibilis in infinituȝ: nec ſibi repugnat velocius ⁊ tardius: vel etiam ſecundum ꝙ eſt quid naturale: ⁊ ſic nec motus eſt quid in infinitum diuiſibile: nec tempus: vnde dari poteſt h̄ mō tanta velocitas in motu ꝙ nō poterit dari maior.

**Sed licet iſti dicant** hanc ſuaȝ ſolutioneȝ eſſe alteram ab alijs ⁊ meliorem eis: tamen in rei veritate ipſa nihil dicit ꝙ non dicat ſolutio cōmentatoris. Dicit enim commentator ꝙ motus ſecundum ꝙ eſt de continuo: eſt diuiſibilis in infinitū. Quod auteȝ non ſemper poſſit diuidi accidit ei ſecundum ꝙ eſt in rebus naturalibus: h̄ autem nihil aliud eſt dictu ꝙ̄ dicere ꝙ motus: prout eſt continuus: eſt in infinitum diuiſibilis. Quantum autem ad eſſe naturale: ꝙ non habet niſi in rebus naturalibus: ſua diuiſio non poteſt procedere in infinitum. ¶ Ulterius autem quantum ad preſenteȝ locum: non ſolum non eſt melior: ſed nec etiam ita bona eſt h̄ ſolutio vt prima. Nā naturalis eſt qui h̄ facit hāc ſuppoſitionē ꝙ oīs mot⁹ eſſe poteſt velocior ⁊ tardior. Conſtat autem ꝙ ipſe de motu nō conſiderat: prout dicit ſimpliciter aliquid continuuȝ: ſed prout in materia naturali habet eſſe: Igitur motui etiā ſꝫ hūc modum quo accipitur a nāli oportet ꝙ nō repugnet velocius ⁊ tardius: ꝙ non aliter verū eſt niſi loquendo de motu in communi: non contracto ad motum alicuius certi ⁊ determinati mobilis: vn̄ ⁊ ipſi poſtea dicūt volētes oſ̄dere quomodo naturalis poſſit hanc ſuppoſitionē facere: ꝙ motui naturali ſecundum gen⁹ nō repugnat: ꝙ in infinitum velocitas ⁊ tarditas protēdatur: nec ſibi hoc repugnat ſecunduȝ ꝙ habet eſſe in corpore naturali cōmuniter ⁊ ſecundum genus ſumpto: ſed ſi repugnat ſibi: h̄ eſt in quantum contrahitur ad certam ſpeciem: ⁊ in quantū habet eſſe in aliquo corpore naturali certo ⁊ determinato. Manifeſtuȝ igitur eſt ꝙ ipſi ēt: vt fugiāt omnia dubia que poſſunt de h̄: eſſe oportet ꝙ dimittentes ſolutionem ſuam recurrant ad ſolutioneȝ. Tho. ⁊ h̄ per conſequens quamuis verbo vnum dicant facto tamen contrarium affirmant.

¶ Textus.

¶ Et ſi q̄ōcunq̧ īfinitū eſt ⁊ alteꝝ ⁊c. ⁊ eſt in lec. 4.

¶ Q̄ō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliquis dubitar̄ vtrū veritatē habeat: ꝙ tēpus ⁊ magnitudo ſic ſe quantum ad infinitatem conſecūtur: ꝙ ſi vnum eſt infinitū vltimis neceſſe eſt eſſe infinitū vltimis ⁊ reliquum. Uidetur enim ꝙ non quia ſecundum opinionem ipſius Ari. tempus eſt infinitū vltimis cū ſꝫ ipſuȝ nec penitus finiri poſſit nec potuerit penitus incipere. Et tamen ipſemet determinat ꝙ nulla magnitudo actu eſt infinita vltimis.

**Ad iſtam q̄ōnem** Eſt dicenduȝ ꝙ tempus infinitatem trahit ex infinitate motus. Motus auteȝ vnus ⁊ ꝯtinuus non eſt infinitus niſi propter infinitātē reiterationem. Naȝ licet motus circularis dicatur eſſe infinitus: eſt tamen quelibet vna circulatio finita. Infinitatem vero trahit ipſa circulatio ex ſua infinita reiteratione. Conſimili igit̄ modo ⁊ tempus reſpondens tn̄ circulationi eſt finitum: ſed ex infinita ſua reiteratione contrahit infinitateȝ: ⁊ ſimiliter etiam magnitudo: que tranſit in tempore vnius circulationis eſt finita. Sed cum talis circulatio ⁊ tale tempus infinities iterat̄: ipſa etiam magnitudo infinities accipitur: que infinities ſumpta reddit infinitam magnitudineȝ. Si autem tempus ſine vlla iteratione eſſet infinitum: ⁊ ſiſr mot⁹: oporteret ſtatim ⁊ magnitudineȝ ſimpliciter infinitā eſſe: ſuper q̄ꝫ fieret motus tempore infinito mēſuratus: vnde patet euidenter ꝙ tempus ⁊ magnitudo ſic ſe: quantum ad infinitatem: conſecuntur: ꝙ ſicut vnum ipſorum infinitū eſt: neceſſe eſt ꝙ etiam infinitū ſit etiam alterum.

¶ Textus.

¶ Neceſſe eſt autem ⁊ ipſum nunc q̄ō non ſm̄ alteruȝ ſed per ſe ⁊ primū ⁊c. ⁊ eſt in lectione quinta.

¶ Lectio tertia. ¶ Qō prima.

**H**Ic poſſz aliquis forte querere vtruz ex hoc ꝙ aliqd dicit̃ nunc ſecundum ſe: accipere poſſimus ꝙ ipſum ſit athomum vel indiuiſibile.

**Ad quod ſimpliciter** Dicendum eſt ꝙ ſic: cuius declaratio eſt: quia vt diximus in q̃rto aliter habent eſſe permanentia: ⁊ aliter eſſe habent ſucceſſiua. Nam permanentia eſſe habent in ſimultate partium: ita ſcilicet ꝙ dum eſt preſens vna pars ipſorū eſt etiam preſens ⁊ alia: ſed tamen ħ eſt contra ratonē ſucceſſiuorum: vnde vt ſupra dictū eſt dum vna pars ſucceſſiuorum preſens eſt: nullo modo alia preſens eſſe pōt. Nunc autem ⁊ preſens idem ſonat ſecundū rōnē: ⁊ ſecundum ſe: nunc eſt ſecundū ſe preſens: ſed ſecunduz ſe preſens de tempore non poteſt eſſe diuiſibile: propter ea que modo diximus. Quod eniz eſt diuiſibile de tempore tempus eſt. Non poteſt autez: nec tempus: nec aliud vlluz diuiſibile ſecundū ſe preſens eſſe: niſi inſimul preſentes ſint ⁊ omnes partes eius. Hoc autem vt dictum eſt: contra rationez temporis ⁊ omniū ſucceſſiuorū eſt: ⁊ per conſequens neceſſariū ꝙ quicquid dicitur de tempore ſecundū ſe nūc: ⁊ ſecundū ſe preſens: ſit quicquid īdiuiſibile eo ipſo quo ſꝫ ſe nūc vel preſens eſt. Hoc etiā ex eo apparet ꝙ nūc id dicitur in quo initiatur diuiditur aut terminatur tempus: ⁊ per conſequēs in eo ꝙ eſt ſecundū ſe nūc ſecūdū ſe initiatur tempus. In eo autez quodcūqꝫ tempus ſecūdū ſe initiatur: in quo initiatur primo: qꝛ ꝙ alicui conuenit ſecunduz ꝙ ipſum ſibi primo conuenit. In nullo autem diuiſibili tempus initiatur primo: propter id ꝙ ipſum etiam diuiſibile neceſſario eſt habens initiari rationē. Et nihil ꝙ initiatuz eſt habere poteſt rationem initiantis ꝑmo: neceſſario qd indiuiſibile eſt id ꝙ primo ⁊ ſecundum ſe ⁊ non alteriꝰ gratia habet initiare tempus: patet igitur quomodo ſtatim cum aliquid dicitur eſſe ſecundum ſe nunc: concluditur ꝙ ipſum ſit indiuiſibile.

¶ Qō ſecunda.

**S**Ecundo poſſet forte aliquis dubitare quomodo veritatem habeat ꝙ ħ dicit commentator: vꝫ ꝙ ſcire inſtans inter preteritū ⁊ futuꝝ eſſe vnū: ⁊ ſcire ipſuz eſſe indiuiſibile eſt in eodem ordine.

**Ad hoc autem** Ipſemet cōmentator reſpondet ſubiūgens Indiuiſibile enim non continuatur cum indiuiſibili: nec eſt pars continui. ¶ Ad cuius ſolutionis intelligētiam conſiderandum eſt ꝙ inter preteritum ⁊ futuruz nullum tempus cadit medium: cum ipſa ſint ꝯñr ſe habentia. Si ergo nunc indiuiſibile ponatur ⁊ dicatur inter preteritum ⁊ futurum eſſe duo nūc: vnū quidez prius ⁊ aliud poſterius: ſequet̃ ꝙ duo indiuiſibilia ſe ꝯñr habeant. Non enim inter ipſa cadit tempus mediū: qꝛ preteritū ⁊ futurū tempus dictū eſt: non eſſe tēpus medium. Immediate ergo vnū nūc indiuiſibile aliud cōſequeretur: ⁊ per conſequens tempus ꝙ eſt continuum ex ipſis nūc indiuiſibilibus cōponi poſſet: ⁊ indiuiſibile eſſe poſſet pars cōtinui: ꝙ eſt totū impoſſibile. Patet igitur ꝙ ſcito ipſum nūc eſſe indiuiſibile ſcimus ſtatiz ꝙ vnū tantū nūc eſt inter preteritū ⁊ futurū ⁊ non plura. Hanc ergo declarationez dare voluit commentator quando dixit ꝙ indiuiſibile non continuatur cuz indiuiſibili: nec ē ꝑs continui. Quod autem ſcito eſſe vnum nunc inter futurū tempus ⁊ preteritū: ſciamus ipſum eſſe indiuiſibile non ita declarauit: qꝛ ⁊ ſatis notū eſt ⁊ ſatis accipi poterat ex commento ſuper iſtū textuz facto. Nam ſi eſſet diuiſibile haberet partes plures: vnaz quidem propinquiorez tempori preterito: ⁊ aliam proximiorem tempori futuro. Et propinquior tempori preterito poneret nūc preteritū reſpectu propinquioris tēpori futuro. Et propinquior tēpori futuro poneret nūc futurū reſpectu propinquioris tempori preterito. Duz enim prius preſens eſt poſterius non preſens eſt: ſed futurum eſt. Alias enim ſimul eſſent ⁊ non ħ quidem prius ħ aūt poſterius. Secundū ħ igitur nūc ꝙ ponebat̃ vnū eſſe multa erit ⁊ non vnum: vnde patet ꝙ ſcito ⁊ dato inter preteritū ⁊ futurū eſſe tantū vnum nūc: ſcimus ſtatim ꝙ inter ipſa cadit quid indiuiſibile. Optime itaqꝫ dictum eſt ꝙ ſcire inſtans inter preteritū ⁊ futurum eſſe vnuz: ⁊ ſcire ipſum eſſe indiuiſibile eſt in eodem ordine.

¶ Textus.)

¶ Eſt. n. aliqd vltimū eius quod factū eſt ⁊c.

¶ Qō tertia.

**T**Ertio poſſz aliquis dubitare d̃ phyloſophi demōſtratione q̃ adducit ad probādū ꝙ nullū indiuiſibile mutatur: videtur enim ſua ratio non valere. Nam in ea aſſumitur ꝙ nihil mutatur dum eſt in termino ad quē. Hoc aūt in his veritatez habet in quibus mutari differt a mutato eſſe. Sed in illis in quibꝰ mutari a mutato eſſe realiter non differt: non habet veritatem: qꝛ enim ſecūdū rem idem eſt illuminari ⁊ illuminatū eſſe. Aer cū illuminatur: tunc illuminatus eſt. ⁊ quia tunc mobile mutatū eſt: dum eſt in termino ad quem: ſequitur ꝙ in talibus ipꝫ mobile mutatur tūc cum primo eſt in termino ad quem. Non videtur ergo ratio phyloſophi eſſe efficax ad probandū omne mobile eſſe diuiſibile.

**Ad iſtam q̃ōnem** Dicunt quidā ꝑpter aſſignatam modo rationē: ꝙ phyloſophus arguit illud ꝙ mutat̃ eſſe diuiſibile prout mutari diſtinguitur a mutato eſſe: vnde non loquitur phyloſophus de demonſtratione in qua non differūt mutari a mutato eſſe. ¶ Sed ſi diligenter attendamus intentionem Ariſt. ſatis euidenter cognoſcemus ꝙ de omni mutatione dicere intendit ꝙ nullū indiuiſibile mutatur. Si eniz ſua intentio fuiſſet ħ arguere ſolū d̃ eo ꝙ mutatur mutatione que eſt motus: rationabilius fuiſſet dicere oē ꝙ mouetur q̃ omne ꝙ mutatur: quia mutatio ſe habet in plus q̃ motus per ħ igitur ꝙ ipſe non dixit oē ꝙ mouetur: ſꝫ omne ꝙ mutatur: dedit apte intelligere intentionem ſuam eſſe de omni eo ꝙ mutatur: ſed aliquā mutationis ſpeciem arguere: ꝙ oportet ipſuz eſſe diuiſibile. Naz ⁊ intentio ſua eſt ꝙ mutatuz eſſe ſit terminus alicuius motus: vnde ſi oē ꝙ mouetur probatur eē diuiſibile: probatur tūc neceſſario omne ꝙ mutatur eſſe diuiſibile: ſiue eius mutatio differat a mutato eſſe ſiue non differat. Si enim a mutato eſſe non differt erit terminus alicuius precedētis motus: ſicut ⁊ mutatū eſſe terminus eſt motꝰ.

**Dicendum eſt igitur** Quod ōmnimo ratione tenet ratio phyloſophi. ¶ Ad cuius intelligentiā conſiderandum eſt ꝙ mutari duo reſpicit: quia terminū a quo receditur: ⁊ terminū ad quē acceditur. Cū autez abijcitur terminus a quo: abijciūtur ⁊ annexa ſibi: que ſine ipſo eſſe non poſſunt in ſubiecto. Similiter etiam

etiam cum accipitur terminus ad quem: accipiunt̃ ⁊ anneҳa ſibi: ſine quibus ipſe in ſuſceptiuo fieri non poteſt. Si ergo illud ꝙ mutatur ita ſe habeat ꝙ totum ⁊ totaliter ſtet in termino a quo: ⁊ in his que ſibi ſunt anneҳa: pꝫ ꝙ tūc non mutatur: qꝛ mutari eſt recedere ab aliquo. Non poteſt autem aliquid ſimul ſtare totaliter in aliquo ⁊ recedere ab ipſo: vnde id ꝙ totū ⁊ totaliter ſtat in termino a quo: ⁊ in anneҳis ſibi: non poteſt dici reſpectu talis termini tunc mutari. Si etiam h̄ taliter ſe habeat ꝙ ſecundum ſe totū: ⁊ totaliter: ſtet in termino ad quem: ⁊ in his que ſibi ſunt anneҳa: dici quidem tunc poterit mutatū eſſe: ſed non dicet̃ loquēdo ꝓprie mutari: cū mutari dicat aliqd tēdere i aliqd. Nihil aūt ꝓprie loquendo in id tendit ⁊ vadit ꝙ iā habet: ſed dici poteſt in hoc iuiſſe vel mutatuꝫ eſſe. Quod ſi aliquid in h̄ mutatū eſt ⁊ iuit: oportet ꝙ prius in hoc venerit ⁊ mutetur: ſicut in principio huius ſexti dixit Ariſto. Patet igit̃ ꝙ neqꝫ cū aliquid totū ⁊ totaliter eſt in termino a quo: ⁊ in anneҳis ſibi: neqꝫ cū ſimili modo ē in termino ad quē: proprie dicitur mutari: ſed mutatū eē. Proprie ergo tūc ſolū aliqd mutatur cuꝫ partim eſt in termino a quo ⁊ partim eſt in termino ad quē: verū eſt aūt ꝙ h̄ non verificat̃ ſimiliter in omnibus: ſicut dicit ſ. Tho. ſed in aliquibus id ꝙ mutatur dicitur partim eſſe in vno termino ⁊ partim in alio: ratione ipſoruꝫ terminorum principaliū. In aliqbus vero hoc verificat̃ ratione eorum que ſūt illis terminis anneҳa: ſicut maxime in ſubſtantialibus apparet: patet igitur ꝙ ſecundū oēm mutationem propriaꝫ eſt verum ꝙ id mutatur partim eſſe in termino a quo ⁊ partim eſſe in termino ad quē dū oē proprie mutatur: ⁊ per conſequens ꝙ mutatur oportet eſſe diuiſibile. ¶ Sed dicit forte aliqs h̄ eſſe contra id ꝙ ſupra diximus generationem eſſe mutationem ſine incluſione etiaꝫ motus precedentis: h̄. n. non videtur poſſe ſtare ſi generatio non proprie dicitur mutatio ſecundū ꝙ non differt a mutato eſſe. ¶ Et idcirco conſiderādū eſt ꝙ mutatio in ratione propria duos terminos includit: qꝛ terminū a quo ⁊ terminuꝫ ad quē: ⁊ generatio quidem ſumpta prout in ratione: ⁊ ſecundū ratione: diſtinguitur a motu claudit illos duos terminos ſine incluſione illoꝝ que eis ſunt anneҳa. Secundū tamen fieri ⁊ eſſe claudit de neceſſitate illos terminos ⁊ anneҳa eis: propter id ꝙ ſicut illi termini induci ⁊ abijci non poſſunt niſi inducantur ⁊ abijciantur que ſunt anneҳa ſibi: ſic etiam in eis eſſe ⁊ fieri mutatio non poteſt niſi mutatio fiat in anneҳis. Et quia mutari proprie dicit̃ eſſe ⁊ fieri mutationis ⁊ non mutationeꝫ: ſecūdū ꝙ eſt in conſideratione rationis: ⁊ idcirco dicimus ꝙ non proprie mutatur aliqd ſecundū illū terminū: niſi mutetur ēt ſecunduꝫ ea que ſibi ſunt anneҳa quo quidem mō neceſſario mutari differt a mutato eē: ſicut pꝫ intuētibus: vnde appet rn̄ſio ad argumētum.

¶ Textus.

¶ Quod mutat̃ aūt omne: neceſſe eſt diuiſibile eſſe ⁊c.

¶ Qō quarta.

Sed tunc quarto ſtatim conſurgit maior dubitatio: non enim videtur ſecundū predicta concludi ꝙ ipſum mobile ſit diuiſibile ſecundū quantitatē ſꝫ ſecundū formā tātuꝫ quia per h̄ ꝙ aliquid partiꝫ eſt in termino a quo: ⁊ partim eſt in termino ad quem: ſequitur ꝙ ipſi termini partem habeant ⁊ partem. Ex diuiſibilitate aūt terminorum non poteſt concludi ꝙ ſubiectum ſit ſecundum dimenſionem diuiſibile: ſed ſolū ſecūdū formam ſiue ſecūdum terminos formales ſibi aduenientes. Non igit̃ ſꝫ h̄ concluditur per demonſtrationem Ariſto. ꝙ indiuiſibile ſecūdū quantitatem non ſit mobile.

Ad iſtam qōnem Dicunt quidā ꝙ Ariſto. intendit oſtendere ipſum mobile eſſe diuiſibile: vnde oportet ꝙ ꝑtim eſſe in h ⁊ ꝑtim in illo accipiatur ſecundum ꝑtes mobilis: que ſunt partes quantitatiue.

Sed alij dicunt iſtam rationem non concludere. propter id ꝙ non omnis diuiſio ſubiecti eſt ſecūduꝫ partes quātitatiuas: ſed eſt ēt qdā alia ſecundū partes formales. Dicūt ergo ꝙ cū queritur vtrū predicte partes accipiēde ſint ſecūdū quantitatē vel ſecūdū formam. Reſpondēdū eſt ꝙ in aliquo motu ſumende ſunt ſecunduꝫ formam: ⁊ in aliquo ſecundū quantitatē. Et intentio quidem Ariſto. eſt principaliter oſtendere mobile eſſe diuiſibile ſecundū quantitatē: ꝙ ⁊ pro tanto ſecunduꝫ iſtos ſequitur ex ratione eius: qꝛ ſicut omnes alij motus preſuppoṅūt motū localē: ſic etiam ⁊ partes forme preſupponunt ⁊ partes magnitudinis in ſubiecto.

Sed ſi iſta ſubtiliter Cōſiderētur: apparet euidenter ꝙ non ſunt omnino bene dicta. Cōtingit enim dare in aliquo ſubiecto partes formales: abſqꝫ eo ꝙ in ipſo dentur partes dimenſiue quātitatis: ſicut patet manifeſte de ſuſceptiuo ſcientie. Contingit eni in intellectu eſſe ſcientiaꝫ maioreꝫ ⁊ minoreꝫ: ꝙ eſſe non poſſet niſi daretur ſiue dare cōtingeret i ipſo diuerſas partes formales ſicuti partem ſcientie ⁊ partem. Et tamen propter iſtas partes formales: nō poſſumus dare in intellectu partes magnitudinis: immo quantuꝫ ad h̄ ſimplex eſt ⁊ indiuiſibilis. Quāuis igit̃ ratio Ariſto. principaliter de eo ꝙ mouetur ſecundum locum concludat ipſum eſſe diuiſibile ſecūdū quantitatē: non tamen veꝝ eſt ꝙ h̄ ideo concludat̃ ſecundario de illis que mouent̃ ſecūdū formam: qꝛ partes formales preſupponunt in ſubiecto partes quantitatis: ſicut iſti dicūt: neqꝫ ꝓpter tales partes concludere poteſt demonſtratio Ariſto. ꝙ mobile diuiſibile ſit ſecundū quantitatem: ꝙ tn̄ vt etiaꝫ iſti confitentur ipſe intendit principaliter concludere immo ſi h̄ directe debeat concludi: oportet ꝙ accipiatur mobile partim eſſe in h̄ ⁊ partim eſſe in illo: ſecundum partes quātitatis: ꝙ non verificatur per ſe niſi de eo ꝙ localiter mouetur: vnde ⁊ de h̄ principaliter ratio Ari. concludit: ⁊ de alijs concludit ſecūdario: ⁊ ex ꝯñti.

Ad cuius intelligentiam conſiderandum eſt ꝙ in omnibus motibus cōmune eſt vt illud ꝙ mouet̃ partim habeat de termino a quo: ⁊ partim habeat de termino ad quem. Non enim mouetur niſi continue ſumendo terminū ad quem: ⁊ dimittendo terminum a quo: quando aūt habetur terminus ad quem totus: non eſt veꝝ dicere ꝙ tūc fiat continua acceptio: ſiue ꝙ continuetur acceptio ipſius: ſed magis tunc finita eſt. Et idcirco tunc mobile non mouetur: ſꝫ mutatū eſt. Mouetur ergo cū partiꝫ habet de termino ad quem. Et quia cū aliquid accipitur de termino ad quem: abijcitur de neceſſitate aliquid de termino a quo propter id ꝙ ſunt termini oppoſiti: patet euidenter ꝙ ſicut illud ꝙ mouetur dum mouet̃ partim tantum habet de termino ad quem: ſic etiam partim tantum habet de termino a quo: veꝝ eſt autem ꝙ ſꝫ in omnibus motibus h̄ communiter inueniatur. Differentia tamē quedā inuenitur inter motū localem ⁊ alios. Nam in motu locali illud aliquid ꝙ habetur de termino a quo: ⁊ illud aliquid ꝙ habet̃ de termino vel de loco ad quē

non conuenit ipſi mobili ſecūdum ſe totum ſimul vtrū
ꝙ. Sed vnum illorum ſibi conuenit ſecundum vnam
eius partem : ⁊ aliud ſecundum aliaz. Et rō eſt quia ſi
pars retenta de loco a quo mobili ſecundum totum cō
ueniret: ⁊ ſimiliter pars accepta ꝺ loco ad quē eſſet tūc
mobile ſecundum ſe totum ſimul in vna parte ſpatij:
⁊ ſecundū ſe totum in alia: ⁊ per conſequens ſimul to
tum eſſet in duobꝰ locis : ꝙ eſt impoſſibile. Neceſſariū
itaqꝫ eſt ħ contingere in motu locali: vt illud ꝙ moueť
dum mouetur ſecundum vnam ſui partem partim ha
beat de loco a quo: ⁊ ſecundum aliam partem ſui par
tim habeat de loco ad quem: ex quo euidenter patet ꝙ
eo ipſo quo mobile localiter dum mouetur partim eſt
in termino a quo ⁊ partim eſt in termino ad quē: cōclu
di poteſt directiſſime ipſuz eſſe diuiſibile ſecundū quā
titatem. Sed de eo ꝙ motu alterationis mouetur: non
ſic eſt ſicut patet de motu qui vertitur inter oppoſitos
colores. Non enim neceſſarium eſt illud aliquid ꝙ ha
betur de vno colore oppoſito eſſe in vna parte ſubiecti
⁊ ꝙ habetur de alio eſſe in alia parte ipſius : immo
magis vtraqꝫ ħ ſimul ſunt in vna ⁊ eadez parte ſubie
cti: ⁊ pari ratione eē poſſunt ſimul in toto ſubiecto. Nā
in palido eſt aliquid de albo ⁊ aliquid de nigro. Et cū
ſubiectum eſt in toto paliduz ſunt ſimul in toto illa am
bo. Non poſſumus igitur dicere ꝙ mobile dum moue
tur: tali motu ſecundum vnam ſui partem habeat id
ꝙ tenet de termino a quo: ⁊ ſecundum aliaz ſui partez
habeat id quod ſumpſit de termino ad quem: immo
poteſt eſſe ꝙ vtrumqꝫ habeat per totum : ⁊ propterea
per iſtam rationem non poſſumus concludere directe
tale mobile ſecundum quantitatem eſſe diuiſibile. Sz
quamuis ħ non poſſimus concludere primo ⁊ directe
poſſumus tamen concludere ſecundario ⁊ ex conſequē
ti: non quidem probando primo tale mobile eſſe diuiſi
bile ſecundum partes forme: ⁊ ex ħ concludendo ipſuz
eſſe diuiſibile ſecundum partes quantitatis : ſicut illi
faciebant. Tales enim partes forme que ex motu argu
untur non ſunt partes ſecundum extenſionem ſed ſecū
dum intenſionem. Et licet ex partibus forme ſecundū
extenſionem poſſimus arguere partes quantitatis in
ſubiecto: non tamen hoc poſſumus facere ex partibus
forme ſecundum intenſionem. Non itaqꝫ illo modo de
bemus ħ concludere: ſed magis ſecundum modum tra
ditum a nobis: probando ſcilicet primo omne ꝙ locali
ter mouetur eſſe diuiſibile ſecundum quantitatem: ⁊ in
de concludendo omne mobile eſſe ſecundum quanti
tatem diuiſibile propter id ꝙ omne mobile alijs moti
bus eſt mobile localiter: cum motus localis ſit primus
omnium motuum.

**Eſt autem attendenduz**
ꝙ etiam in motu alterationis contingit ⁊ ſi nō neceſſa
rio vt ꝑus alteretur vna pars ⁊ poſtea alia. Quod eti
az de alterabili eſt proximius alteranti fortius ab ipſo
immutať: ita ꝙ etiam ſecunduz ħ vt dicit Tho. ħ inue
nitur quedam partium ſucceſſio in alteratione. Nam
pars proximior: quia fortius ⁊ magis immutatur dici
poteſt ſtare ī termino ad quē : reſpectu partis magis di
ſtantis a que debilius ⁊ minus imutato ſtat quodā mo
do in termino a quo: patet igitur quid dicendum ſit de
phyloſophi demonſtratione.

¶ Qō quinta.

**S**ed tunc quinto Pro
pter
quedā iam dicta aliquis forte dubitaret:
vtrum id ꝙ eſt indiuiſibile ſecundum quā
titatem: ⁊ diuiſibile ſcđm formaz: ſit mutabile: videť enī
ꝙ ſic: quia tunc aliquid diciť mutari cū recedēdo ſucceſ
ſiue ab vno: partim eſt in vno ⁊ partim eſt in alio. Sed
intellectus qui eſt indiuiſibilis ſecundum quantitatez
ſic ſe habere poteſt. Cuz enim recedit ſucceſſiue ab igno
rantia ⁊ accedit ad ſcientiam: partim habet de ignorā
tia ⁊ partim hꝫ de ſcientia: videť igitur ꝙ tūc mutetur

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicenduz ꝙ
non obſtante pre
dicto modo ſumendi ſcientiaz: ipſe intellectus non pro
prie mutatur: huius autem ratio in ſequenti libro. vij.
ponitur ab Ariſto. Ait enim ipſe ibi ꝙ ſcientia eſt maxi
me ad aliquid: declaratū eſt autem in quinto ꝙ in ad
aliquid per ſe non eſt motus: ſeq tn̄ poteſt motū in alio
aliquo abſoluto factū: igitur ſecūdū ſcientiaz non eſt ꝑ
ſe motus nec mutatio: lꝫ ſequi poſſit motū aliquē factū
nō in intellectu: ſed in parte ſenſitiua. ¶ Ait eniz ibi Ari
ſto. ꝙ ſciens ⁊ prudens fit anima per reſidētiaz ⁊ quie
tationem motuū ⁊ per turbationuz. Quod autem ad
uenit per reſidentiam ⁊ quietationē talem: hoc non ad
uenit per motū. Quantumcūqꝫ itaqꝫ ſcientia vel ſimul
vel ſucceſſiue intellectui nouiter adueniat: non tn̄ ideo
concludi poteſt ꝙ intellectus ſit proprie mutabilis. Nā
ꝙ ſucceſſiue ſibi ſcientia adueniat cōtingere poteſt: pro
pter ſucceſſiuam quietationem perturbationuz que ſūt
in parte ſenſitiua. Quomodo autem iſte due rationes
ſint intelligende in ſeptimo deo ꝓcedēte oſtendetur.

**Ad argumentum** Ergo in con
trarium dicē
dum eſt ꝙ quātumcūqꝫ aliquid ſucceſſiue recedat a pri
uatione ⁊ accipiat formaz: niſi tamen forma ſit talis ꝙ
ſecundum eā poſſit eſſe motus: il ud propter ħ dici non
poterit proprie mutari: ⁊ ita declarauimus eſſe in pro
poſito: quia oſtendimus ꝙ ſecundum ſcientiam proprie
non poteſt motus eſſe.

¶ Qō ſexta.

**S**exto adhuc De hac eadem
materia poſſet
dubitare aliquis: qꝛ materia ſuſcipit for
mam ſubſtantialem ante formaz qualibꝫ
accidentalē: quomodo ipſa eſt indiuiſibi
lis. Non eſt enim diuiſibilis niſi per quantitatem. Cū
igitur ipſa mutetur de vna forma ſubſtantiali in ali
am: videtur ꝙ indiuiſibile mutari poſſit.

**Ad iſtam qōnem** Dicendum eſt
ꝙ materia non
mutatur de vna forma ſubſtātiali in aliaz: niſi preſup
poſita alteratione in qualitatibus conſequentibus for
mas illas. Talis autez alteratio non ſit in materia: ni
ſi preſuppoſita quantitat: in ipſa: ⁊ per conſequens di
uiſibilitate: eo igitur ipſo quo materia nō mutať de for
ma in formam: niſi mutetur de qualitatibus in contra
rias qualitates: quomodo eſt quanta ⁊ diuiſibilis dici
cōuenienter poteſt qꝺ oē qꝺ mutatur eſt diuiſibile: naz
⁊ ſupra dictū eſt qꝺ in mutatione de forma ſubſtantia
li in formam ſubſtantialez id qꝺ mutatur partim dici
tur eſſe in termino a quo: ⁊ partim in termino ad quez
ratione eoruz que ipſis formis ſubſtantialibus ſunt an
nexa. ¶ Poteſt autem ſecundū quoſdam ad dictaz qō
nem: ⁊ aliter reſponderi: vt dicatur qꝺ forma ſubſtan
tialis recipitur quidem bene in materia ante quantita
tem terminatā: ſed tamen preſupponit in ea quantita
tē interminatā. Et ex ipſa hac quantitate materia ſoo
modo diuiſibilitatem contrahit: ſed iſta reſponſio tan
git vnam maiorem difficultatem ꝗ̄ ſit difficultas que
ſtionis preſentis: ⁊ idcirco de ipſa non multuz curamꝰ
ad preſens

ad preſens:pro tanto autem eã nunc introduximus:vt percipiatur qualiter ex hoc loco trahi poteſt argumentum ad probandum qḋ dimenſiones interminate precedunt in materia formam ſubſtantialem.

℄ Textus.

℄ Motus autem eſt diuiſibilis dupliciter vno quidez modo tempore ⁊c.

℄ Lectio ſexta. ℄ Qō prima.

**Hic poſſet** dubitare aliquis vtrum motus diuidatur ſecūdū diuiſionem mobilis: videtur enim ꝙ nō:quia cū diuiſibilitas debeatur quantitati:penes id attendi debet cuiuſlibet diuiſio: penes qḋ attēditur quantitas ipſius. Quātitas autem motus videtur attendi penes quantitatez magnitudinis: ⁊ non penes quantitatez mobilis: vnde ⁊ in quarto dictum fuit qḋ motus continuitatez accipit a magnitudine. Penes igitur magnitudinis: ⁊ non penes diuiſionē mobilis ſumēda eſt diuiſio mot⁹.

**Ad iſtam qōnem** dicendū eſt ꝙ neceſſario motus diuiditur ad diuiſionez mobilis:cuius ratio eſt:qꝛ accidens materiale cum ſequatur materie cōditiones neceſſario coextenditur ſubiecto. Motus autem accidens materiale eſt:vnde etiam non mouentur niſi habentia materiam. Neceſſarium eſt igitur ꝙ motus coextendatur enti mobili:ꝙ eſt ſubiectum eius. Quicqd aūt coextenditur alicui neceſſario diuiditur ad diuiſionem eius:quemadmodum albedo que coextenditur ſuperficiei diuiditur omnino cum diuiditur ipſa ſuperficies. Similiter itaqꝫ neceſſarium eſt ꝙ motus diuidatur ad diuiſionem mobilis.

**Ad argumentum** Ergo in cōtrarium dicendū eſt ꝙ motus non ſolum trahit quantitatem a magnitudine ſpatij:ſed etiam a quantitate mobilis cui coextenditur. Eſt tamen differentia inter has duas quantitates motus:quia quātitas quā motus trahit a magnitudine ſpatij:non ſimul accipitur:ſed ſucceſſiue: ⁊ ſecundum hanc quantitatem attenditur etiam quantitas temporis:ꝙ habet eſſe ſucceſſiuū. Quantitas vero quā motus trahit a mobili tota ſimul ponit̄: ꝓpter id qḋ in ſimul moueṫ totū cū oībus partibus ſuis.

℄ Qō ſecunda.

**Secundo** propter mō dicta poſſet ⁊ dubitare aliquis: qꝛ non videtur neceſſarium ꝙ accidens ⁊ forma materialis coextendantur proprio ſubiecto. Nam anima rationalis:cum ſit perfectio corporis:forma materialis eſt: ⁊ tamen corpori aut materie non inuenitur coextendi.

**Ad iſtam qōnem** dicendū eſt ꝙ illam formaz hͣ dicimus materialem:quā totaliter cōprehendit capacitas materie:talis enim forma ex quo capacitatem materie non tranſcendit:ſed ſibi eſt ſubiecta : neceſſario eſt ſubdita legibus ſuis. Et propterea etiaz ſibi neceſſario coextenditur. Sed anima rationalis non taliter ſe habet: non enim eaz totaliter comprehēdit capacitas materie:qḋ quidez ex hͣ pꝫ:qꝛ ipſaz cōſequitur intellectiua virtus ad quā capiendā ipſa materia pertingere nō poteſt:licet pertingat ad capiendaz viz ſenſitiuā ⁊ viz vegetatiuā. Quia ergo capacitas materie tranſcendit̄ ab anima rationali:non pōt eēntia rationalis anime ſubdita legibus ipſius eſſe:ſed magis libera eſt ab eis. Et hinc eſt ꝙ talis anime eſſentia non extendit̄ extenſione materie vel corporis:vt dicatur ꝙ vna pars talis eſſentie eſt in vna parte corporis: ⁊ alia in alia parte:ſicut cōtingit in formis que ſubdite ſunt legibus materie : ſed magis de neceſſitate tota eſſentia anime eſt in toto corpore: ⁊ tota eſt in qualibet parte eius: verūtamen quia predicta anima quo ad ſuas potentias vegetatiuas ⁊ ſenſitiuas clauditur in materie capacitate : neceſſarium eſt ꝙ quantum ad has vires ſubdita ſit legibus materie: vnde ⁊ pro tanto dicte potentie coextenduntur organis ⁊ corrūpūtur ad corruptionez organoꝝ:ſed de his magis ſufficienter pertinet determinare ad librū de anima: vbi ⁊ habet declarari propter quid contingit ꝙ quibuſdaz organis diuiſis non manent ipſorum potentie in organoꝝ partibus diuiſe:ſed totaliter corrūpuntur. Ad preſens autem ſufficiat ſcire ꝙ forma ꝗ tota ⁊ totaliter infra capacitatē māe cōcludit̄ :coextēditur ſibi neceſſario: ⁊ diuiditur ad diuiſionem eius.

℄ Textus.

℄ Quoniā aūt omne quod moueṫ in aliquo moueṫ ⁊c.

℄ Qō tertia.

**Tertio dubitaret** aliquis de hec ꝙ phyloſophus hͣ dicit eaſdē eſſe diuiſiones motus ⁊ ipſi⁹ moueri:ac ſi iſta eſſent diuerſa:cū tamen idē videant̄ eſſe.

**Ad iſtam qōnem** dicit̄ ꝙ eo modo loquendum eſt de motu reſpectu mobilis:quo loquimur de albedine reſpectu ſuperficiei. Nūc aūt ſic eſt ꝙ licet albedo extenſionem habeat a ſuperficie. Alia tamen eſt extenſio albedinis ⁊ alia ſuperficiei: cū alias ptes habeat ſupficies: ⁊ alias partes habeat ipſa albedo. Et vtroqꝫ quidem modo poſſet quis conſiderare albedinis diuiſionē. Eſt enim aliquo modo alia diuiſio hͣ ⁊ illa ſicut ⁊ extenſio. Aliud ē enī cōſiderare albedinez eſſe magnaz:qꝛ ſupficies in qua exiſtit ē magna: ⁊ aliud ē cōſiderari eā magnā:quia extenſio ſua propria eſt magna. Et propterea alia eſt diuiſio albedinis conſiderata ſecūdū extenſionē iſtaz: ⁊ diuiſio albedinis conſiderata ſecundū extenſionez illaz. Conſimiliter etiaz de motu intelligendum eſt. Eſt enim quodāmodo alia quantitas mobilis : ⁊ alia quantitas motus:quāuis hec ſequatur illam. Et eodez modo alia eſt diuiſio motus ſecundū quantitatem propriaz: ⁊ aliaz ſecundū quantitatē mobilis. Vult ergo dicere phyloſophus:ſecūdū iſtos : ꝙ motus diuidiur ſecundū moueri.i. ſecundū propriā quantitatez. Sed ſi bene attendamus ad ipſa verba Ariſt. de facili apparet qḋ iſta non ſunt ad propoſitū. Enumerat eniz phyloſophus diuerſa diuiſibilia:quoꝝ dicit eaſdez diuiſiones eē:ſic dicēs. Neceſſe eſt eaſdez diuiſiones eſſe temporis ⁊ motus ipſius moueri ⁊ ꝙ mouetur: ⁊ in quo eſt mot⁹ vnde non dicit hͣ quot modis diuiditur motus directe ſed quot ſunt illa que ſe ſe in diuiſione cōſequūtur:ſicut etiaz manifeſte per totaz eius ſequentē ſniam apparet: vñ ⁊ accipit motū ⁊ moueri tanꝗ duo diuiſibilia : quoruz vnū diuiditur ſecūdū diuiſionē alterius : ⁊ propterea nihil eſt dicere ꝙ motus diuiditur ſecūduz moueri ideſt ſecūdū propriā quantitatez:imo intentio phyloſophi eſt ꝙ quantitas motus diuidatur ſecūdū ꝙ diuiditur quantitas ipſius moueri: ⁊ econuerſo ꝙ quantitas ipſius moueri diuidatur ſecundum ꝙ diuiditur quantitas motus:quemadmodū etiam de tempore ⁊ motu dictum eſt ſe habere. Et propterea quāuis alia ſit extenſio albedinis ⁊ alia extenſio ſuperficiei: ⁊ alie etiā partes hui⁹ ꝑtibus illius:ridiculoſum tamen eſt dicere ꝙ alie ſint partes que de albedine accipiuntur ad diuiſio

nem ſuperficiei: ⁊ alie partes que de ipſa eadem albedine accipiuntur ad diuiſionem ſue quantitatis proprie immo ſunt omnino eedem: ⁊ cum diuiditur quantitas ſuperficiei: diuiditur etiaȝ quātitas albedinis: que eſt ī illa ſupficie: nec diuidiť nāľr niſi ī ſupficie diuiſa: nō nō extēdiť ī ſeipſa: ſȝ ī ſola ſupficie. Et eodē mō ē d̄ motu q nō extēdiť ī ſe ipſo: ſȝ ſolū in ſubō mobili ſine quo non poteſt eſſe. Et propterea aliter dicendū eſt: ⁊ meliꝰ quantū ad intentioneȝ phyloſophi. Nam motus ⁊ moueri: lȝ vnam ⁊ eandem reȝ ponant: tamē ſecūdū rationem differunt. Ponit enim motus rem ſuam per modū habitus: cuiꝰ perfectio eſt actus vł per modū forme cuius perfectio eſt eſſe ⁊ moueri ⁊ reȝ ſuā ponit per modum eſſe aut actus. Et qꝛ alia eſt ratio forme ⁊ alia ratio ipſius eſſe: idcirco bene dictum eſt ꝙ motus ⁊ moueri ſecūdū rationem differūt. Et propter iſtaȝ diuerſitateȝ rationis motū ⁊ moueri accepit tanꝙ diuiſibilia diuerſa: non quidē diuerſa diuerſitate rei: ſed diuerſa tm̄ diuerſitate rationis. Vult ergo dicere phyloſophus ꝙ motus ⁊ moueri ſimiliter diuiduntur: cū enim intercipitur eſſe motus: diuidiť neceſſario eſſentia ipſius: ⁊ cū diuidiť eēntia motꝰ diuidiť neceſſario ⁊ eiꝰ eē: ſicut p ſe pȝ: diſiūctarū. n. eēntiaꝝ diſiūcta neceſſario ſūt eſſe.

℄ Textus.

℄ Secutum aūt maxime eſt diuidi omnia ⁊c.

℄ Qō quinta.

**Uinto poſſet** Forte dubitare aliquis de h̄ ꝙ ait phyloſophus in fine lectionis vbi dicit ꝙ ſecutū eſt maxime oīa diuidi ab ipſo mutante ſeu ab ipſo mobili. Hoc eniȝ nō videtur omnino bene dictū: lȝ enim motus quantitatem trahat a mobili: quātitas tamen iſta dictū eſt ꝙ tota ſimul ponitur. Non aūt diuiditur tempus ſecūdū diuiſionē eiꝰ: ꝙ totū ſimul ponitur ſm ꝙ huiꝰ; ergo nec diuidiť ſȝ diuiſionē motꝰ ꝓueniētē ex diuiſiōe mobilis.

**Ad iſtam qōnem** Poſſet forte aliqs dicere ꝙ mobile eſt ſubiectū motus: ⁊ motus eſt ſubiectū temporis: cū tēpus ſit propria paſſio motus: ⁊ ꝓpterea ſicut motꝰ extendiť extenſo mobili: ⁊ diuidiť per conſequens penes hanc extenſioneȝ ad diuiſionē vtriuſqꝫ. ℄ Sed melius dici poteſt: vt dicamus ꝙ ex diuiſibilitate motus ſequiť ſecūdū h̄ diuiſibilitas in tempore: ꝙ mobile: ⁊ ſi moueať totū ſimul: nō tamen totū ſimul tranſit pūctū in ſpacio ſignatū: ꝙ non contingeret ſi mobile foret indiuiſibile: qꝛ enī indiuiſibile non habȝ aliquid: ⁊ aliqd non poſſumus dicere ꝙ primo aliqd eius tranſeat punctū in ſpatio ſignatū: ⁊ poſtea tranſeat ideȝ punctū aliqd eiuſdē indiuiſibilis: imo totū ſimul tranſit vel tranſiret: ſi mutaretur: cū non habeat parteȝ ⁊ parteȝ: ſed ſi mobile ſit diuiſibile non poterit ſimul ſecūdū ſe totum tranſire punctū in ſpatio ſignatū: quin potius priꝰ trāſibit ipſum pars eius prior: ⁊ poſtea poſterior: vnde patet euidenter ꝙ ſecūdū h̄ ex diuiſibilitate mobilis: ſequitur extentio ⁊ diuiſibilitas in tempore.

℄ Textus.

℄ Quoniam autem omne quod mutatur ex quodaȝ in aliquid mutatur ⁊c.

℄ Lectio. 7. ℄ Qō prima.

**Hic primo aliquis** poſſet forte dubitare vtrum idem ſit mutari ⁊ deficere: vr̄. n. ꝙ non: qꝛ cā nō idem eſt cum eo cuius eſt cauſa. Sed mutari ab aliquo cauſa eſt deficiendi aut diſtandi ab illo. Igiť mutari ab aliquo ⁊ deficere non ſunt idem.

**Ad iſtam qōnem** Dicendū eſt ꝙ mutari ab aliquo ⁊ deficere ab illo idem ſunt ſecundū rem: ſed differunt ſecundū ratioeȝ. Et ꝙ idem ſint ſecūdū rem patet. Mutari enim ab aliquo non dicit aliud realiter niſi recedere ab illo: recedere autem ab aliquo aliud realiter non dicit: niſi illud derelinquere: derelinquere vero aliquid nō eſt aliud realiter ꝙ deficere ab illo: igitur a primo ad vltimū procedendo concluditur ꝙ mutari ab aliq̄ ⁊ deficere ab illo idem ſunt realiter. Eſt autē diligenter notādum ꝙ phūs nō dicit abſolute mutari ⁊ deficere idē ſunt: ſed dicit mutari ab aliquo ⁊ deficere idē ſunt. Quāuis aūt idē ſint realiter mutari ab aliquo ⁊ deficere ab illo: tn̄ ſcd̄ȝ ratioeȝ differūt: qꝛ ſicut dictuȝ eſt mutari ab aliquo eſt cauſa deficiēdi in ipſo. Nō aūt cauſa alia eſt a ratiōe cauſati. Queadmodū igiť actio que eſt cauſa paſſionis: ⁊ paſſio idē ſunt realiter ſecundū rōnē differūt: ſic ēt ſuo mō mutari ab aliq̄ ⁊ ab ipſo deficere idē ſūt ſm rē: ſed nō ſm rōnē: valet aūt ꝙ hic diciť ad oſtendēdū ꝙ ī mutatione de forma in formaȝ cū forma in quā eſt mutatio induciť: forma aūt que eſt mutatio deficit ⁊ abijcitur: h̄ autēȝ totum eſt optimum ad declarandā vnitateȝ formarū.

℄ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliquis dubitare: q̄re in motu eſt dare vltio mutatū eſſe ⁊ nō mutatū eē prio: videť. n. h̄ eē falſuȝ: videmus enī ꝙ ſicut tūc initiatur qes cū finitur motus: ſic ēt tūc initiať motus cū finiť quies. Nūc aūt ex eo ꝙ cū finiť motꝰ initiať quies cōtingit ꝙ ſicut datur vltimū in motu ita datur initiū ⁊ primū in quiete. Ergo cōſimili modo ex eo ꝙ cū finiť quies initiatur motus: videtur ꝙ ſicut datur vltimū in quiete ita deť ⁊ initiū ⁊ primum in motu.

**Ad iſtam qōnem** Sic dicit cōmētator in h̄ loco Trāſmutatū pōt pfici in ſua trāſmutatiōe: ⁊ perfectio trāſmutationis eſt res exiſtens in actu: ſicut alie perfectiones: ⁊ dem̄ſtata magis ꝙ in vno inſtanti. Et h̄ manifeſtū eſt in omni trāſmutatione: qm̄ perfectio in vbi eſt ſuperius: ⁊ ſic de alijs: vnde finis in eis: ⁊ eſt indiuiſibilis: ⁊ eſt ens actu. Pricipiū vero trāſmutatiōis: qꝛ nō eſt principiū alicuius permanentis: ſicut eſt diſpoſitio in pricipio linee: ⁊ illud ꝙ eſt ens in actu eſt ipſa trāſmutatio: ⁊ in tranſmutatiōe non eſt initiū naturaliter neceſſe eſt vt illud principiū nō ſit ens: vȝ exiſtens. Adiungit aūt ꝙ ſicut h̄ non eſt niſi in potētia. ſ. ſm ꝙ iſtās eſt in tempore. Adiungūt aūt alij his que dicta ſunt ꝙ de pūctis que ſunt in potentia in linea nullus poteſt dare: primū ergo ſimiliter ex quo precedentia mutate eſſe ſunt in potētia ſolū nullus poterit dare primo mutatū eſſe ex parte motus precedentis.

**Sed iſta ſolutio** Non videtur oīno tollere dubitationē Naȝ tūc in quiete ad minus erit dare primū in quo qeſcitur ꝙ tamen falſuȝ eſt: lȝ eniȝ forma a qua initiatur motus non maneat cū ipſo quo forma que acquiriť in mutato eſſe manet: ⁊ eſt ens actu: neceſſariū eſt ꝙ ⁊ forma in qua quieſcitur maneat in principio quietis ⁊ in tota quiete: ergo ſi propter permanentiaȝ ⁊ actualitateȝ talis forme datur in motu vltimuȝ in quo mutatum eſt: pari ratione dari debet in quiete vel dari pōt primū in quo quieſcitur: ꝙ tamē eſt falſum: vt phyloſophus declarat in ſequentibus. ℄ Et ꝓpter hoc h̄ ipſuȝ ꝙ dicitur oīa mutata eſſe precedentia in potentia dubiū eſt

Omne

Omne enim continuum in vltimis finitum habet duos terminos in actu: qꝛ vnū in fine ⁊ vnū in principio. Motus aūt multi dantur in vltimis finiti: igitur in eis omnibus erit dare duos terminos in actu: vnū ſcꝫ in principio ⁊ aliū in fine. Eſt autem mutatū eſſe terminus ipſius motus: videtur ergo valde dubium eſſe: quō in fine vel ex pte finis in motu ſit aliquod mutatū eſſe actu: ⁊ ex pte principij nullū ſit in actu: ſed cūcta in potētia. ¶ Ut igr̃ h̄ dubia tollantur: conſiderādū eſt ꝙ in motu vltimis finito eſt bene actu dare duo extrema: vnū quidem pro fine ⁊ alterū pro initio. Alias eñi non eſſet dare qūo motus fuiſſet initiatus ⁊ finitus ex parte ante: imo eo ipſo quo motus abſq; initio eſſet foret ex pte ante de neceſſitate īfinitus. Si ergo finit⁹ eſt taꝫ ex pte ante ꝙ̄ ex pte poſt: opꝫ neceſſario ꝙ ſicut ex pte poſt daṫ actu vnū extremū: i quo finiṫ mot⁹: ſic ēt ex pte ante actu datum fuerit vnū extremum in quo motus fuerit initiatus. Uerumtamen h̄ duo extrema habent differētiā adiuīcē: nā illud extremū in quo finiṫ mot⁹ dr̃ mutatū eē. Illud vero in quo mot⁹ initiaṫ mutatuꝫ eē dici nō pōt. Ratio aūt h̄ eſt: qꝛ mutatū eē dicit motū eē factū: ſed motū eē factū ponit finē mot⁹: ⁊ ante ſe dicit motū p̄cedētē: id aūt in quo initiaṫ mot⁹ nihil ante ſe de motu ponit. Alias. n. nō eſſet initiatū tot⁹ motus. Pꝫ igiṫ ꝙ ipſuꝫ nullo mō dici pōt mutatū eē: lꝫ ergo deṫ id in quo primo initiaṫ mot⁹: qꝛ tñ h̄ nō diciṫ mutatū eē: pꝫ ꝙ ꝑꝑ h̄ nō habeṫ i motu ex pte añ prio: prio mutatū eē dari poſſe: imo ſi bene inſpiciātur que dicta ſūt: pꝫ euidēter ꝙ iſtud nullo mō dari pōt: qꝛ eñi mutatū eē dicit finē mot⁹ quodcūq; mutatū eſſe detur: neceſſe eſt ante ipſuꝫ p̄cedere motū. Et qꝛ i motu quolibet eſt dare plurima mutata eſſe: patet euidenter ꝙ quolibet mutato eſſe dato ante ipſum plurima mutata eſſe dare poſſumus. Et per conſequens in nullo motu ex parte principij: poſſum⁹ dare primo mutatū eſſe. Ex his autē patere pōt itellectus ēt ſolutionis prīc. Quodlibet. n. mutatum eſſe in motu ſecūdū p̄dicta eſt poſt initiū ipſius motus: ꝙ quidē initiū nō diciṫ mutatū eſſe: vt declarauim⁹. Si ergo ſit etiā ante finē mot⁹ erit tūc poſt initiū ⁊ ante finē: ⁊ erit per ꝯ̃s mediū inter initiū ⁊ finē que aūt in motu ꝯtinuo ſunt media inter initiū ⁊ finē eius: ſunt in motu ſignata in potētia: queadmodum pūcta que in linea cōtinua ſunt media inter initiū ⁊ finē eius: ſūt in linea ſignata in potentia. Optime ergo dictū eſt ꝙ oīa mutata eē que in motu ſunt cōtinua: ante finē eius ſunt in potētia in ipſo: ⁊ ꝙ in talibus nō cōtingit dare primum.

**Ad argumentum** Autem factuꝫ in contrarium pro tanto non concludit: qꝛ initiū totius motus non dicitur mutatū eſſe: vt declarauimus: ſed initiū tot⁹ quietis bene dici poteſt quietatū eſſe: vt infra diceṫ: ſi deus voluerit. ¶ Eſt aūt h̄ notandū ꝙ iſtud ꝙ h̄ dicitur non ꝯtrariatur ei ꝙ ſupra dictū fuit: vbi dicebaṫ ꝙ accipiēdo id in ꝙ mobile mutatur primo: ōē ꝙ modo dū mouetur partiꝫ eſt in termino a quo: ⁊ partim in termino ad quē: per quod videbatur ſignificari ꝙ in motu etiaꝫ ex parte ante ſit dare primo mutatū eſſe. Nā hic loquitur philoſophus de mutato eſſe prout accipitur penes aliquid indiuiſibile: ibi aūt accipiebatur mutatuꝫ eſſe penes aliquid diuiſibile equale ei a quo receditur per motū. Nam ſi accipiamus ꝙ ſpatium a quo receditur ſit vnius palmi: ⁊ iteruꝫ non longe ab iſto: ſed ſtatim poſt ipſum accipiamus aliud ſpatium vnius palmi: mobile dum mouebitur ab vno iſtorū ſpatioꝝ in aliud prim erit in vno ⁊ partim in alio. Et cuꝫ mobile qdē recedit ab vno ſpatio in ſpatium nō ab illo remotū: ſed immediate ſibi ꝓximum mutatur primo: vnde ſic poſt vnuꝫ ſpatiū ꝯtingit dare aliud equale ſibi ꝙ eſt primū inter omnia alia ſpatia equalia ſequētia: ſic ēt iſto modo contingit dare in motu primo mutatū eſſe ſumptū ſm diuiſibile ante: ꝙ tñ mutatū eſſe ſunt mutata eſſe infinita ſumpta ſm qd indiuiſibile. Et ꝓpter h̄ in talibus non eſt dare primum. Iſto igitur modo intelligenda ſunt que h̄ diximus.

¶ Textus.

¶ Si enim primum in quo fit. a. d. hoc igitur indiuiſibile quidem non eſt ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** Dubitare aliquis: qūo veritatē habeat ꝙ poſtea dr̃ vꝫ ꝙ ſi eēt dare i motu primo mutatū eē: ⁊ h̄ eē in nunc tēporis ipſa nūc tēporis eēnt habita. Rō. n. vr̃ iſtud neceſſarium. Poſſet. n. aliqs dicere: ꝙ ſicut illud mutatū eſſe foret principiū motus: ſic etiā ⁊ nūc ſibi correſpōdens foret principiū tēporis ⁊ non pars eius.

**Ad iſtam qōnem** Dōm eſt ꝙ mutatum eē eo ipſo quo dicit motū eē factū dicit trāſitū eē factū. Motus āt factus ⁊ trāſitus in motu factus ſūt partes motus. Si ergo dicatur ꝙ in motu ex pte ante ſit primo mutatuꝫ: ⁊ per ꝯ̃s ꝙ ante ipſuꝫ nihil ſit de motu cū mutatū eſſe vt dictū eſt dicat trāſitū ⁊ motū factū: oportebit neceſſario ꝙ iſte tranſitus factus ponaṫ īſimul cū illo mutato eē ꝙ primū eē dicitur. Naꝫ ſi ille trāſit⁹ poneṫ ante iā illud mutatū eē ꝙ dicitur primum non eſſet primū. Si ergo h̄ mutatū eſſe in inſtāti ponitur in inſtanti poneṫ tranſitus ⁊ motus factus. Et qꝛ vt dictū eſt iſta ſūt ptes motus: ⁊ partes motus non ponūtur niſi in partibus tēporis. Neceſſariū erit tūc cōcedere ꝙ ipſuꝫ nunc vel inſtans pars tēporis ſit. Ad h̄ āt ſequiṫ ꝙ tēpus ſit cōpoſitū ex inſtātibus: ⁊ per ꝯ̃s ꝙ ipſa nūc ſint continua vel habita aut ꝯ̃r ſe habētia. Hoc itaq; mō ratio h̄ a Tho poſita intelligenda eſt. Sic etiā credo ꝙ cōmētator itellexit: qñ dixit in hoc loco ſi primū eius in quo demōſtratur mot⁹ fuerit idiuiſibile: itaq; ſit pars mot⁹ contingit motū inueniri in ſpatio idiuiſibili: ⁊ in tempore indiuiſibili.

¶ Qō quarta.

**Quarto poſſet** Dubitare aliqs quomodo ſequaṫ: ſi eēt i motu prio mutatuꝫ: ⁊ h̄ foret in idiuiſibili tēpore ideꝫ ſimul quieſceret ⁊ mutatū eē: vr̃. n. ratio phi non valere: qꝛ ſuppōit ꝙ i nūc poſſit eē qes ꝙ tñ falſū ē. ¶ Attēdēdū eſt igiṫ cū aliqd qeſcit in aliquo loco de quo dꝫ ꝑ motū ad locū aliū trāſire dare poſſumus in tpe illā quiete mēſurāte vltimū iſtās: i quo illd ꝙ dꝫ de vno loco ad aliū trāſire ē i loco i quo p̄cedēti tpe q cū ſm ſe totū ⁊ ſꝫ oēs ptes ſuas: h̄ aūt inſtās eſt illud in quo initiaṫ mot⁹. Nā initio mot⁹ ē ipm mobile i loco a quo recedere dꝫ ſꝫ ſe totū ⁊ ſꝫ oēs ptes ſuas: cui⁹ rō eſt: qꝛ ſi in eo totū non eēt: iā ſm aliqd ab eo receſſiſſet ⁊ motuꝫ per ꝯ̃s fuiſſet ꝙ eſt falſuꝫ. Quia mobile i initio mot⁹ nō eſt motū: neceſſariū itaq; eſt ꝙ in loco a quo dꝫ mobile recedere ſit ipſū mobile i eo iſtāti in quo initiaṫ mot⁹ ſm ſe totū: ⁊ ſecūdū oēs ptes ſuas. Et tñ nō iō ſm veritatē dici pōt ꝙ in illo inſtanti ipſum mobile qeſcat ibi. Opporteret āt h̄ ponere ſi in motu daretur ex parte ante primo mutatumꝫ: ſi poneretur ꝙ motus initium foret mutatū eſſe. Cuius declaratio eſt quia mutatum eſſe ponit motum

factum: ⁊ quia ante initium motus non ponitur mo/
tus: oporteret motum factum: qui datur intelligi per
mutatũ eſſe infiꝛ poni cũ motꝰ initio: qđ ſtãte poſitione
mutatũ eſſe dicitur. Et quia motus initiuȝ in inſtanti
eſt: in inſtanti eſſet motus: ⁊ per conſequens in inſtanti
eſſet vel eſſe poſſet vera quies: patet igitur ꝙ ſuppoſito
motus initium eſſe mutatum eſſe ſequitur ꝙ ſit motus
in inſtanti. Et h̄ ſuppoſito: vt Tho. dicit ⁊ veruȝ eſt: eēt
in inſtanti quies. Unde manifeſtum eſt ꝙ ſtantibus p̄
fatis ſuppoſitionibus: non ſolum ſumendo quieteȝ lar
ge: vt quidam alij exponunt: ſed ſumendo etiam eam
proprie: ſicut exponit Thomas: vere dixit Ariſto. ꝙ ſi
in motu ex parte ante contingeret dare primo mutatuȝ
eſſe: ⁊ h̄ eſſet in inſtanti: ſimul ⁊ eodem inſtanti: aliqđ
quieſceret ⁊ mutatum eſſet.

**Eſt hic notandum** ꝙ ſi per mo
tũ aliquid
tranſire debeat de loco ad locum: verũ eſt ꝙ diximus vi
delicet ꝙ ipſum in initio motus erit ſecundum ſe totuȝ
⁊ ſecundum omnes ſuas partes in loco a quo recedere
debet. Sed ſi tranſire ad locum de loco poſſet ſine motu
non videretur tũc poſſe ita dici: eſſet enim talis trãſitio
indiuiſibilis: nec per conſequens in ea foret diſtinctio
initij ⁊ finis: ſed tunc finiretur tranſitio cum initiare
tur. Et propterea id ꝙ ſic deberet de loco aliquo tran/
ſire: cum initiaret tranſitionem non eſſet in predicto
loco: ſed in loco ad quem tranſire deberet. Alias enim
non ſimul talis trãſitio initiaretur ⁊ finiretur: nec per
conſequens eſſet imp̄tibilis ⁊ eſſet motus: attendat ita/
ꝙ qui legit: qualiter h̄ ſe habeat ad veritatem: ⁊ vtrum
eſſe poſſit huiuſmodi tranſitio.

¶ Q̄ō quinta.

**Quinto poſſet** Eſſe dubita
tio: quomo
do ſequatur ꝙ eſſet impartibile impartibi
li cõiunctũ: ſi dareꝛ primo mutatũ ĩ motu
rõne alicuius idiuiſibilis ĩ mobili accepti.

**Dicendũ eſt ad hoc** ꝙ cum mu
tatum eſſe
ſit terminus ipſius motus: videtur neceſſariuȝ ꝙ id ꝙ
poteſt localiter mutatum eſſe poſſit etiam localiter mo/
ueri. Si ergo ſecunduȝ aliquid indiuiſibile ipſius mo/
bilis poſſemus attendere mutatum eſſe: ita viȝ ꝙ h̄ at/
tribueremus ſibi: poſſemus etiam ſibi attribuere: ⁊ mo
tum ipſum a toto mobili per diuiſionem ſeparando.
Quod autem ſeparatur ab aliquo per diuiſionē hoc ca
dit in compoſitioneȝ eius. Impartibile ergo ſecunduȝ
h̄ caderet in compoſitionem mobilis: ⁊ per conſequens
eius magnitudo foret ex impartibilibus compoſita: ꝙ
eſſe non poſſet: niſi eſſet impartibile impartibili cõiun
ctum. Uult ergo dicere phyloſophus: ꝙ ſi in mobili da
tur aliquid indiuiſibile: ꝙ certum ſignum ſeparatum
primo ſiue ante alias partes mobilis tranſeat: erit h̄ in
diuiſibile a cunctis partibus mobilis ſic diſtinctũ: ⁊ ab
eis ſeparabile: ⁊ per conſequens vt declaratum eſt erit
indiuiſibile indiuiſibili coniunctum. ¶ Attendenduȝ
autem eſt ꝙ ex dictis etiã apparet quomodo nec ex par
te ſpatij contingit dare primum aut aliquid primo per
tranſitum. Nam h̄ aut erit diuiſibile aut indiuiſibile.
Si diuiſibile quidem non erit primum: pars eniȝ diui
ſibilis rei prior toto eſt ⁊ prius q̄̄ totum pertranſitur.
Si autem fuerit indiuiſibile: in quo ſit primo mutatũ
⁊ tranſitum eſſe: erit factus tranſitus ſuper indiuiſibi
li: qđ eſt inconueniens. Erit etiam impartibile impar/
tibili ꝯiunctuȝ: vt pȝ ex declaratione poſita de mobili.

¶ Q̄ō ſexta.

**Sexto poſſet** Aliqˀs dubita
re vtruȝ in mo
tu alterationis contingat dare primũ mu
tatum: videtur eniȝ ꝙ ſic: quia contingit
dare aliquam partem ita paruam in cor/
pore naturali: qua non poterit dari minor: ⁊ per conſe
quens ſecundũ ipſam poterit attendi primũ alteratũ.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicunt aliqui:
ꝙ qualitas di/
uiditur modis duobus per accidens: qđ etiam Tho. di
cit: vno quidem modo ſecundum extenſionē: ⁊ alio mo
do ſecundum intenſionem: ⁊ ſecundum hos quideȝ du
os modos: in motu alterationis eſt accipere ſucceſſio/
nem ⁊ partem poſt partem. In calefactione eniȝ aeris
prius contingit calefieri vnam partem: ⁊ poſtea aliaȝ
⁊ ſic deinceps. Similiter etiam quantum ad intenſio/
nem eſt accipere ſucceſſioneȝ: quia tales qualitates pri
us fiunt in materia ſub eſſe minus intẽſo: ⁊ poſtea ſub
eſſe magis intenſo. Et primo quidem modo: ſecunduȝ
iſtos: eſt dare ĩ alteratione primum: quia primo diſpo/
nitur aliqua pars modica: ⁊ in eam primo qualitas
inducitur: ita ꝙ contingit dare partem primo alteratã
maxime cum ſecundum tales partes ipſum mobile nõ
ſit in infinitum diuiſibile. Secundo autem modo vide
licet quantum ad intenſioneȝ forme: non eſt ibi ĩ altera
tione aſſignare primũ: vt dicunt: quia ſic eſt ibi aliqua
lis continuitas: q2 ⁊ materia continue diſponitur: ⁊ for
ma continue intendi ⁊ remitti poteſt in materia.

**Sed ſi iſta** Diligẽtius ꝯſiderenꝛ ꝯ̄ facili ap
parẽt eē friuola. Nam quẽadmo
duȝ alterans p̄mo alterat partẽ aliquã mãe: ſic etiã pri
mo inducit quantitatem in materia ſubiecto qualita/
tis gradu. Quemadmodum ergo ex parte extenſionis:
propter partem primo alteratam: datur primum in al
teratione: ſic etiam ex parte intenſionis: propter gradũ
primo inductum: poteſt ibi dari primuȝ. ¶ Et preterea
quia de ratione naturalium eſt ꝙ quantum ad eſſe na
turale non in infinitũ diuidantur: quẽadmodũ in ma
gnitudinis naturalis diuiſione non proceditur in in/
finitum: ſic in diuiſione eſſe naturalis forme: facta per
remiſſioneȝ: in infinitum non proceditur vnde ſicut cõ
tingit in magnitudĩe deuenire ad aliquã partẽ ita mo
dicã: que ſi vlterius diuidatur corrũpetur: ſic etiã in na
turali eſſe forme: cõtingit per remiſſioneȝ deuenire ad
gradum ita infimum: ꝙ plus remitti non poterit ni/
ſi corrumpatur: ſi itaqȝ propter h̄ in alteratione daꝛ pri
mũ ex p̄te extenſionis: pari ratione in ipſa dȝ dari pri/
mũ ex parte intenſionis. Et propterea dicendum eſt: ꝙ
quantum ad eſſe nāle in oībus talibus dari poteſt pri/
mũ: eo ꝙ h̄ modo nihil taliũ eſt in ĩfinitũ diuiſibile: vn
de etiã in mobili localiter contingit ſcđm eſſe nāle dare
per diuiſionē partē ita modicã: ꝙ minor per diuiſioneȝ
accipi nõ poterit: verũ eſt tamē ꝙ ſi cõſiderenꝛ iſta quã
tũ ad rationē q̄ti ⁊ continui: que in ipſis reperiuntur
non contingit in eis dare partem primã: quia oē conti
nuũ: in quantũ tale: eſt in infinitũ diuiſibile: vnde iſto
modo in alteratione non cõtingit dare primũ tã ex p̄te
qualitatis ſcđm cuius participationē attendiꝛ intẽſio
q̄̄ ex parte ſubiecti ꝙ participat ipſam eēntiaȝ ⁊ nãm
qualitatis. Quicquid eni detur ꝯ̄ ſubiecto alteratiōis
illud ratione cõtinuitatis oportet eſſe diuiſibile: ⁊ par
tem habens ante partem. Et ſimiliter quicquid detur
de qualitate itenſa in ſubiecto: illud: quãtũ eſt de rõne
continuitatis: opȝ remiſſiue in ſubiecto eſſe diuiſibile
⁊ hñs gradũ ante gradũ: vñ iſto mõ nec ibi nec h̄ ꝯtigit
dare primum. Et propterea. Tho. noſter de hoc optime
locutus

loquutus fuit: ſic enim dixit in hoc loco inquantū qualeeſt diuiſibile per accidens: ſimiliter non eſt accipere primum mutatione alterationis: ſiue accipiatur ſucceſſio mutationis: inquantū pars poſt partem alteratur propter id ꝙ non eſt accipere primaꝫ partem albi: ſicut nec primam partem magnitudinis: ſiue accipiatur ſucceſſio alterationis ſecundum ꝙ aliquid idem eſt albius vel minus albuꝫ: quia ſubiectū infinities poteſt variari ſm magis albū ⁊ minus albū: ⁊ ſic motus alterationis poteſt eſſe continuus: ⁊ non habens aliquid primū. ¶ Ut aūt hic nouū aliquid accipiatur: conſiderādum eſt ꝙ ⁊ ſi initiuꝫ localis motus dici non valeat mutatū eſſe: initiū tamē alterationis: vel impreſſionis per alteratione facte: bene mutatū eſſe dici poteſt: ꝙ quidē ſic patet. In initio eniꝫ impreſſionis aliquid imprimitur de qualitate. Hec aūt impreſſio facit ſubiectū aliter ſe habere ꝙ̄ prius ſe habuerit: ⁊ per conſequēs facit ipſum mutatū eſſe: quia hoc dicimus mutatuꝫ ꝙ aliter ſe habet nunc ⁊ prius. Ex hoc aūt ſequitur ꝙ licet contingat ex parte loci dare vltimum inſtans: in quo mobile totaliter eſt in loco a quo debet recedere: non tamen ex parte qualitatiui motus dari poteſt vltimum inſtans in quo alterabile totaliter ſit ſub forma a qua debet recedere per alterationem. Item ſequitur ꝙ licet in motu locali non ſit dare primo mutatuꝫ eſſe ex parte ante: tñ eſt hoc dare in ipſa alteratione. Et ſi dicatur ꝙ mutatū eſſe eſt in termino ipſius motus: dicemus ꝙ ħ quidē verū eſt. Tamen primum mutatū eſſe ꝙ eſt initiuꝫ alterationis non eſt alterationis terminus: quia tūc nō foret primum initium ipſius: Eſt autē terminus localis motus: Sed de motu locali non ſic dicere poſſumus: quia ipſe eſt primus omnium motuum: ⁊ ideo dici non poteſt ꝙ initium eius ſit mutatū eſſe ⁊ ſic terminus alicuius prioris motus: ſicut dicimꝰ de alteratione que preſupponit motū localē ante ſe. Non aūt putare debet aliquis ꝙ propter iſta contradicam his que ſupradiximꝰ Nā alteratio motus continuꝰ eſt: ⁊ ſecūdū ꝙ continuationem habet non contingit dare partē eius primā: q2 oīs pars eiꝰ diuiſibilis eſt: ⁊ partē hñs aū prē: hñ tñ contingit dare initiū ipſius ꝙ ⁊ dicitur mutatū eē: ſꝫ ħ nō eſt pars eius: quia mutatū eſſe non eſt ps motus. ¶ Ulterius etiā ꝙ in alterationis initio imprimitur de qualitate: nō eſt indiuiſibile ſed diuiſibile ⁊ habens gradū ante gradum: eo modo quo diuiſibilitas debetur penes intenſionem qualitati: ⁊ eodem modo id cui hoc in illo initio imprimitur non eſt indiuiſibile: ſed diuiſibile ⁊ continuum. Et propterea diximꝰ ꝙ hic nec rōne priū ſubi: nec ratione priū qualitatis ꝯtingit dare primuꝫ.

¶ Textus.

¶ Quonia aūt omne ꝙ mutatur in tēpore mutaꝛ ⁊c.

¶ Lectio octaua. ¶ Qō prima

QUamuis in iſta Lectio nenon ſint difficultates magne: ne tamen ſine qōnibus pertranſeamus eam: queraꝛ primo verū veruꝫ ſit ꝙ ante omne mutari ſit mutatum eſſe. Nā ꝙ ante omne mutatū eſſe eſt terminus ipſius motus: ⁊ ante terminū ſemper id ponitur ꝙ ad ipſum terminatur. Quomodo āt ante omne mutari ſit mutatū eſſe difficile videꝛ: propter id ꝙ ante totū mutari non eſt niſi initium ipſius motus.

Eſt igitur breuiter Ad huius intelligentiaꝫ conſiderandum ꝙ ſimpliciter loquēdo ante totum mutari non eſt mutatum eſſe: nec ſic intelligit phyloſophꝰ ſed intelligit ꝙ ante omne mutari ſumptū ex motu per diuiſionem eius eſt mutatū eſſe. Nam initiū talis mutari eſt terminus precedentis ptis motus que ſecū motū contra diuidit. Terminus aūt motus diciꝛ mutatū eſſe. Si ergo ante omne mutari ſumptū ex motu per diuiſionem eius eſt initiū ipſius: ⁊ hoc eſt terminus precedentis partis motus: ⁊ terminus motus eſt mutatū eē patet euidenter ꝙ ante oē mutari ex motu per diuiſionem eius ſumptū eſt mutatū eſſe. Quod autem iſta ſit intentio phyloſophi ex eo manifeſtū eſt ꝙ hoc totū ipſe per hoc ꝓbat ꝙ motus tēpus magnitudo cū ſint continua ſunt etiaꝫ in īfinitū partibilia: vnde ⁊ dicit cauſa āt huius eſt non eſſe impartibile inpartibili ꝯiunctuꝫ In infinitum enim eſt diuiſio.

¶ Textus.

¶ Manifeſtum igitur: quoniam quod factū eſt ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

SEcundo poſſet Forte aliqs dubitare de hoc ꝙ dicit infra ſimiliter eſſe in gñatione ⁊ corruptione: ꝙ vꝛ eſſe falſuꝫ: q2 generatio ⁊ corruptio ſunt ſimplices ⁊ indiuiſibiles atqꝫ inſtantanee mutationes.

Ad quod dicendū eſt Sicut dꝛ cōmuniter ꝙ hic accipitur tam generatio ꝙ̄ corruptio ſecūdū ꝙ icludūt ꝓcedēte alteratione: quomōnō ſūt ſimplices mutationes: ſed ꝯtinue ⁊ in infinitū diuiſibiles vnde cū phs dixiſſet. Similiter aūt ⁊ in eo ꝙ corrūpiꝛ corruptū eſt: ſtatiꝫ adiecit aſſignās eiꝰ rōnē. Hoc eni in eſt ei qō ſit ⁊ quod corrūpiꝛ infinituꝫ quoddā: cū ſit continuū. Cōtinuū etiā hoc dicit ad exponē hoꝝ: motꝰ generationis ⁊ corruptionis eſt cōpoſitus ex tranſmutatione in qualitate: ⁊ tranſmutatione in ſubſtātia: ⁊ tranſmutatio que eſt in ſuba non eſt in tēpore. ſ. ꝓuētꝰ forme ſubſtātialis: ſed ea que eſt in qualitate eſt in tēpore. Scōm igiꝛ iſta dicere oꝫ ꝙ generatū eē quo ponitur acqſita forma ſubſtātialis: nō precedit aliqō generari quod dicat eiuſdē acquiſitionem: q2 ipſa ſimul acquiritur: ⁊ acquiſita eſt: ſimul induciꝛ ⁊ inducta eſt. Precedit tñ dictū generatū eſſe generari ꝙ dicit acquiſitionē alterius: ſicuti ipſius qualitatis formaliter diſponētis ad hanc formam. Et propter hoc ſignanter dixit Ariſt. Non autem ſemper ꝙ ſit factum eſt prius: ſed aliud aliquādo vt illus aliquid. Alie vero qōnes que hic fieri cōſueuerūt aut nō ingerſit dubitationē: aut alibi pertractari habent: ⁊ idcirco dimittantur hic: ne incurramus vanaꝫ verboꝝ multiplicationem.

¶ Textus.

¶ Quoniam auteꝫ omne quod mouetur in tēpore mouetur: ⁊ in pluri maior magnitudo ⁊c. Lec. nona.

¶ Lectio nona. ¶ Qō prima.

HIc poſſet Forte dubitaꝛ aliqs qño verū ſit ꝙ neceſſe eſt ſemꝑ ipſiꝰ magnitudinis priꝰ alteruꝫ altero motū eē: hoc. n. pro tāto videꝛ dubiū qa pluries iā diximꝰ ꝙ ſi magnitudo mota ſit vere cōtinua ꝯtinuitate mathematicha: ſiꝛ mouetur ipſa ⁊ omnes partes eius.

Dicendū eſt igitur Ad qōnem iſtā ſm ꝙ i pluribꝰ locis dicit Tho. ꝙ motꝰ localis pt referri: ⁊ ad ſubiectū mobile: ⁊ ad ſpaciū ſuper qō ipſuꝫ mobile mouetur. Et quideꝫ ſi referaꝛ ad ſubiectū mobile: ꝙ ſit vere cōtinuū: ⁊ non ſit facilis ſed difficilis diuiſionis: vt lapis ⁊ ſiſia: pꝫ euidēter ꝙ ſimul duꝫ ſit motus localis i vna parte mobilis: ſit etiam vel poniꝛ in toto mobili:

videmus enim ꝙ ſtatim cū aliquis tangit ⁊ mouet lo/caliter vnam partem lapidis continui: mouetur eti/am ⁊ totus ipſe lapis: ⁊ h̄ modo intelligimus quando dicimus ꝙ ſi magnitudo mota ſit continua ſimul mo/uetur ipſa ⁊ omnes partes eius. Si autem motus refe ratur ad certum ſignū ſpacij: tūc ſtatim apparet mani/feſte ꝙ oportet prius alterum altero moueri ſuper ipſū Nam prius ſemper tranſit certū ſignū ſpatij pars mo bilis anterior ꝙ̄ tranſeat illud idem pars mobilis po ſterior. h̄ modo intelligit phyloſophus ꝙ oportet ſem/per ipſius mobilis alterum altero motu eſſe prius.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo poſſet** Aliqs dubita re: quomodo ſequit̄ ſi motus finitus non eſt in tempore infinito: ꝙ nō contingit fie ri ⁊ corrumpi ſemper vnū ⁊ idez: precipue cū gn̄atio ⁊ corruptio differāt a motu: ⁊ ſi aliqd nō p̄di cetur de vno differentium: nō ideo ſeq̄tur ip̄m de reliq̄.

**Ad quod dicendum** Quod ge neratio ⁊ corruptio accipi poſſunt vel vt includūt alteratione p̄cedentē: vel vt ab ipſa diſtinguntur. Et quidem ſi acci/piātur ſecundo modo: tunc ſunt ſimplices mutationes ⁊ i inſtanti fiunt. Et qꝛ magis videtur de eo ꝙ ſit nō ſu bito: ſed in tempore: ꝙ ſuū fieri ſemper duret: ꝙ̄ de eo ꝙ ſit: ſubito ⁊ motus ſit in tempore: patet euidēter quomo do ſequitur per locū a maiori: ꝙ ſi motus finitus vnus numero non poteſt ſemper fieri: non poteſt etiam h̄ mo do ſumendo generationem ⁊ corruptionē aliquid vnū ⁊ idem ſemper generari ⁊ corrūpi. Tales eniz mutatio nes non durant vltra vnū inſtans. Si aūt generatio ⁊ corruptio accipiantur primo modo: ſecūdū. ſ. ꝙ inclu dunt precedentem alterationem: cum illa alteratio ſit motus finitus: neceſſario etiam tunc ſequitur: ꝙ ſi mo tus finitus nō poteſt fieri in īfinito tempore: non pōt neq̄ vnū ⁊ idem ſemper corrūpi aut ſemper fieri: ratio aūt ꝑpter quā oportet dicere ꝙ alteratio ſit motus fini tus: preter alias que aſſignantur eſſe poteſt: quia mot⁹ non eſt infinitus niſi id ꝙ acquiritur per motū infinitū ſit. Per alterationem autem acquiritur qualitas con/ſequens certaz naturalem formā: formaz aūt ſubſtātia lem non damus infinitaz: neq̄ extenſiue: nec etiaz quā tum ad continentiaz perfectionis: cuz ſit in certa ⁊ de/terminata ſpecie. Et qꝛ ꝙ conſequitur finitaz formā to tū eſt finitū: neceſſariū eſt ꝙ etiam qualitates conſequē tes formas naturales omnes ſunt finite: igitur ⁊ alte ratio ꝑ quā q̄litas acquirit̄: neceſſario eſt finitus mot⁹

¶ Textus.

¶ Quoniaz aūt omne aut mouetur aut quieſcit quod aptū natuz eſt ⁊c. Lectio decima.

¶ Lectio. viij. ¶ Qō prima.

**HIc primo** Poſſet dubitare ali quis: qūo vere dici poſſit id ꝙ ſtat moueri: h̄ eniz videtur incō ueniens: qꝛ vnum oppoſitorū nō dr̄ de alio ſtare āt ⁊ moueri vn̄r rōnes oppoſitas h̄re.

**Ad iſtam qōnem** Dicenduz eſt: ꝙ ſicut tendere in formā ſe habet ad ipſam formaz: ſic etiaz ſuo modo ten dere ad quietez ſe debet habere ad quietez ipſaz. Nunc aūt tendere in formā ad formā ſic ſe habet: ꝙ ab ipſa re cipit denoīationez: vnde tendere in albedinem ab ipſa albedine vocatur dealbari: ⁊ tendere in nigredinem ab ipſa nigredine appellatur denigrari: ⁊ ſic de aliis. Eo dem igitur modo ⁊ tendere in quietez acquirit debet re cipere denominationē: vt vz dicamus ꝙ tendere in ſta tū ⁊ quietez eſt quietari ⁊ ſtare accipiendo ſtare: nō pro ut ſonat idem ꝙ quieſcere: ſed prout idem ſonat ꝙ quie tari: ⁊ ſecūdū ꝙ ſtatio ⁊ quietatio idem dicunt: ⁊ ſimili ter ſtatū ⁊ quietatum. Hoc autē modo ſtare non habet oppoſitionē ad moueri: quia quietari non eſt quieſcere ſed ē in quietez tendere: ⁊ h̄ eſt idem realiter ꝙ moueri: bene aūt ſtare ſūptū ꝓut idē ſonat ꝙ quieſcere: oppoſi tionez habet ad moueri: ſed h̄ modo non intelligit phy loſophus: quando dicit id ꝙ ſtat moueri: pz aūt ex di ctis: qūo ſit intelligendum ꝙ dicit commentator: vz ꝙ moueri dicitur per ordinem ad formam vel perfectio/nem: ſed ſtare dicitur per ordinem ad quietem in forma vel perfectione ipſa.

¶ Textus.

¶ Sicut autem quod mouetur non eſt in quo primo mouetur ⁊c.

¶ Qō ſecunda

**SEcundo poſſet** Dubita re aliqs vtruz in ipſo ſtare contingat dare primū ſtatum ex parte ante: videtur enim ꝙ ſic: qꝛ phyloſophus non probat ꝙ nō contin gat dare primū ſtatū: ſed ſolū ꝙ nō cōtingat dare ipſi/us ſtare aliquid primū ꝙ dicatur ſtare.

**Dicendum eſt igitur** Ad qō/nē iſtā ꝙ ſicut motus ſe habet ad ſtationem: ſic etiam ⁊ muta tum eſſe ſe habet ad ſtatuz eſſe: videamus igit̄ ⁊ reduca mus ad memoriā in quo motu ex parte an̄ cōtingat da re primū mutatū: qꝛ tunc ſtatiz habebimus in qua ſta tione: ex parte an̄ cōtingit dare primū ſtatū. Naz in ſtatione illa eſt primū ſtatū dare: que correſpondet illi motui in quo eſt dare p̄mū mutatū: ⁊ in ea ſtatione p̄m ſtatū dare nō eſt: q̄ corrn̄det illi motui: in quo primo mutatū dare nō ꝯtingit. Dictū aūt fuit in ſuperiorib⁹ ꝙ initiū localis motus nō dr̄ motū vel mutatū eſſe: ⁊ ꝓpterea in h̄ motu non pōt primū mutatū dari ex p̄te ante. Eodē igit̄ modo: ⁊ de ſtatione corrn̄dēte motui lo cali dicere oz: vt videlicet dicam⁹ ꝙ initiū talis ſtatio/nis nō dr̄ ſtatū: eſſe ⁊ h̄ itelligēdū eſt q̄tū ad qetez oīno dā in loco abijciēdo. Et ꝓpterea q̄tū ad quietē in loco acqrēdo nō ꝯtingit in tali ſtatione dare primo ſtatū: Quia vero initiū in motu alterationis: pōt dici muta tū: vt ſupra expoſuimus: pz ꝙ etiā initiū ſtationis cor/reſpōdētis ſibi: poſſit dici ſtatū eē. Et ꝓpter h̄ ꝯtingit dare ex p̄te ante primo mutatū eſſe ponere.

¶ Qō tertia.

**TErtio poſſet** Aliquis du/bitare vtrum in quiete ſit dare ex p̄te ante primū gatū vr̄. n. ꝙ nō: qꝛ in motu nō eſt dare primuz nec ēt in gete: hēt h̄ Ariſt. oſtendit.

**Ad iſtius qōnis** Euidētiā p̄mo p̄ſciēdū eſt: ꝙ h̄ loq̄ mur de gatato eē ſz ꝙ accipit̄ in gete: ⁊ nō ſz ꝙ ſumit̄ in getatione ante vltimū terminū ipſius. Nā ſm ꝙ h̄ mō getatū eē accipit̄ in ipſa getatiōe: declaratū eſt i p̄ce dēti qōne vbi ineniat̄ primū ⁊ vbi nō. Scd̄m h̄o ꝙ ge tatū eē accipit̄ i ipſa gete iā ꝑfecte acqſita: qō ſit modo vtrū ex p̄te ante poſſit dari primū: h̄ āt mō nihil aliud dicit p̄mo getatū ꝙ̄ primo ꝑfecte getē acqſitā ⁊ obtētaz ſicut ēt ſimplr̄ getatū dicit ſimplr̄ getē factaz: nō cū de terminatione ad hoc ꝙ eſt eē factā perfecte. Ex hoc autē ſtatim apparet ꝙ̄ in quiete ex parte ante eſt dare primo quietatū: cuius declaratio eſt: qꝛ tūc ges p̄mo eſt ꝑfecte acquiſita

acquiſita cũ prio motus ẽ pfecte finitus. Cõtingit autẽ dare quando primo motus perfecte eſt finitus: propter id ꝙ h nihil aliud eſt: ꝙ̃ dare in moto primo mutatũ ex parte poſt: ꝙ bene ĩ motu poteſt fieri: vt ſupra dixit Ariſto. Neceſſariũ eſt igitur ꝙ etiã in quiete poſſit dari primo quietatum ex parte ante.

**Ad argumentum** Ergo dicendũ eſt ꝙ non eſt omnino ſimile de mutato eſſe: ⁊ quietato eẽ: q2 mutatũ eẽ ſecundũ propriaz rationez ponit terminũ motus: ſed quietatũ eſſe ſecũdũ propriam rationez nõ ponit terminũ quietis: immo ponit terminũ quietatiõis: ⁊ primũ quietatũ ex pte ante ponit in quiete completa terminũ vltimum quietationis. Contingit aũt dare vltimũ generationis terminũ: ſicut etiaz dare contingit vltimũ terminũ in motu: phyloſophus aũt nõ probat h ꝙ non ſit dare in quiete primũ quietatũ: ſed ꝙ non ſit dare de tẽpore primũ: in quo nõ ſit non quietatũ: ſed quies: ſicut ex ſuis probationibus apparet. Quomodo autẽ in gete poſſit dari vltimũ: ſatis dictũ fuit ſupra: ⁊ ideo nõ oportet illud iterare.

¶ Textus.

¶ Zeno aũt de rõcinat̃ ⁊ paralogizat ⁊c.

¶ Lectio nona. ¶ Q̄ō prima.

**Hic forte** Dubitaret aliquis: quomodo ſoluatur ratio zenonis deſignata per h ꝙ tẽpus nõ cõponitur ex nũc indiuiſibilibus: nec linea ex pũctis: videtur eniz h non ſoluere dubitationem: q2 licet linea non cõponatur ex pũctis tñ ſunt ad minus ſecũdũ poſitionez in linea infinita pũcta.

**Ad iſtam q̃õnem** Eſt dicenduz ꝙ ſi linea componeretur ex pũctis: ipſa puncta actu in linea exiſterent: cuius ratio eſt: quia cũ ipſa ſint indiuiſibilia non poſſent ſe contingere ⁊ diuerſa remanere. Oportet autem partes componẽtes totũ: et quando ſunt in toto eſſe diuerſa ſiue intra ſe diuerſitatẽ habere: vnde ſi puncta lineã cõponerent: ad h vt diuerſitatem retinerent oporteret ꝙ diſiũcta eſſent: ⁊ per conſequens actu per ſe ⁊ itra ſe diſtincta eſſent: pũcta ergo ĩfinita que in linea ponũtur in potentia: etiã actu tũc in ipſa infinita eſſent. Infinita aũt actu non poſſunt pertranſiri vnũ ipſoꝝ poſt aliud accipiendo atq3 numerando. Nã ꝙ pertranſitur atq3 numerat̃ numero ⁊ ſubiecto termino ɔcludit̃. Oẽ aũt tale eſt finitũ: vnde ſicut incõueniens eſt dicere infinita eſſe finita: ſic etiam inconueniens eſt dicere infinita actu pertranſiri. Patet igitur ꝙ ſi linea componeretur ex punctis: q2 tũc in ſe haberet puncta actu infinita nũꝙ pertranſiri poſſet. Ponendo aũt ꝙ ipſa non ſit compoſita ex punctis non ponuntur in ea actu infinita: ſed potentia: ſub actu tamen: ⁊ per actum terminata non ad infinitatem: quia nec ad diuiſionem: ſed contracta ad finitatez per partium linee continuationem Et quia ꝙ eſt actu finitũ in tempore finito pertranſiri poteſt. Ex quo linea quantũcũq3 contineat puncta infinita actu tñ quid finitũ ponit. Patet euidenter ꝙ ſi nõ ponamus lineam componi ex punctis: nihil prohiberet ipſam tranſiri in tempore finito: quinimmo etiam h eſt neceſſariuz: q2 omne finitũ in tempore finito pertranſiri poteſt. Patet igitur aliqualiter: quomodo per verba Ariſto. ſoluta ſit ratio zenonis: Melius aũt ⁊ euidẽti⁹ patefiet ⁊ h ſolutio in octauo dño concedente.

¶ Textus.

¶ Nec igitur ſm mutationem in contradictione ⁊c.

¶ Q̄ō ſecunda.

**Secundo forte** dubitaret aliqs q2 nõ vr Ariſto. conuenienter ſoluere zenonis rationem de mutatione que eſt ſecũdum contradictionem: ſupponit eniz ꝙ prius vna pars alteretur ꝙ̃ alia: ꝙ tamen non eſt neceſſariũ: vt etiam ſupra tactum fuit.

**Ad iſtam q̃õnem** Reſpondet frater Tho. ꝙ iſta reſponſio ſufficit ad repellendã zenonis rationẽ: ꝙ eſt h principaliter intẽtũ: ſed quomodo circa h veritas ſe habeat in octauo oſtendetur. ¶ Quidam vero dicũt h non eſſe bene dictum: propter id q̃ Ariſto. in. 8. loquitur de mutatione: que idem eſt cum mutato eſſe: zeno autem non loquitur de tali mutatione: ſed de illa q̃ eſt motus.

**Sed quod iſta** Reprobatio non ſit alicuius momenti de facili apparet. Primo quia: vt ipſe Ariſtoteles dicit: hanc rationem faciebat zeno ad repellendam mutationem que eſt in contradictione. Sed mutatio que eſt in contradictione diſtincta eſt neceſſario contra motuz: ⁊ proprie loquendo dicitur de generatione ⁊ corruptiõe: que idem ſunt cum mutato eſſe: vnde propter iſtam rationẽ ſpecialiter videbatur zeno velle excludere mutationem generationis ⁊ corruptionis. Et propterea non eſt bene dictum ꝙ zeno in iſta ratione loquatur de mutatione que eſt motus. Uerum tamen eſt ꝙ ipſe in ſua ratione aſſumebat illud ꝙ de tali mutatione non verificatur: niſi prout includit precedentem motum. Dicebat enim ꝙ illud ꝙ mutatur partim eſt in termino a quo: ⁊ partim in termino ad quem: non autem eſt ſimpliciter in vno: nec ſimpliciter in alio. Et h quidem: vt. ſ. fuit expoſitum de generatione ⁊ corruptione: verum eſt prout includit precedentem motum. Quia itaque per iſtam rationem zeno volebat excludere mutationẽ: que eſt in contradictione: que dicit̃ generatio ⁊ corruptio: quarum quelibet ſecundum ſe inſtanti menſuratur: cõuenienter igit̃ dicit Ari. ꝙ ꝙ̃ diu durat alteratio precedens res generanda eſt ſimpliciter in non eſſe: ⁊ vltimo inſtanti temporis menſurantis illam alterationez res generanda eſt ſimpliciter in eſſe. Et ſicut inter inſtans vltimum temporis precedentis: ⁊ ipſum tempus precedens: nihil cadit medium: ſic etiam nunꝙ̃ dare contingit ꝙ ipſa res generanda non ſit: vel ſimpliciter in non eſſe: vel ſimpliciter in eſſe: h autem eſt intelligendum de generatione ⁊ corruptione ſimpliciter ⁊ non de generatione ⁊ corruptione ſecunduz quid: hoc enim terminatur ad eſſe ſecundum quid: ⁊ non ad eſſe ſimpliciter. Poſſumus autem dicere de eo ꝙ tendit ad eſſe album: ꝙ eſt eſſe ſecundum quid: ꝙ tunc nec eſt perfecte ⁊ ſimpliciter albuz: nec perfecte: ⁊ ſimpliciter non albuz Quãuis enim inter eſſe ſimpliciter ⁊ non eſſe ſimpliciter nihil cadat medium: bene tamen cadit medium inter eſſe perfecte album: ⁊ eſſe perfecte non albũ: vnde ⁊ h ſecundo modo poteſt oſtendi ꝙ ſupradicta reprobatio non valet. Non debet autem nos mouere ad credendum ꝙ zeno non intelligeret de generatione ⁊ corruptione ſimpliciter h ꝙ Ariſtoteles ponit exempla pertinẽtia ad generationem ⁊ corruptionem ſecundum quid qualia exempla ſunt album ⁊ non albuz: quia iſta etiã eadẽ exempla põit in. 8. vbi ſecundum iſtos loquitur de generatione ⁊ corruptione ſimpliciter. Quod ideo facit: quia cum forme ſubſtantiales: que ſunt principia eſſendi ſimpliciter ſint nobis ignote: oportet ꝙ loco earum multotiens vtamur formis accidentalibus nobis notis.

¶ Textus.
¶ Oſtenſis autem his dicimus ꝙ ipartibile non con/
tingit moueri niſi ſecundū accidens ⁊c.

¶ Lectio.xv. ¶ Q̄ō prima.

**H** **Ec poſſet** Aliquis forte dubita
re: vtrū ex rationib⁹
Ariſto. ſequatur ꝙ intelligētia moueri nō
poſſit: videtur enim ꝙ ſic: quia intelligen/
tia eſt impartibilis: ſi ergo impartibile mo
ueri nō pōt: ſequit̄ ꝙ intelligentia moueri nō poſſit.

**Ad huius qōnis** Intelligentiā cō/
ſiderandum eſt ꝙ
ħ duplici diſtinctione opus eſt: vna quidē de ipſis im
partibilibus: ⁊ alia de ipſis motibus. Quantum ergo
ad diſtinctionem primam conſiderandum eſt ꝙ eſt du/
plex impartibile: vnū quidē pertinens ad genus quā
titatis: ꝙ in ipſa quantitate requiritur: vel determina
tum ſitum: ſicut punctum: vel determinatum ordinem
ſicut vnitas. Aliud vero impartibile eſt ꝙ non pertinet
ad genus quantitatis: ſed ipſum totum tranſcendit: eu
iuſmodi eſt anima ⁊ itelligentia. Et primū quidē ipar
tibile: qꝛ eſt q̄ntitatis generi ſubm: ſic eſt in determinato
ordīe vel in determinato ſitu ꝙ ſit idē numero in alio ſi
tu vel in ordine non poteſt reperiri: ſicut punctū ita de
terminatum ſitum tenet in continuo: ꝙ extra illū non
poteſt: idē numero eſſe in ſitu alio: ⁊ vnitas ſic determi
natum ordinem habet in numero ꝙ extra illum non po
teſt eodem numero aliū ordinē tenere: vnde ſi de aliquo
iſtorum dicimus ꝙ ſit ħ: non poſſumus dicere ꝙ ſimul
idē numero ſit alibi in alio ordine vel ſitu. Secundum
autem impartibile: quia non eſt ſubiectum generi quā
titatis: ſed tranſcendit leges ⁊ conditiones eius: non
requiritur in quantitate ſic determinatum ordinē vel
ſitū: vnde ſi dicatur eſſe ħ: non tollitur propter ħ quin ſi
mul eſſe poſſit alibi: ſicut anima quantum ad ſuam to/
tam eſſentiam: ſic eſt in vna parte corporis: ꝙ ſimul eti
am extra illā: quantū ad ſuam totam eſſentiam eſt in
parte alia. ¶ Quantum autem ad ſecundā diſtinctio
nem conſiderandum eſt ꝙ motus localis non fit ſine ap
plicatione mobilis ad locum. Hec autem applicatio po
teſt dupliciter fieri: ſicut eſt duplex quantitas: quanti/
tas dimenſionis: ⁊ quantitas virtutis. Et corpus qui
dē mouetur de loco ad locum applicando ad ſpacium
quantitatem ſuam dimenſiuā. Intelligentia vero cū
tranſit de loco ad locum: ħ facit applicando ad ſpatiū
quantitatem ſuā virtualem. His itaq; duabus diſtin
ctionibus viſis: patet ꝙ impartibile pertinens ad ge
nus quantitatis: eo quo dum eſt in ſitu vno non po/
teſt idem numero eſſe inſimul in alio non poteſt in ſe ap
plicare niſi vnum tantū in diuiſo ſecundū in diuiſionē
ſibi debitam: ſed intelligentia: que dū eſt in parte vna
inſimul extra illam ipſa eadē eſt in parte loci alia: po/
teſt optime ſe inſimul ſpatio diuiſibili applicare. Et
propterea rationes Ariſtot. concludunt de impartibili
ꝙ pertinet ad genus quantitatis: ſed non concludunt
de itelligētia que trāſcēdit tale gen⁹. Mouet̄ aūt itelli
gētia de loco ad locū: ſicut pꝫ ex diſtictiōe ſcda: applicā
do ſuā virtutē ad locū vnū: eāq; ſubtrahēdo ab alio.

¶ Textus.
¶ Loci āt mutatio ſic qdē ñ erit finita ⁊c. Et ē i lec.i3.

¶ Q̄ō ſecunda.

**S** **Ecundo poſſet** Aliquiſ
dubita
re: quomodo verum ſit ꝙ non omnis loci
mutatio ſit in contrarijs: videtur enim ħ
falſū: qꝛ in q̄nto dictū fuit ꝙ ideo in ſubie
cto non eſt motus: quia ſubiecto nihil eſt contrarium: ⁊
oīs motus eſt inter cōtraria.

**Ad huius itaque** Q̄ōnis euidenti
am conſiderādū
eſt: ꝙ non ſolū non eſt omnis loci mutatio inter contra
ria: ſed nec etiā omnis loci mutatio eſt iter diuerſa ſpe
cie ſimpliciter: qꝛ cum de quolibet loco ad quemlibet lo
cū poſſit eſſe motus: ſi omnis motus fieret inter diuerſa
ſpecie: omnia tunc loca ſpecie differrēt: nec per ꝯſequēs
poſſent eſſe duo loca eiuſdem ſpeciei ꝙ tamen credimus
eſſe falſum. Attendendū igitur eſt ꝙ aliter loqui debe
mus de mutatiōe ⁊ motu naturali: atq; aliter de motu
aiali: ſiue de motu qui prouenit ab anima. Motus eni
localis naturalis: ſequitur naturalem mobilis inclina
tionē ad locū aliquem connaturalem ſibi: ⁊ per conſe
quens oportet ꝙ diuerſi motus locales naturales ꝓue
niant a diuerſis naturalibus inclinationibus ad loca
naturaliter: ⁊ per conſequēs ſpecie diuerſa. Et quia nō
a quolibet loco ad quemlibet locū fit motus localis na/
turalis ad minus perfectus ⁊ completus: ideo non eſt
neceſſarium quelibet loca ſpecie differre: ſecundum
completam differentiam. Sed ea inter que eſt motus
naturalis perfectus ⁊ completus perfecte ⁊ complete
differunt. Ea vero inter que motus talis imperfectus
eſt: oportet ꝙ differant: ſicut magis ⁊ minus completū
Motus autē aialis non prouenit ex iclinatione ſequē/
te formam naturalem: ſed prouenit ex inclinatione ſe/
quente formam apprehenſam alicuius optati vel deſi
derati: vnde dato ꝙ loca nō ſint naturaliter diuerſa: ſi
tamen aliquod appetibile iudicet aīa eſſe in loco vno ꝙ
non ſit in loco actu habito: ſicut pomū veſtis ⁊ alia hu
iuſmodi: mouebitur aīal de loco in quo eſt ad locū aliū
Motus itaq; localis proueniens ab anima non intra
loca neceſſario ſpecie diuerſa: ſecundum ſpeciem loci:
ſed ſolum ſecūdū ſpecies appetibiliū exiſtentium in lo
co. Et ħ modo intelligit Ariſtote. in decimo metha. vbi
dicit ꝙ vnde ⁊ quo etiam in ambulatione differunt ſpe
cie. Si autem optatū ⁊ deſideratum atq; apprehenſū
ab anima vnū ⁊ vniforme ſit: ſemper vniformiter mo
uebit: ⁊ non ad loca ſpecie diuerſa: ſed eadem magis ta
men ſpecie q̄ numero: ſicut patet in motu circulari celi
qui non eſt a diuerſo in diuerſum: ſed ab eodem in idē
Non eſt igitur credendum illis qui dicunt ꝙ omnia lo
ca differunt ſpecie: propter ħ q̄ iter omnia eſt motus: et
omnis motus eſt de contrario in contrarium. Nec enī
propoſitio ħ negatur a phyloſopho: ⁊ etiam a commēt.
Sic.n. ipſe ait in ħ loco. Non omnis tranſlatio eſt de
contrario in contrarium. vt eſt tranſlatio animalium.

**Ad argumentum** Ergo in con
trariū dicen
dum eſt ꝙ trāſmutatio in ſubſtantia eſt tranſmutatio
ſecundum formam. Tranſmutatio autem ſecundū for
mam que eſt motus de contrario in contrariū eſt: ⁊ ꝙ
nihil eſt contrarium ſubſtantie: ideo tranſmutatio in
ſubſtantia non eſt motus: ſic itaq; intelligēda ſunt que
diximus in quinto.

¶ Explicit liber ſeptus phyſicorum.

¶ Incipit

Incipit liber ſeptimus phyſicorum.

Textus.

Omne aũt q̃ mouet̃ neceſſe eſt ab alquo moueri ⁊c.

Lectio prima. Q̃ō prima.

Hic poſſet aliquis dubitare vtrū aliquid moueri poſſit a ſeipſo: videtur enim q̃ ſic. Hoc enim dicimus alicui conuenire primo q̃ ſibi non conuenit per aliud: ſed magis ſecundum ſeipſum: videmus autem corpus moueri per aiaʒ: ſed anima nõ mouetur per corpus: q̃r idem non poteſt eſſe mouens ⁊ motum reſpectu eiuſdem. Mouetur ergo per ſe ipſam ⁊ non per aliud. Mouet itaq̃ ſeipſam primo.

Et preterea cum in nullo genere ſit proceſſus infinitus: oportet neceſſario in quolibet ad primum deuenire. Primum aũt in quolibet genere debʒ eſſe tale per ſe ipſum ⁊ non per aliud: igitur in genere etiam mobiliū oportet dare aliquid primū: cui motus cõueniat per ſe ⁊ ſecundum q̃ ipſum: ⁊ non per aliud. Ad minus igit̃ ħ mouebitur non ab alio: ſed a ſeipſo primo.

**Ad huius q̃onis** euidentiam attēdendum eſt q̃ cū aliquid operatur in ſeipſo: eius operatio ⁊ eſt ab ipſo ⁊ eſt ad ipſum. Et quia ħ ponit circulationem ⁊ reflexionem quandam: neceſſarium eſt: vt omne q̃ operatur in ſeipſum ad ſe ipſum reflectatur ſiue conuertatur. Sicut aũt Proculus ait: ⁊ ſctūs Tho. ponit ī libro de cauſis: vnde iſta declaratio ab alijs accipitur: nullum corporeum eſt ad ſeipſum conuerſiuū. Non enim dicit̃ aliquid conuerti ad ſeipſum: quia vna pars eius conuertatur ſuper aliam: quia cum vna pars ſit aliud ab alia magis eſt ħ conuerti aliquid vnū ſupra aliud a ſe diuerſum: q̃ idē conuerti ad ſeipſum: oportet q̃ totum cõuertatur ſupra totum: lʒ enim vna pars non idem ſit q̃ alia: nec totum omnino idem ſit q̃ aliqua ſuarum partiū: eſt tamen totum omnino idem ſibi toti. Et propterea ſi totum ad totum conuertatur: idem proprie conuertetur ad ſe ipſum. Non poteſt autem contingere de aliquo corporeo aut partibili: ⁊ habente partem extra partem: q̃ totum ad totum conuertatur: cuius declaratio eſt: quia totum dicit omnes partes: vnde totum ad totum conuerti idem eſt q̃ partes omnes conuerti ſupra partes ſingulas. Nunc autem ſic eſt q̃ vnūquodq̃ copulatur ei ad q̃ cõuertit̃. Si ergo partes oēs ↄuertuntur ad partes ſingulas: partes omnes partibus ſingulis copulabuntur. Et quia copulatio tollit diſtantiam copulatorū: tolletur a partibus omnibus talis totius quelibet diſtantia. Sublata autem partium diſtātia: tollitur neceſſario magnitudinis extenſio: quia per extenſionem ſit pars vna extra aliā: ⁊ diſtans vna pars ab alia. Sublata autem diſtenſione magnitudinis remanet quid inextenſum incorporeum ⁊ ſimplex. Patet igitur q̃ nullum corporeum propter partium diſtātiam eſt ad ſe ipſum conuerſiuum. Si ergo nihil agit i ſeipſū niſi ad ſe ipſū conuertatur: ⁊ mouere eſt agere. Patet q̃ nihil mouet ſeipſū primo: niſi primo conuertatur ad ſeipſum: conuertitur autē ad ſeipſum primo: q̃ dicitur redire ad ſe ratione ſui totius ⁊ non ratione partium: quia q̃ conuenit alicui ratione partium: non dicitur ſibi conuenire primo. Quia ergo oſtenſum eſt q̃ nullum corpus redit ad ſe ipſum primo: patet q̃ nullum corporeum ſeipſum primo mouet. Incorporea vero ſubſtantia: quia ad ſe conuertitur poteſt mouere ſeipſam primo: etiaʒ mutatione loci ad minus aliqua: ⁊ ſi non prima: que eſt cauſa omniū: ⁊ concludit omnem locū ſm platonicas opiniones. Sed attendēdum q̃ ſm Ariſt. nihil mouetur niſi diuiſibile ⁊ magnitudinem habens: ſicut ipſe in fine ſexti declarauit: vnde quemadmodum ex eo q̃ corpus non eſt ad ſe ipſum conuerſiuum: probatum eſt q̃ nullum corporeū mouet primo ſeipſum: ſic etiam ex eo q̃ ſubſtantia incorporea eſt impartibilis: vult Ariſto. probatum eſſe ipſam non moueri: ⁊ ſic vniuerſaliter ſecundū ſententiaʒ eius habetur q̃ nihil mouetur a ſeipſo primo.

**Ad argumentum** ergo primū dicendū eſt q̃ anima bene primo mouet: ſed non primo mouet̃: immo primo mouetur corpus. Secundario autem ex conſequenti mouetur anima ad motum corporis: cui eſt cõiuncta in eſſendo. Ex hac autē ſolutione videtur ſequi q̃ anima non poſſit moueri niſi moto corpore: ⁊ per conſequens q̃ a corpore ſeiuncta ſit immobilis. Quid autē de ħ ſit in. 8. aliqualiter dicetur: ſi deus voluerit. Ad ſecundum dicendum q̃ ſecunda mobilia mouent̃ a precedentibus mobilibus: nec proceditur in infinitum: ſʒ deuenitur ad primū mobile q̃ non mouetur ab alio mobili: mouetur tamen a motore immobili.

**Dicendū eſt igitur** Quod primum in aliquo genere dicitur eſſe per ſeipſum tale: quia non eſt tale per aliquid aliud illius generis: bene tamen poteſt eē tale per aliq̃d aliud q̃ nõ ſit generis illi⁹: ſʒ altioris.

Textus.

Ampli⁹ quod a ſe ipſo mouetur nullo modo pauſabit cum mouetur.

Q̃ō ſecunda.

Secundo poſſet aliq̃s dubitare de ipſa demonſtratione phyloſophi: ſicut enim a quibuſdaʒ alijs dicitur: non videtur magis ħ ratio cõcludere q̃ nihil moueatur a ſeipſo primo: q̃ q̃ nihil moueatur ab alio primo: quia ſi motus primo alicui ſoli etiam paſſiue ineſſet: non poſſet ab ipſo tolli per quietem partis.

**Ad iſtam q̃onem** quidam dicunt q̃ quando conuenit aliquid alicui primo: non tollitur ab eo quantū, cum q̃ tollatur ab his que ſibi ſunt extranea: inquantum ſtat ſub illo attributo. Extraneum autem eſt ab eo q̃ eſt ad ſeipſum conuerſiuum: inquantum huius: habere partes. Moueri vero a ſeipſo primo dicit eiuſdem conuerſionem ad ſeipſum: ⁊ ideo a mouente ſe primo: videtur extraneum habere partes: ⁊ per conſequens motu a partibus ſublato adhuc ipſum primo ſe moueret. Concludit ergo bene ratio Ariſtote. q̃ mouens ſeipſum non quieſcit in pauſando alterum. Sed non concludit vt dicūt de eo q̃ primo ab alio mouetur: propter id q̃ ab ipſo non eſt extraneum habere partes.

**Sed ſi diligenter** attendamus ad ipſum Ariſtote. proceſſum de facili apparet q̃ iſta non ſunt ad propoſitum: aſſumit enim Ariſt. in proceſſu ſuo q̃ omne q̃ mouetur ſiue a ſe ſiue ab alio eſt diuiſibile. Nam licet ab eo

ꝙ conuertitur ad ſeipſum quantum huius extraneum ſit habere partes: ⁊ eſſe diuiſibile: non tamen eſt extraneum ab eo ꝙ ad ſe conuertitur h determinato cõuerſionis mõ ſc. ſ. mouendo: quia vult Ariſt. ꝙ de ratione moti ſit eſſe diuiſibile: vnde patet manifeſte ꝙ non fuit phyloſophi intentio ſic arguere ſicut illi dicunt. ¶ Et preterea patet ꝙ ipſorum ratio recte non procedit. Nam id ꝙ mouet ſeipſum: ⁊ ſi ex ea parte qua ponitur ad ſe conuerti: careat partibus: quia tamen ſimpliciter ad ſe cõuerti non eſt in illo dicto attributuz: ſed magis ſicut dictum ẽ ad ſe conuerti determinato modo: quia ſe mouẽdo ꝙ includit habere partes. Patet euidenter ꝙ ſi partibilitas ſubtrahatur: quantumcũq; tunc remaneat h attributum ꝙ eſt aliud ſe conuerti: neceſſarium tamen vt ab ipſo ſubtrahatur ad ſe cõuerti ſe mouendo: ſicut etiam ⁊ ſubtracta impartibilitate: non eſt neceſſarium ꝙ ſubtrahatur motus; bene tamen neceſſarium eſt tolli eſſe ad ſeipſum conuerſiuuz: in mouente ergo ſeipſuz primo duo attenduntur que ſibi contradicunt: quia inquantum ibi clauditur ad ſe conuerſio: ibi attenditur ꝙ extraneum ab ipſo ſit habere partes: ⁊ inquantuz in eodẽ attributo clauditur motio: ibi attenditur ꝙ de ratiõe ſua ſit habere partes. Et propterea ſi pretermiſſo altero iſtorum concludatur tantum per aliud: non erit recte ratio procedẽs: ſed peccabit per inſufficientem partium enumerationem. Debet ergo ſic procedere. Extraneum eſt: ⁊ extraneum non eſt a mouente ſe ipſum habere partes. Ergo ſi motus a partibus tollatur: manebit totum mouens ſeipſum primo: ⁊ non mouens ſeipẽz primo: ꝙ implicat contradictionem. Igitur ⁊ contradictionem implicat: moueri a ſe ipſo primo Hoc igitur modo formando rationem optime ratio concluderet ſecundum opinionem Ariſto. vult enim Ariſt. oſtendere non ſolum: quod corpus non moueat ſeipſum primo ꝙ platonici etiam concedũt: ſed vniuerſaliter ꝙ nihil moueatur a ſe ipſo primo: ꝙ eſt contra platonicas poſitiones. Ponebant enim platonici incorporea mouere primo ſeipſa. Quia itaq; formando rationem: ſicut illi formabant: non concluditur ꝙ nihil moueatur a ſe ipſo primo: ſ; ſolum ꝙ nihil corporeum ſic moueat ſeipſum. De incorporeo autem quantum eſt ex vi illius rationis: relinqui videt̃: ꝙ moueri poſſit ex ſe ipſo primo patet euidenter ꝙ illo modo non formatur ratio ſecundum intentionem Ariſto. qui vniuerſaliter concludere intendit ꝙ nihil primo a ſeipſo moueatur: formando autem rationem ſicut nos eã poſtea formauimus: bene concluditur vniuerſaliter ꝙ nihil mouetur a ſeipſo primo: ꝙ hic intendit Ariſt. non tamen concluditur eo modo quo hic Ari. ꝯcludit: ſicut patet inſpiciẽti textuz.

## Vt ergo videamus

Breuiter quomodo ratio Ariſto. procedat: attendendum ꝙ demonſtratio Ariſtot. non ſumit̃ ex eo ꝙ eſt ad ſe conuerti: nec ex eo tantum ꝙ eſt moueri: nec ex vtroq;: ꝗuis etiam hinc ꝗdam ratio ſumatur: vt ſcilicet eſt expoſitum: ſed ſumit̃ ex eo ꝙ dicitur primo: ⁊ ex eo ꝙ omne mobile probatuz eſt in libro precedenti eſſe diuiſibile. Quod enim debetur alicui primo debetur ſibi tantum ſecunduz ꝙ eſt ipſum. Et propterea ſubtractum ab eo ꝙ non eſt ipſum: non eſt neceſſarium ꝙ ab ipſo ſubtrahatur: immo hoc non obſtãte ſibi adhuc id debebit̃ ſ; ꝙ eſt ipſum. Ex h autem Ariſt. accepit id ꝙ primo dicit: videlicet quia ꝙ a ſeipſo mouetur: nullo modo pauſabit in ſtando aliqd alterum. Quod autem oẽ mobile pauſet in ſtando aliquid alterum ipſe accipit ex alio: quia ex eo ꝙ in ſexto probatum eſt omne mobile eſſe diuiſibile: vlterius ergo ſue rationis in hoc conſiſtit: ꝙ quicquid conuenit alicui primo: quia conuenit ſibi ſecundum ꝙ eſt ipſum non auferetur ab eo quantumcũq; auferatur ꝙ ipſum non eſt: ſed ſemper manere poteſt ſibi primo debitum. Motus autem non poteſt ad mobile ita ſe habere: propter diuerſitatem partium: ⁊ diuiſibilitatem eius in partes: quarum nulla eſt ipſum totum. Subtracto enim motu ab altera parte mobilis: que aliud eſt a mobili: aut motus a mobili totaliter aufertur: aut de neceſſitate non manet ſibi primo ⁊ ſecundum ꝙ eſt ipſum debitus: ſed ſolum ſecundario ⁊ per aliud: vtpote per partem aliam: que ⁊ non eſt ipſum totum: ⁊ ab ea motus non ponitur ſubtractus; vnde impoſſibile eſt aliquod mobile moueri a ſeipõ primo. Hoc itaq; modo ipſa rõ Ari. procedit ſicut de facili apparet ſi bene cõſiderãt textum ſuum.

## Ad argumentum

Ergo in cõtrarium dicendũ eſt: ꝙ iſta ratio ſufficientiſſime concludit: ⁊ quod nihil moueatur a ſeipſo prĩo: ⁊ ꝙ ẽt paſſiue motꝰ toti mobili ꝑmo non ꝯueniat: nec iſtud ẽ aliquod in cõueniẽs.

¶ Qõ tertia.

## Tertio poſſet

Aliquis: dubitare de hac eadem ratione: videtur eniz procedere ex ſuppoſitione impoſſibilis: ſupponit enim pauſare partẽ eius ꝙ mouetur a ſe ipſo primo Diceret autẽ aduerſarius h eẽ impoſſibile: quia vellet ꝙ in mouente ſeipſuz primo: neceſſario partes eius omnes eſſent mote.

## Ad iſtam qõnem

Reſpondet cõmentator dicẽs ꝙ veritas conditionalis non tollitur: nec per falſitatem nec per impoſſibilitatem antecedentis. Nam quãuis iſta ſit impoſſibilis: aſinꝰ eſt homo: hac tamẽ impoſſibilitate non obſtante: verum eſt dicere ꝙ ſi aſinus eſt homo: aſinus eſt rationalis. Nũc autem phyloſophus hic non videtur vti niſi conditionalibus propoſitionibus: ſicut apparet per cũcta diſcurrendo: dicit enim ſi mouetur a ſe ipſo primo non pauſabit in ſtando aliqd alterum: ⁊ ſi pauſat in ſtando aliquid alterum: nõ mouetur a ſeipſo primo. Item ſi ab altera parte motus ſubtrahatur: aut motus a mobili tolletur: aut ſibi primo non conueniet. Hec itaq; conditionalis vltima: tota vera eſt: non obſtante antecedentis falſitate: ꝙ tamen eſſe non deberet ſi motus mobili a ſeipſo primo conueniret.

## Ad cuius euidentiam

Conſiderandũ eſt: ꝙ illud ꝙ cõmentator dicit vz ꝙ veritas cõditionalis non tollitur per impoſſibilitatem antecedentis: veritatem habet vno modo: ⁊ alio modo non. Nam ſi in conſequente id predicetur ꝙ ſequitur ſubiectum antecedentis: ⁊ antecedens impoſſibilitatem hẽat: erit etiaz propoſitio conditionalis impoſſibilis: ⁊ contradictionẽ iplicãs: vt puta: ſi ſic dicatur: ſi equꝰ eſſet hõ equus eſſet inrationalis. Si autez in conſequẽte id predicetur ꝙ ſequitur predicatum in antecedente: erit tunc optime conditionalis vera: non obſtante antecedentis impoſſibilitate: ſicut hic apparet: ſi equꝰ eẽt homo equꝰ eſſet rationalis: ⁊ talis quidem eſt conditionalis: Ariſtot. Nam ad eſſe partes mouentis ſeipſum primo ſequitur ipſas partes moueri. Ad motum autem ſubtrahi a parte ſequitur motuz non remanere in toto: niſi ratione alterius partis: que eſt aliud a toto.

Si ergo ita diceret: parte mouẽtis ſeipſum pauſante ꝑtes omnes mouerẽtur: eſſet falſa propoſitio: quia predicaretur in conſequente: conſequens ſubiectum antecedentis. Sed cũ ita dicitur: ſi pars mouentis ſe ipm: nõ moueretur: aut totum non moueretur: aut moueretur non primo: ſ ratione vnius ſue partis eſt neceſſaria ⁊ vera ꝓpõ: q2 in pñte predicatur id ꝙ predicatum antecedentis ſequitur. Et tamen nõ deberet ita cẽ: ſi toti primo motus conueniret: quia pars non eſt ipſum totum Quod autem conuenit alicui primo: ſiue ſecundum ꝙ ipſum: non tollitur quin conueniat ſibi primo: quã tumcunq3 tollatur ab eo ꝙ non eſt ipſum: vt dictum fuit in precedenti queſtione.

¶ Qõ quarta.

**Quarto poſſet** aliquis dubitare vtrũ ſupra dicta Ariſto. demonſtratio ſit per cauſam: videtur eniz ꝙ non: probat enim nihil moueri a ſeipſo: ꝑ hoc ꝙ omne mobile pauſat in pauſando alterum: hoc autem eſt effectus ⁊ nõ cã: igitur talis demonſtratio per effectuz data eſt.

**Ad iſtam qõnem** dicit Tho. contra cõmẽtatorẽ loquens: ꝙ hic demonſtratio data eſt per cauſam. Nõ enim eſt demõſtratio per effectum illa que continet cauſam in premiſſis: propter id ꝙ iudicandum eſt de ipſis demonſtrationibus: ſecundum conditionem inferentũ Quod autem inferens principale eſt in ipſa nũc dicta demonſtratione cauſa eſt eius ꝙ dicitur mobile nõ moueri a ſeipſo primo. Et propterea iudicanda eſt talis demonſtratio eſſe per cauſam.

**Sed quidam dicunt** ꝙ cum cõmentatore tenendum eſt: quia hoc modo dicendo ſicut dicit frater Tho. dicta demonſtratio: non plus concluderet ipſuz mobile non moueri a ſeipſo primo: ꝙ etiam non moueri ab alio primo.

**Dicendũ eſt igitur** vt in argumento tangebatur: ꝙ quieſcere per quietem alterius: non eſt cauſa ſed effectus eius: ꝙ eſt a ſeipſo primo nõ moueri: vnde quia per id probatur nullum mobile ſe mouere primo: patet ſecundum eos: ꝙ demonſtratio per effectum eſt: ⁊ non per cauſam.

**Sed quod ſic dicẽtes** in omnibꝰ deficiant non eſt difficile videre. Nam ſi demonſtratio Ariſto. in hoc tantum conſiſteret: ꝙ eſt mobile non moueri ex ſeipſo primo: quia pauſat in pauſando alteruz foret vtiq3 bene dictum eam eſſe demonſtrationem per effectum. Nam non moueri ex ſeipſo primo: ⁊ pauſare in pauſando alterum: ſunt due paſſiones ſic ſe habentes ꝙ prima eſt cauſalis ratio ſecunde. Idcirco eniz cauſaliter aliquid pauſat in pauſando alteruz: quia ſibi conuenit illa paſſio: que eſt ex ſeipſo primo non moueri Et propterea ſi in hoc totum conſiſteret demonſtratio Ariſtot. ꝙ eſt non moueri ex ſeipſo primo: quia ſtat in ſtando alterum: demonſtratio vtiq3 per effectũ eſſet: q̃les ſunt omnes demonſtrationes: in quibus paſſio prima demonſtratur de ſubiecto per ſecundam. Nũc autẽ Ariſto. non fuit his contentus in ſua demonſtratione: ſed illis propoſitionibus aſſumptis: tranſtulit ſe a: cauſam vtriuſq3 paſſionis: vtpote ad indiuiſibilitatez mobilis. Nã partibilitas mobilis cauſa eſt non ſolũ eius ꝙ dicitur mobile pauſare in pauſando alteruz: ſed etiã eius ꝙ dicitur mobile non moueri a ſe ipſo primo: cuiꝰ qu dem declaratio eſt: quia cum gradus alicuius perfectionis cauſa eſt in aliquo ente alicuius paſſionis: neceſſarium eſt ꝙ in alio ente defectus ꝑfectionis eiuſdez ſint cauſa deficiendi ens illud ab illa paſſione: quemadmodum quia rationalitas in homine eſt cauſa aptitudinis ad ratiocinandum: defectus rationalitatis cauſa eſt in equo: quare deficiat a dicta aptitudine. Et propterea dicit Ariſtot. in poſterioribus ꝙ ſi affirmatio cauſa eſt affirmationis: negatio etiam cauſa eſt negationis. Nunc autem ita eſt ꝙ mobilitas immãlitatis ⁊ impartibilitatis cauſa eſt in ſeparatis a materia ꝙ ipſa ad ſe cõuerſiua ſint. Materialitas igitur ⁊ partibilitas que in cuntis mobilibus reperitur: vt probatum eſt in ſexto: ⁊ que ponit dicte mobiliatis defectuz cauſa erit neceſſario quare nullum mobile ad ſeipſum conuerſiuum ſit: ⁊ per cõſequens quare moueri nõ poſſit a ſeipſo primo. Nam per hoc importatur conuerſio quedam eiuſdem ad ſeipſum: vnde manifeſtuz eſt ꝙ demonſtratio Ariſto. eſt per cauſam.

**Sed attendendum** ꝙ Ariſt. ex hoc ꝙ eſt cã vtriuſq3 ſupra dictarum paſſionum primo concluſit ſecundam paſſionem: vtpura hoc ꝙ eſt mobile pauſare ĩ pauſando alterum: vel ſimpliciter: vel ad minus ita ꝙ motus ſibi primo non conueniret. Ex hac autem ſecunda paſſione vlterius rediit ad cõcludendum paſſionez primam: ꝙ videlicet nullum mobile moueatur a ſeipſo primo: forte igitur ꝙ propter hunc ſecundum proceſſuz commentator dixit demonſtrationem Ariſtot. eſſe per ſignum. Sed quia hunc etiam proceſſuz ſecundo factũ de paſſione ſecunda: ad paſſionem primam Ariſt. roborauit per cauſam vtriuſq3 paſſionis: ita ꝙ ex eis ſumpſit robur ⁊ virtutẽ totius ſue demonſtrationis. Patet ꝙ optime dixit Tho. hanc eſſe demonſtrationez per cauſam: quia cauſam continet.

**Quod autem iſti** dicunt per rationez hanc etiã probari: ꝙ motus ſimpliciter ipſi toti mobili primo nõ conueniat: iam diximus ꝙ h̃ non reputauimus inconueniens. Sic itaq3 reſiſtendum mihi videtur eſſe iſtis quantum ad ea que legi in queſtionibus ipſorum: ⁊ ſi non dicant aliud in ſuis rationibus: quas nõ vidi: nõ enim contradictio eis ex deſiderio infrigendi: que ſcripſerunt: ſed ſolum ex deſiderio defendendi veritates a Tho. declaratas: quibus veritatibus in queſtionibus ſuis illi contradicunt.

¶ Textus.

¶ Quoniam aũt oẽ qđ mouetur ab aliquo moueť ⁊c.

¶ Lectio ſecunda. ¶ Qõ prima.

**Hic poſſet** aliquis dubitare de eo ꝙ Ariſt. hic dicit ꝙ mouens inſimul mouetur ⁊ ipſum: videtur enim hoc non eſſe bene dictum: quia ſicut infra ipſe declarat non eſt neceſſe oẽ mouens moueri. Sed forte aliquis aliquid hoc diceret: ꝙ Ariſto. hic loquitur ex ſuppoſitione: ſupponendo ſcilicet ꝙ quicquid moueť mouente mobili moueatur: ſic enim procedit: ſi eniz non eſt dare primum mouens nõ motum: ſed quicquid mouetur a mouente moto mouetur. Manifeſtum ꝙ ſimul mouebitur ⁊ mouens.

**Sed quamuis iſta** bene dicta ſint ⁊ tollant obiectionem factam: non tamen totam tollunt dubitationem. Manifeſtum eſt enim ꝙ magnes eſt mouens:

motuz: ⁊ tamen mouet ferrum abſq; eo ꝙ ſimul cuz ferro moueatur: facit autem iſta dubitatio ad intelligendum quomodo veritatem habet illud cōmune dictuz ꝙ mouens corporeum non mouet niſi motum.

**Ut ergo dubitatio** tollatur cōſiderandu z eſt quod de motu ad formam non habet illud commune dictum veritatem. Uidemus enim ꝙ ignis ſtans ⁊ quieſcens iuxta ferrum tranſmutat ipſum ad formā calidi: nec cuz hoc facit oportet ꝙ ipſe ignis motu locali moueatur: quamuis forte moueatur tunc motu alterationis: in quantuz frigiditas in ferro contra agit caliditati ignis: vnde ⁊ in tertio dictum eſt: ꝙ agentia ⁊ paſſiua phyſica: propter cōiōnem in mā mutuo agunt ⁊ patiuntur. Quia tamen non omnia cōmunicant in materia: poſſet de talibus dubitare aliquis vtrum ipſa poſſint mouere alia: ad locum vel ad formam abſq; hoc ꝙ ipſa vllo motu moueantur. Sed iſta queſtio locum habet alibi ad preſentem autem materiam ſufficit videre: ꝙ mouens corporeum poteſt alteruz ad formam tranſmutare abſq; eo ꝙ ipſum tunc ſecūduz locū moueatur. Et quia motus ad locum ſequitur et concomitatur motum ad formam: propter id quod ad terminatam formaz naturalez: ſequitur impetus: ⁊ inclinatio in determinatum locum: neceſſarium eſt ꝙ vnuz corpus imprimendo formam alteri: abſq; ſua locali tranſmutatione mouere poſſit localiter motu conſequente formam illam ad corpus abſq; eo etiam quod ipſum ſecundum locum moueatur. Et talez debemus imaginari motum ferri a magnete. Imprimit enim ſibi abſque locali motu ſuo qualitatem ad ſe inclinantem: ⁊ per cōſequens initiantem formaliter localem motuz ferri. Si autem motus ad locū imprimatur vni corpori ab alio abſq; impreſſione forme ad illum motum inclinantis ita ꝙ ſit motus pure localis: ⁊ non mutatio loci coniuncta alterationi: neceſſarium tunc erit ꝙ corpus vnum mouens aliud localiter moueatur etiaz ipſum: duz mouet inſimul: ſecundum locum: ſicut apparet in ꝓiectione lapidis: ⁊ alijs motibus ſimilibus. Quia enim corpus iſto modo mouens detinet corpus aliud ſub virtute ſua: nec determinat ipſum ad hunc motum vel ad illū: per impreſſionem alicuꝰ forme: neceſſariū eſt ꝙ per aliquid aliud ipſum determinet ad certum motum: ſi mouere ipſum debet. Non videtur autez tunc mobile a mouente tunc per aliud determinari: ⁊ dirigi ad certū locum: niſi per aliquem motum mouentis mobile in virtute ſua verſus locum illum: de motu igitur locali facto abſq; ipreſſione forme videtur intelligi: ⁊ ꝙ corpus non mouet localiter niſi localiter motum: ⁊ id etiā ꝙ Ariſto. dicit: ⁊ hoc quidem per ſua verba etiaz apparet. Nam de motu locali ipſe proponit conſiderationez ſuam ſic inquiens. Quoniam autem omne ꝙ mouetur ab aliquo mouetur: neceſſe eſt ⁊ oē ꝙ mouetur iñ loco moueri ab altero.

¶ Textus.

¶ Si enim non eſt in infinitum procedere ⁊c.

¶ Nō ſecunda

**Secundo poſſet** aliquis de ipſa Ariſto. demonſtratione dubitare: videtur enim non deducere ad aliquod inconueniens. Supra eniz probatum fuit ꝙ in tēpore infinito non poteſt eſſe motus infinitus infinitate quantitatis ſue: nō ſimul ſed ſucceſſiue poſite. Quātitas autem quam motus accipit a quātitate mobilis: nata eſt tota inſimul poni: ſicut ⁊ mobile continuum totum inſimul mouetur: ⁊ ſecundum ſe ⁊ ſecundum omnes partes ſuas. Nunc autem demonſtratio concludit ꝙ poſito mobili infinito: erit in tempore finito motus īfinitus in quantitate tracta a ꝗtitate mobilis eo ꝙ dicat mobilis infiniti motum eſſe infinitum. Igitur nullum ipſa inconueniens concludit.

**Ad iſtam qōnem** dicunt quidaz ꝙ philoſophus ſupponit in ſua demonſtratione ꝙ tunc dicatur corpꝰ moueri: quādo pertranſit aliquod ſpatium immo per comparationem ad ſpatium non dicitur corpus mutare locum ſecundum ſe totuz; niſi ſecundum ſe totuz pertranſeat aliquod ſpatium. Cuz ergo impoſſibile ſit infinitum pertranſire aliquod ſpatiuz: etiam tempore finito: vt probatū eſt in ſexto impoſſibile eſt infinitā magnitudinem moueri localiter ſecundum ſe totaz. Et ſic ſecundum iſtos mens philoſophi eſt intelligenda.

**Sed quod ipſi** mentem philoſophi corrumpant: ꝙ ſe per ſe iactant intelligere: de facili apparet. Si enim ſic procederet eius demonſtratio: omnino nihil eſſet: quia incōueniētē acciperet ſuppoſitionem: falſum eſt eni ꝙ tunc ſolum moueatur mobile localiter: cum pertranſit ſecūdum ſe totū vnū aliquod determinatū ſpatium: immo ſi ipſuz pertranſeat: ſecundum vnam ſui partem: cum tota parte moueatur totum mobile continuum difficilis diuiſionis: dicetur ipſum localiter moueri. Sufficit enim ad hoc ſaluandum ꝙ ſuper ſpatium determinatum tranſeat vna partium ipſius: ⁊ alie ſequentes tranſeant non ſuper idez ſpatiuz: ſed ſuper alia ſpatia ſequentia. Si ergo mens philoſophi fuiſſet talis ſicut illi dicūt: profecto corrupta fuiſſet ex ſuppoſitione falſi.

**Ut ergo mentez** philoſophi ſaluemus attendendum eſt ꝙ mobile īfinituz non poſſe moueri motu locali recto ſatis notum eſt. Nihil enim motu recto mouetur niſi accipiendo aliqd de loco qȯ prius non habebat ⁊ relinquendo aliquid de loco qȯ prius habebat. Omne autem tale patet eſſe finituz: ⁊ inter duo aliqua concluſum: vtpote quia terminatum ad locum: quē relīqt ⁊ ad euz quē ſubintrat. Sed de motu circulari non ita prima facie apparet ꝙ non poſſit mobili īfinito conuenire: propter id quod per talem motum non dimittit de loco aliquid: ante habituz: nec accipitur aliquid nō habitum: vt propter hoc cogamur intelligere ipſuz mobile inter duo loca aliqua concluſum De iſto ergo motu ꝙ infinito non conueniat ipſa demonſtratio Ariſt. ſubtiliter concludit: quia vt ipſe ait ſi infinitum moueretur: motus infinitus fieret in tempore finito. Quod quidem quomodo ſequatur videnduz eſt: imaginemur itaq; in infinito corpore punctuz: circa qȯ intelligitur fieri reuolutio: vel ēt pūctū imaginemur ī ſpacio īfiniti corporis. Ulterius autem circa ⁊ prope punctum deſcribamus in corpore circulum qui finitus erit: non ſolum propter alia: ſed etiaz quia intra ſe finitaz ab illo puncto diſtantiam concludit: Ulterius autem imaginemur in corpore lineas a cētro ꝓtractas: ꝑ totū infinitum corpus: tanto ſemper a ſe magis diſtantes: quāto magis a centro elongantur. Iſtis enim preacceptis facile eſt propoſitum videre. Manifeſtum eſt enim ꝙ inſimul dum reuoluitur circulus deſcriptus: prope cētrum reuoluuntur per foramina huius linee protracte a centro per circulum ⁊ per totum corpus infinitū. Inſimul etiam cum illis lineis natum eſt reuolui totum

corpus

corpus cum ille linee in corpore ſint ⁊ non reuoluantur
niſi ad reuolutionem eius. Inſimul itaq; per cōſequēs
dū reuoluitur circulus deſcript9 ꝓpe cētrū: reuoluit̄ ēt
totū corpus in quo circulus deſcriptus eſt. Hoc aūt eſt
manifeſte videre in rota que tota reuoluitur cū reuol
uitur circulus paruus: deſcriptus circa medium eius.
Ponamus ergo corpus infinitum ꝙ dicitur moueri
tali motu actu moueri: tunc neceſſario ⁊ circulus in
ipſo deſcriptus iuxta centrū ⁊ punctū. a. in circulo po
ſitum mouebitur ſuper ſpatiū ipſius parui circuli ſem
per ⁊ continue de ipſo conſumendo aliquid. Et quia
ſpatium correſpondens illi circulo finitum eſt: neceſ
ſario accipietur totum in tempore finito ⁊ ſignum. a.
in tempore finito mouebitur ab eodem in idem. Alias
enim tranſitio ſpatii finiti duraret infinito tempore ꝙ
⁊ ſupra improbatum eſt ⁊ repugnat intellectui. Quia
igitur inſimul cum iſto circulo reuoluitur ⁊ totum cor
pus: in tempore finito reuoluetur totum corpus infini
tum in ſuo ſpatio ꝙ infinitum eſt: ⁊ per conſequens in
tempore finito motus infinitus erit: ſic itaq; demon
ſtratio intelligenda eſt concludere. Apparet autem in
tuenti ꝙ quantum ad propoſitum nihil differt accipe
primo magnitudinem finitam circuli vel magnitudi
nem infinitam corporis totius: quia enim inſimul mo
uentur a quacumq; ipſarū fiat proceſſus in demonſtra
tione ꝯcludetur motum infinitū fieri in tēpore finito.

¶ Qō tertia.

TErtio poſſet Aliquis dubi
tare: quia nō
videtur verum ꝙ ſit conueniens omnia
mouentia mobilia cōtinuari poſſe. Nā
corpora celeſtia ⁊ elemēta ſunt mouentia
mobilia: nec tamen ſibi inuicem conti
nuari poſſunt.

Ad iſtam qōnem Dicit doctor no
ſter ꝙ aliter pro
cedendum eſt in demonſtratione: cum concluditur ali
quid de ſpecie: atq; aliter cum concluditur aliquid de
genere. Nam cum demonſtratur aliquid de ſpecie ac
cipiendum eſt ꝙ non eſt contra rationem ſpeciei. Et cū
demonſtratur aliquid de genere accipiendum eſt: non
quidem neceſſario ꝙ non repugnet ſpeciei: ſed ſolum ꝙ
non repugnet generi. Quamuis autem ſecundum ra
tionem proprie ſpeciei repugnet corporibus celeſtibus
ꝙ continuētur elementis: quantum tamen eſt de com
muni ratione mobilis vel corporis non repugnat corpo
ra omnia continuari. Quia itaq; Ariſto. non loquitur
de mobilibus alicuius determinate ſpeciei: ſed ſolum
de mobilibus in genere: ſufficiens fuit ſibi id accipere
in ſua oratione ꝙ conueniens eſt ſecundū communem
rationem mobilis vel corporis.

¶ Textus.

¶ Primum autem mouens non ſicut cuius cauſa: ſed
vnde eſt principium motus ⁊c.

¶ Lectio tertia. ¶ Qō prima.

HIc poſſet Aliquis dubitare
ſtatim de h̄ ꝙ phylo
ſophus dicit in principio nihil eſſe mediū
inter mouens ⁊ motum: videtur enim h̄ nō
habere veritatem: quia magnes mouet fer
rum aerecriſtente medio inter vtrumq;.

Ad iſtam qōnem Dicendū eſt ꝙ
verba phyloſo
phi intelliguntur de mouente primo: non ſecundū ꝙ
primum accipitur pro principali: ſed ſecundum ꝙ ſu
mitur pro proximo ꝙ dicitur primū: qui accipitur pri
mo ante mobile. Mouens autē principale non ſic pri
mo ante mobile ſumitur: quia intra ipſa cadit medi
um mouens ſecundarium: vnde ſtatim ante mobile ſu
mitur mouens: ſecundum ꝙ eſt ſibi proximum: ⁊ po
ſtea mouens principale ꝙ eſt ab ipſo mobili remotum
De mouente ergo primo ⁊ proximo itelligere debem9
ꝙ inter ipſum ⁊ mobile nihil cadit medium.

Ad argumentum Ergo ō magne
te ⁊ ferro pro tā
to non concludit: quia in motu illo eſt magnes bene pri
mum ⁊ principale mouens: non tamen eſt mouens pro
ximum: immediate enim magnes imprimit qualitatē
⁊ virtutem aeri ſibi coniuncto. Aer autem coniunctus
ferro recepta virtute a magnete ipſi ferro qualitatē im
primit: vnde patet ꝙ h̄ mouens proximum eſt aer con
tiguatus ferro.

¶ Textus.

¶ Tractio autem eſt cum etiam ad ipſum vel ad alte
rum velocior ſit motus ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

SEcundo poſſet Aliquis
dubita
re: quia non videtur verum ꝙ in tractio
ne motus trahentis ſit velocior naturali
motu attracti: quia ſi poteſt aliquid trahe
re: abſq; eo ꝙ moueatur ipſū: multo magis poterit tra
here: abſq; eo ꝙ moueatur velociore motu.

Ad iſtam qōnem Reſpondet fra
ter Tho. ꝙ tri
plex eſt attractio: vna quidem per modum finis: quo
modo locus dicitur trahere locatum ⁊ voluntas mota
a fine trahit ſecū illum: cuius eſt voluntas: iuxta illud
trahit ſua quēq; voluntas. Et de tali tractione nō agi
tur h̄: vnde ⁊ ꝙ trahit h̄ modo abſq; ſuo motu trahit.
Nam locus non motus trahere dicitur locatū ⁊ finis
non motus dicitur ad ſe trahere voluntatem. Secūdo
autem modo fit tractio ab imprimeᷓre formam: quomo
do generans leuia dicitur trahere ipſa ſurſum impri
mendo ipſis formam leuitatis: ad quā ſequitur impe
tus ad ſurſum: ⁊ h̄ modo: vt pluries diximus: magnes
ferrum trahit: cuius ſignum triplex ponit Tho. quo
rum quidem vnum eſt: quia non trahit ipſum in qua
cūq; diſtantia poſitū: ꝙ ideo contingit: quia virtus al
teratiua ſua non protēditur ad quālibet diſtantiā: ſed
certam ⁊ determinatam. Secundum autem ſignū eſt:
quia ſi magnes perungatur aleis ferrum non attra
het: ac ſi talis vnctio debilitet vi alteratiuā eius. Ter
tium vero eſt ꝙ ſi magnes paruus ſit: oportet ferrum
fricari cum magnete: ſi ipſum debeat attrahere: ac ſi ex
tali fricatione ferro ipꝛimatur qualitas: quā impetus
in ferro ſequatur ad magnetem: ſed de tali alteratione
q̄lis ſit ⁊ que virtus ſit magnetis: per quā ferrū trahit
alibi locus eſt determinare. Ad preſens autē: h̄ accipi
endum eſt ꝙ de iſta attractione non intelligitur diffini
tio tractiōis h̄ aſſignata a phyloſopho: vnde ⁊ magneſ
trahit ferrum abſq; motu ſuo. Tertio autem modo fit
tractio per actionem corporis imprimentis localem mo
tum tantum. Et hoc modo ſupra expoſuimus ꝙ corp9
non mouet niſi motum: hoc etiam modo intellexit com
mentator ꝙ h̄ dixit: notum eſt per ſe ꝙ omne corpus ꝙ
mouet aliud corpus nō mouet ipſum: niſi moueatur cū
eo in tempore in quo mouet ipſum: ſic etiam intelligit

⁊ q̄ hic Ariſt. de tractione ait. Nam ſi motus tracti eſſet velocior motu trahentis: tunc moueretur motu ſuo proprio: ⁊ ſimiliter ſi foret equalis moueretur abſq̄ trahentis actione: ſed ſi graue tendat deorſuꝫ ⁊ motus trahentis ipſum ad deorſum velocior ſit motu proprio ipſius grauis: superaddetur ad motum grauis aliquid de velocitate per actionem trahētis: ratione cuius dici poterit: motus iſte factus eſt a trahente. Alias enim magis eſſet motus factus a generante imprimente ſibi formam.

¶ Q̄ō tertia.

Tertio poſſet aliquis dubitare: quare tractio fiat ad ſe ⁊ ad alterum: videtur enim h̄ non eſſe verum in omnibus q̄ trahens naturale: ſic ad ſe trahit q̄ non trahit ad alterum.

Ad hoc autem de facili apparet reſponſio. Jam eniꝫ dictum eſt q̄ diffinitio hic poſita nō datur proprie de tractione facta per impreſſionem forme: vnde ⁊ commentator dicit q̄ attractio in qua attrahens eſt quieſcens ⁊ attractum ē motum non eſt attractio in rei veritate. Talis autem eſt attractio facta per impreſſioneꝫ forme Et hoc modo fit a trahente naturali. Jmprimit eniꝫ alteri formam ſimilem forme ſue vel ſecundum ſpeciem vel ſecundum genus: vel ſecundum anologiam: ⁊ ideo trahit ad locum: vel ſimpliciter eundem: vel eundeꝫ genere: vel eundem idemptitate anologie. Subtracta ita q̄ iſta tractione: ⁊ illa que fit per moduꝫ finis relinquitur illa a trahente voluntario. Trahens autem voluntarium non determinat id q̄ trahit ad locum per determinationem forme impreſſe: quia ſibi nullaꝫ imprimit ſed determinat ad locum per imperium ſue voluntatis que cum ſit libera: quantū ad hoc determinare ad vnū locum ⁊ ad alterum: ⁊ ideo trahens voluntarium poteſt trahere ad ſe ⁊ ad alterum.

¶ Textus.

¶ At vero neq̄ alterati neq̄ alterātis nullū mediū ⁊c.

¶ Lectio quarta. ¶ Q̄ō prima.

Hic poſſet aliquis dubitar: q2 non videtur q̄ in motu alterationis alterans proximum ſit immediate coniunctum alterato: quia ſol alterat h̄ inferiora: inter que ⁊ ipſum cadūt plurimi celeſtes orbes medii: nec tamen ipſos alterat: vt dicere poſſimus: q̄ ipſi alterati alterant inferiora que contingunt.

Ad iſtam q̄onem dicitur cōmuniter: ⁊ bene: q̄ ſolum alterat h̄ inferiora mediantibus orbibus: quibꝰ etiam imprimit qualitates ſuas: ſed propter diuerſam recipientium naturam contingit vt ille qualitates impreſſe alium effectum operentur h̄ q̄ ibi. Quia enim h̄ inferiora ſunt tranſmutabilia ſecundum formam: contingit q̄ qualitates eis a ſole mediantibus alijs orbibus impreſſe ipſa de vna forma in aliam tranſmutantur: ſed quia orbes celeſtes in forma non ſunt tranſmutabiles: contingit q̄ qualitates eis impreſſe a ſole ipſos de forma in formam non tranſmutant: ſed magis ipſorum perficiunt proprietates: vnde Simplicius ait in commento primi libri de celo ⁊ mundo: palam eſt: vt extimo: q̄ ⁊ celeſtia corpora agunt in inuicē: ⁊ tradunt in inuicem ſuas bonitates. Neq̄ ſunt traditiones iſte paſſiue ſed perfectiue. Coexiſtere enim ipſi poſſunt contraria autem h̄: propter eā que abinuicem diſtantiam nō apta nata coexiſtere in iuicem exteriant inuicem: ⁊ propter h̄ paſſiue agunt: ferrum quidem enim ab igne calefactum: paſſiue alteratum non adhuc infrigidare poteſt: quamuis frigidum ſecundum naturam exiſtens: quia ſecunduꝫ paſſiones operatur: luna vero quamuis alteretur aliqualiter a ſolaribus radijs: ⁊ tranſmittat in nos ſolare lumen: tamen cū ſua proprietate. Non. n. tranſmutauit aliquid a ſubſtantia ipſius alteratio: ſed perfecte ſolū inexiſtentes virtutes. Scōm igitur h̄ verba Simplicij: dicendum eſt q̄ orbes inferiores ſole qualitates recipiunt ab ipſo: quas ipſi contingentes: h̄ inferiora tranſmittunt vlterius in ipſa: ita q̄ ſecundum h̄ etiam h̄ proximum alterans ⁊ proximum alteratuꝫ ſunt coniuncta ſine medio. Patet autem de facili ex dictis ⁊ ſolutio omnium aliarum inſtantiarū ꝯſimiliū.

¶ Textus.

¶ Huic quideꝫ igitur aer eſt continuus ⁊c.

¶ Q̄ō ſecunda.

Secundo autem aliqs poſſet dubitare vtrum in actione videndi debeant alterās ⁊ alteratū coniuncta eſſe abſq3 medio. Poſſet enim aliquis forte credere q̄ ad actum videndi ſufficiat directio viſus ad viſile ſibi directe obiectum: abſq3 eo q̄ in ſpatio medio cadat viſum corpus.

Ad huius ergo euidentiā attendendum eſt q̄ iueni quoſdam dicentes ad actum videndi non requiri aliquaꝫ ſpeciem oculo impreſſam a viſibili. Et ratio ipſorum erat: quia ad hoc q̄ materia patiatur: non oportet ſibi dare formam: quia forma ⁊ actus non eſt ratio patiendi: ſed tantum ipſa potentia paſſiua: videre autem ponit paſſionem viſus a viſibili: ⁊ ideo ad hoc q̄ viſus videat: non oportet ponere in ipſo aliquam formam ſibi a viſibili impreſſam: que ſit vel dicatur eſſe ei ratio videndi: ſed oportet ponere ſoluꝫ directionem fieri viſus ad viſibile diſtās obiectū ipſi viſui directe. Vlterius autem me deducente eos confeſſi ſunt viſionem poſſe fieri in vacuo. Secundum itaq3 iſtorum dicta in actione videndi non eſſet coniunctum proximum alterans proximo alterato: tum quia viſibile eſſet diſtans: tuꝫ quia ſpacium vacuum non poteſt habere agentis rationeꝫ.

Sed iſta poſitio ſatis ſufficienter a phyloſopho refellitur in ſecundo de anima: vbi ipſe reprobat poſitionem democriti qui dicebat q̄ ſi eſſet vacuum: poſſemus videre formicā etiā in celo. Ratio autem Ariſto. contra hanc poſitionem eſt: q2 aliquo patiente ſenſitiuo fit ipſum videre: q̄ etiam illi conceſſerunt. Adiungit autem Ariſto. ab ipſo aūt: qui videtur color impoſſibile ſenſitiuū: ſcilicet imediate pati. Relinquitur ergo q̄ a medio: q̄ etiam foret impoſſibile: ſi mediū eſſet inane vel vacuum: virtus autem huius rationis in hoc conſiſtit: quia nihil patitur ab aliquo: niſi contingat ab eo: non autem viſus patitur in videndo immediate contactus a colore: quia color vel viſibile poſituꝫ ſupra viſum obſtruit ipſum ⁊ non perficit: patitur ergo a colore mediante aliquo eius virtutem deferente. Contactu enim virtutis oportet: vt paſſiuum cōtingatur ab actiuo: ſi debeat ab ipſo quicūq3 pati: propter id quod paſſio eſt immediatus effectus actionis: ⁊ actio eſt immediatus effectus virtutis: vnde impoſſibile eſt aliqd pati

pati ab aliquo: niſi ꝯtingatur a virtute eius: ſi ergo viſus pati dꝫ a viſibili diſtante: neceſſarium eſt virtutem viſibilis vſqꝫ ad viſum per aliquid deferri. Non poteſt autem deferri per vacuum: quia virtus cum ſit accidens requirit neceſſario aliquod ſubiectum: vacuum vero: quia nihil eſt: non poteſt eſſe ſubiectum alicuius accidentis poſitiui: neceſſario igitur: ſi viſus debet pati a viſibili: oporteret ꝙ ſit corpus aliquod ⁊ dyaphanum deferens virtutem viſibilis vſqꝫ ad viſum: a quo corpore viſus immediate non mediante alio corpore immutabitur: vnde patet ꝙ etiam hic inter proximum mouens: ⁊ proximum motum nihil cadit medium: ſed immediate ſibi ſunt coniuncta: vtrum autem ad actum videndi requiratur ſpecies informãs viſuꝫ declarare nõ ſpectat ad preſentem materiaꝫ: ſed ad illam que tractatur in libro de anima.

**Hic tamen dicere** Poſſumus ad preſens ꝙ ratio illorum non concludit: verum eſt enim ꝙ materia non requirit formam aliquam preexiſtentem paſſioni: ⁊ coagenteꝫ extrinſeco agenti ad hoc vt ab ipſo patiatur: bene tamẽ exigit ⁊ requirit ꝙ aliquid ſibi ab agente imprimatur: dum ab ipſo patitur ꝙ recipiendo dicatur ab ipſo pati. Non enim agens agit in materiam niſi imprimendo ſibi ſimilitudinem ſuam. Conſimiliter itaqꝫ dicemus in propoſito Non enim oculus habet anteq̃ patiatur a viſibili ſpeciem aliquam ſibi ſuperadditam coagentem viſibili extrinſeco: bene tamen aliquid recipit ab ipſo cum ab ipſo patitur: quia alias ab ipſo non mutaretur. Hoc autẽ qḋ ab ipſo recipit ſpecies eſt ⁊ ſimilitudo eius. Agit enim agens in paſſiuum ſemper ſimilitudinem ſuã ſibi imprimendo. Et propterea ꝙ omne agens agit ſibi ſimile.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem que alterantur alterantur omnia a ſenſibilibus ⁊c.

¶ Lectio quĩta. ¶ Qõ prima.

**Hic poſſet dubitare** aliquis: quare Ariſtoteles non fecit mentionem de ſecunda ſpecies qualitatis: de naturali ſcilicet potentia ⁊ impotentia: ſicut mentionem fecit de prima ⁊ quarta.

**Ad hanc queſtionem** dicit Commentator Alexãdrum reſpondere: ꝙ ideo Ariſtoteles ħ fecit: quia declaratum eſt vniuerſaliter ꝙ naturalis potentia ⁊ impotentia non eſt qualitas: ſecundum autem id ꝙ non eſt qualitas non ſit alteratio.

**Sed iſta reſponſio** Videtur eſſe inconueniens. In qualibet enim ſpecie cuiuſcũqꝫ generis: oportet rationem generis ſui reſeruari. Cum ergo naturalis potentia: ⁊ naturalis impotentia: ſit ſpecies qualitatis: oportet de neceſſitate ꝙ in eis ratio qualitatis reſeruetur: vnde omnino falſum videtur ꝙ potentia naturalis non ſit qualitas: precipue cum ſpecies recipiant predicationem generis ſecundum nomen ⁊ ſecundum rationem: quia vniuoce genera de ſpeciebus ſuis predicãtur.

**Et propterea** Auerroys duplicem expoſitioneꝫ illius dicti adducit: vnã quidem: quia naturalis potentia ⁊ naturalis impotentia ſunt rebus principia agendi ⁊ patiendi: res autem agunt per ſuas formas: ⁊ patiuntur per ſuas materias: forme vero ⁊ materie ſunt ſubſtãtie: neceſſario igitur naturalis potentia ⁊ impotentia rem ſubẽ dicunt magis q̃ rem qualitatis. Notandum autem ꝙ ex hoc dicto commentat. probari poteſt ꝙ potentie anime nõ differũt realiter ab eius eſſentia.

**Sed iſta expoſitio** Nõ tollit dubitationem immo magis eam auget. ſubã enim non eſt ſpecies qualitatis: vnde ſi naturalis potentia eſt ſubã aut non erit qualitatis ſpecies: aut ſi ſpecies eiꝰ eſt: oportet ꝙ qualitatis rationem in ſe habeat.

**Et preterea quamuis** forma ſubſtantialis ſit prima ratio agendi: non tamen eſt eius ratio proxima: ſed ratio agendi proxima eſt ipſa potentia. Sicut enim ſe habet forma ad eſſe: ita ſuo modo ſe habet potentia ad agere: forma aũt eſt proxima ratio agendi ⁊ non potentia: igitur ⁊ potentia erit proxima ratio agendi ⁊ non forma Falſum ergo videtur ꝙ ſit dicere naturalem potentiam eſſe idem cum ſubſtantiali forma.

**Et propterea** Commẽt. ſuperaddit ꝙ forte Alexan. intendit ꝙ declaratum eſt vniuerſaliter ꝙ naturalis potentia non eſt qualitas alterabilis: quoniam eſt forma: ⁊ declaratuꝫ eſt ꝙ forme non eſt alteratio: ſed ſequitur alterationem.

**Sed nec iſta expoſitio** dubitationem tollit: quia ſi naturalis potentia eſt forma ſubſtantialis non erit in predicamento qualitatis. Si vero non eſt forma ſubſtantialis: ſed eſt forma ad predicamentũ qualitatis pertinens: oportebit tunc oſtendere: quomodo vniuerſaliter declaratum ſit ꝙ forme non ſit alteratio. Non eſt enim ħ declaratum niſi de habitibus qui pertinent ad primã ſpeciem: ⁊ de forma pertinente ad quartam ſpeciem qualitatis. Naturalis vero potẽtia non pertinet ad quartaꝫ ſpeciem: ſed ad ſecundam.

**Et propterea** Dicenduꝫ eſt ꝙ ſi Alexander dixit illa verba poſt determinationeꝫ factam de habitibus: ſicut credo ꝙ dixit: tunc intelligendum eſt ꝙ declaratum eſt vniuerſaliter ꝙ naturalis potentia non eſt qualitas abſoluta: propter declarationem enim qua declaratur ꝙ habitus ſunt in ad aliquid habetur quodammodo vniuerſaliter etiam de potentiis declaratum ꝙ ſunt in ad aliquid. Importãt enim reſpectum ⁊ relationem ad actum: vnde quia in ad aliq̃d non eſt motus: patet ꝙ in qualitatibus ſcḋe ſpeciei motus eſſe non poteſt. Sunt eniꝫ ſecundum eſſe quidem in predicamento qualitatis: ⁊ ſcḋm dici in predicamento relationis.

**Thomas autem** Dicit ꝙ ſtatim prima facie apparet ꝙ naturalis potentia ⁊ impotentia: nec acquiruntur: nec abijciuntur niſi tranſmutatione facta in natura: ꝙ per ħ ipſum datur itelligi ꝙ dicitur naturalis: ⁊ ideo ħ tanq̃ manifeſtuꝫ pretermiſit. Non enim ſit alteratio proprie ſecunduꝫ aliquid ad ꝙ nõ primo terminetur tranſmutatio: ſed ex ꝯñti tantũ.

¶ Textus.

¶ Ex quo quidem enim eſt forma ſtatue: non dicimus formam ⁊c.

¶ Q̄ō ſecunda.

Secundo poſſet aliqs dubitare de ratione per quā Ari. probat ꝙ ſecundum formas ⁊ figuras non fit alteratio: videtur enim non concludere: q̄a ſicut alia accidentia non eque de ſubiectis p̄dicātur ita nec iſta. Non enim dicimus ꝙ homo eſt albedo ſed ꝙ homo eſt albus. Et ſimiliter non dicimus ꝙ es ſit figura ſed dicimus ipſuꝫ eſſe figuratum.

Ad huius itaque q̄ōnis euidētiam attendēdum eſt ꝙ aliter ſe habꝫ in qualitatibus quarte ſpeciei ⁊ aliter in alijs. Alie enim qualitates ipſe quidē tam ſecundum genus q̄ ſecundum ſpeciem: ſic denominatiue dicuntur de ſubiectis ꝙ ipſum accipiunt in recto ſiue cum ſubijcitur ſiue etiam cum predicatur: dico eniꝫ non ſolum ꝙ es coloratum eſt: ſed etiaꝫ ꝙ eſt album ⁊ econuerſo non ſolum dico ꝙ coloratuꝫ eſt es: ſed etiam ꝙ album eſt es. Et non ſolum h̄ verificatur quantum ad eſſe: ſed etiam quantum ad fieri Dicimus enim ꝙ es fit coloratuꝫ ⁊ album. In qualitatibus autem quarte ſpeciei non ita ſe habet. Nā ſi ſumātur quidem ſecundum genus: videntur bene predicari poſſe denominatiue de ſubiecto ſimpliciter ſumpto. Dicimus enim ꝙ es eſt formatum aut figuratum: ⁊ econuerſo etiam dicere poſſumus ꝙ formatum ⁊ figuratuꝫ eſt es. Nam per formatum poſſumus intelligere formam naturalem ⁊ non artificialem tantum: ⁊ per figuratum ſimiliter poſſumus non ſolum intelligere figuram artificialem: ſed etiaꝫ figuram conſequentem formam naturalem. Sicut autem dicere poſſum ꝙ animatum eſt homo: ita etiam dicere poſſum ꝙ aliquod formatum forma naturali: ⁊ aliquod figuratum figura naturali eſt homo. Sic ergo qualitates ſpeciei quarte ſecundum ſuum genus ſumpte recipere poſſunt predicationem ſuorum ſubiectorum ſecundum eſſe: ſicut ⁊ relique qualitates: ſed ſi determinentur ad ſpeciem aliquam certam ⁊ determinatam: non ſic ſe habet. Non enī dicimus ꝙ ſtatua eſt es: ſed dicimus ꝙ ſtatua eſt erea: nec dicimus ꝙ es fit ſtatua: ſed dicim⁹ ꝙ ex ere fit ſtatua. Non etiam bene ⁊ conuenienter dicimus ꝙ formatuꝫ ⁊ figuratuꝫ q̄d eſt ſtatua ſit es ſed dicimus ꝙ eſt ereum: patet igitur quomodo in iſtis qualitatibus non fit predicatio ſubiecti vel de ſubiecto: ſicut fit in illis qualitatibus penes quas ſubiecta alterantur.

Quidam autem Alij dicunt h̄ ſic intelligendum eſſe ꝙ alia dicūtur eque ſubis: quia ⁊ ſi non in abſtracto tamen in concreto: quomodo etiam dicuntur fieri de ſubis eque dicuntur. Non enī fit calor: ſed calidum: ⁊ dicimus ꝙ lignum eſt calidum. Sed qualitates quarte ſpeciei ſumpte etiam ſecundum ꝙ debetur ipſis fieri non eque mere dicuntur. Bene enim dicimus ꝙ fit ſtatua: nec tamen dicimus ꝙ es ſit ſtatua: ſed ſoluꝫ ꝙ eſt ereum.

Hanc autem ſolutionē pro tanto non accepto: quia bene dicimus ꝙ fit figuratum: ⁊ tamen licet ſibi attribuatur fieri: h̄ non obſtante dicimus ꝙ es eſt quoddam figuratum: vnde prima ſolutio eſt magis ad propoſitū: ⁊ rōni ꝯſona.

¶ Q̄ō tertia.

Sed tunc ſtatiꝫ tertio de hoc dubitare poſſet aliquis: quare videlicet fōa: ſic eq̄ dicūtur de alijs qualitatibus ⁊ nō de qualitatibus q̄rte ſpeciei: ⁊ quomodo etiam propoſitū ꝯcludat ex h̄.

Ad iſtam q̄ōnem Dicunt quidam ꝙ motus recipiunt ſpeciem ⁊ denominationem ex forma ⁊ ex termino ad quem ſunt: ⁊ ideo quodam modo ſimile eſt iudicium quantuꝫ ad denominationem ſubiecti de motu ⁊ de forma: vt ſi dealbari predicetur de ſubiecto: oportet ꝙ ⁊ album ꝙ per talem dealbationem acquiritur de ſubiecto predicetur. Oportet enī ꝙ id dicatur eſſe album cui competit dealbari. Et ideo ſi aliquod ſubiectum ſubijcitur alterationi: neceſſe eſt de ipſo predicari formam illam: que acquiritur per alterationem talem: ꝙ ſi non predicatur: patet tunc ꝙ per ipſam tranſmutationem primo non acquirit: eo igitur ipſo quo tales qualitates de ſuo ſubiecto in recto non dicuntur: videtur concludi poſſe ꝙ ipſe primo non inducuntur per tranſmutationem: ſed ſequūtur tranſmutationem in alijs factaꝫ hec igitur ſolutio videtur oſtendere quomodo Ariſtote. per illam rationem propoſitum concludat: ſed non oſtendit: quare iſte qualitates non eque dicuntur ſuis ſubis: vt alie. ¶ Sed tamen iſtam ſolutionem: non omnino acceptandam video. Nam forme ſubſtantiales primo inducuntur per tranſmutationem in ſubſtantia: ⁊ tamen de materia que ſubijcitur in tali tranſmutatione ipſe non predicātur: niſi illam materiam ſumamus denominatiue: vnde nō videtur neceſſarium ꝙ ſi aliquid de ſubiecto alicuius tranſmutationis nō predicat: ipſum ſubiectum in recto ſumendo non poſſit eſſe primo acquiſitū per tranſmutationem illam. Nam ⁊ illa etiamque primo non acquirūtur per trāſmutationeꝫ: dr̄ī ī recto de ſubiecto: ſicut dicimus ꝙ homo eſt pater: ⁊ tamē in paternitate ſicut in nulla relatione primo motus eſt: ſic itaqꝫ inuenimus aliqua dici de ſubiecto in recto: que primo per tranſmutationem non accipiuntur: ⁊ iterum aliqua primo per aliquam tranſmutationem inducuntur: que tamē de ſubiecto illius trāſmutationis in recto non dicuntur: vnde patet ꝙ dicta ſolutio non eſt vſquequaque ſufficiens. ¶ Ut ergo accipiamus ſolutionem veram: attendendum eſt ꝙ quodammodo accidentia ſe habent ad ſubiectum ſicut materia ad ſpeciem ſubſtantialem. Nam materia per ſpeciem ſubſtantie conſtituitur in eſſe: ⁊ accidentia in eſſe ſimpliciter conſtituūtur per ſubiectuꝫ ſicut enim accidentia tracta ad ſubiectuꝫ accipiunt eſſe: ſic etiam materia tracta ad certam ſpeciem ſubſtantie accipit eſſe: ⁊ ſicut materia indeterminate ⁊ ſimpliciter ſumpta non pertinet ad certam ſpeciem ſed oportet ꝙ ſumatur cum determinatione: ſi ad certam ſpeciem pertinere debet: ſic etiam accidētia ſimpliciter ⁊ determinate ſumpta: maxime cuꝫ fuerint accn̄a vaga: nō pertinēt ad vnuꝫ aliquod ſubiectum certū ⁊ determinatū. Ex h̄ aūt ꝙ ipꝫ ſubiectū ſtat ſixū ī ſua entitate: accn̄s vero dependet ad ipſuꝫ: ⁊ per ipſum trahitur ad eſſe: contingit ꝙ ſubiectum ſtans in ſua rectitudine ſubijcitur accidenti: ⁊ recipit predicationem

dicationem eius: ſed accidens non ſtans fixum in ſui
nominis rectitudine: ſed tractum ad denominationem
que denotat eius inclinationem ad aliud de ſubo predi
catur. Conſimili itaqꝫ modo: qꝛ ſpecies fixa ſtat in ſua
entitate. Materia vero ap ipſam depēdet: ⁊ ꝑ deteria
tionem ad ipſam conſtituitur in eſſe contingere: opor/
tet vt ſubſtantie ſtans fixa in ſua rectitudine recipiat
materie predicationem: ⁊ de ipſa predicetur: materia
vero non ſtans in ſui nominis rectitudine: ſed tracta
ad denominationem denotantem eius dependentiam
recipit predicationem talis ſpeciei: ⁊ de ipſa predica/
tur: vnde non dicimus: ꝙ hoc ſit materia: vel ꝙ mate/
ria ſit hoc: ſed dicimus ꝙ hoc eſt quid materiale: ⁊ ꝙ
aliquod ens materiale eſt hoc. Sic itaqꝫ ꝯtingit in ſpe
ciebus ſubſtantie. Sicut autē materia prima ad ſpe/
cies ſubſtantie ſe habet: ⁊ ſic etiā ⁊ corpus naturale ge/
nerabile aliquod ſe habet ad ſpecies artis ſuo modo.
Nam quemadmodum materia prima: nec in ſua ratio
ne claudit: eſſentialiter dico: nullam formam naturalē
nec h̄ conſequitur naturaꝫ eius: vt declaratum fuit in
ſecundo: ſic etiā corpus naturale in ſua ratione nō clau
dit ſpeciem artis: nec iſta conſequitur naturā eius: quē
admodū qualitates naturales: ſecundum quas fit alte
ratio: ſecuntur naturas ⁊ naturales conditiones ſuo
rum ſubiectorum: vnde ⁊ merito dicimꝰ ꝙ materia pri
ma q̄d informe oīo eſt per reſpectum ad ſpecies artis:
non tamen per reſpectum ad alias qualitates. Ex hoc
autem contingit ꝙ ⁊ diſtinguimus entia per natura/
lia ⁊ artificialia: ⁊ dicimus ꝙ ſpeciebus ſubſtantie pri
mo perficiūtur entia naturalia: ⁊ per ſpecies artis pri
mo perficiuntur entia artificialia. Propter has igit̄
ſimilitudines artificialiuꝫ ad ſpecies ſubſtantie: cōtin
git ꝙ ſicut ille non dicuntur de ſua materia niſi tracta
ad denominationeꝫ: ſic ⁊ ſpecies artificialium de ſua
materia non dicuntur niſi ad denominationeꝫ pertra
hatur. Et quia per h̄ datur intelligi ꝙ iſte ſpecies ⁊ ille
ſunt perfectiones reruꝫ prime: dico rerum quarum ſūt
perfectiones: ſic ille rerum naturaliuꝫ ⁊ iſte artificiali
um. Non .n. res dicit̄ alterari cū accipit perfectionē ſu
am: dat̄ conſequenter ex hoc etiaꝫ intelligi ꝙ ſecundū
tales ſpecies: non fit alteratio: maxime quia perfectio
nes dicunt: vt ait Albertus: que in indiuiſibili cōſiſtūt
⁊ in indiuiſibili non eſt motꝰ. Duas ergo rationes phy
loſophus adduxit: quarum vna accipit ſignum quod
dam ex ipſis predicationibus. Alia vero dicit cauſam
⁊ illius ſigni: ⁊ eius ꝙ ſꝫ tales qualitates nō eſt altera
tio. Attendendum eſt autem ꝙ de figuris etiam ⁊ for
mis naturalibus optime concludit h̄ ratio ſecunda: qꝛ
forme ⁊ figure ſpeciem rerum maxime demonſtrant:
ſicut in animalibus apparet: in quibus determinataꝫ
ſpeciem ſequitur figura certa ⁊ determinata: ita ꝙ cuꝫ
aliquod ipſorum fit ⁊ perficitur: tūc accipit ſpeciem ⁊
figuram propriam: vnde etiaꝫ ipſe figure naturales de
monſtrant perfectionem rerum: ⁊ in indiuiſibili conſi
ſtunt ſicut alie: vnde ſicut propter h̄ ſecundum alias for
mas ⁊ figuras non eſt alteratio: ſic nec etiam ſecunduꝫ
iſtas. Hoc igitur modo intelligende ſunt rationes Ari.
cum ipſa declaratione Tho.

¶ Textus.

¶ Necꝫ enim in habitibus: habitus enim virtutes ⁊
malitie ſunt ⁊c.

¶ Qō quarta.

QVarto poſſet dubi/
tare aliquis: quomodo ſanitas ⁊ pulchri
tudo ⁊ ſimilia ſunt ad aliquid: videtur enim hoc eſſe
male dictum: quia cū predicamenta ſint īpermixta: id
ꝙ eſt in vno predicamento non debet eſſe in alio: cum
ergo ſanitas pulchritudo ⁊ ſimilia ſint in predicamen/
to qualitatis non videt̄ ꝙ eſſe poſſint in ad aliquid.

Ad iſtam qōnem Dicendum eſt ꝙ
ea que dicta ſūt
per ſe quidem ſunt in predicamento qualitatis. In pre
dicamento autem relationis non ſunt per ſe: ſed per re/
ductionem quandam. ¶ Ad cuius euidentiam oportet
primo ſcire: quomodo talia ſunt qualitates: ⁊ quomo/
do ad aliquid: poſtea vero de facili patebit: quomodo
ſunt per ſe in predicamento qualitatis: ⁊ per reductio/
nem ſolum in predicamento relationis. Quantum er/
go ad primum eſt ſciendum ꝙ qualitas eſt quidaꝫ mo/
dus. Modus autem determinationem dicit: quia
modus dici conſueuit adiacēs determinatio rei: ⁊ pro/
pterea id ꝙ determinatur potentia ſubiecti: qualitas
eius dici poteſt: iuxta ꝙ dicere ꝯſueuimus id quo deter
minatur potentia ſubiecti ad eſſe ſubſtantiale qualita
tem ſubſtantialem eſſe. Id vero quo determinatur po
tentia ſubiecti ad eſſe accidentale dicere conſueuimus
accidentalem qualitatem. Poteſt autem potentia ſub.
iecti aliquo determinari: vel per ordinem ad naturam
vel ꝑ ordinē ad actionem ⁊ paſſionē: que principia na/
ture conſequūtur ſecunduꝫ ꝙ in logyca noſtra declara
uimus. Id autem quo formaliter ordinatur: determi/
natur potentia ſubiecti per ordinem ad naturam: que
eſt finis generationis: ⁊ per conſequens habet rationē
boni: habitus dicitur: bonus quidem ſi ſit conueniens
nature: ⁊ malus ſi nature nō conueniat. Et ſecundum
h̄ ſanitas ⁊ pulchritudo qualitates ſūt. Nā ipſi humo
res diuerſimode in corpore animalis proportiōari poſ
ſūt: ⁊ cum trahuntur ad aliquam determinatam pro/
portionem ponunt egritudinem ⁊ ſanitatem. Nam ſi
illa determinata proportio ſit conſona nature: dicetur
ſanitas: ſi vero non conſonet nature: dicetur egritudo:
ita ꝙ ſecundum h̄ ſanitas ⁊ egritudo: ⁊ ponunt certam
humorum modificationem ⁊ determinationem: ⁊ po/
nunt ad naturam ordinem vel relationem. Et ratione
primi dicūtur qualitates: vt patet ex predictis. Ratio
ne vero ſecundi dicuntur eſſe ad aliquid. Quod autem
h̄ ſecundum importare debeant inde apparet: quia il/
la proportio humoruꝫ: que eſt ſanitas in vno eſt egritu
do in aliud ob id ꝙ non eſt conſona nature vnius talis
humoꝝ ꝓportio: qualis eſt ꝯſona nāe alterius. Sicut
autem de ſanitate dictum eſt: ſic etiam de pulchritudi/
ne: ⁊ aliꝗs ſimilibus: intelligere debemus. Nam mem
bra in animali diuerſimode proportionari poſſūt: ⁊ de
terminatio ad certam proportionem ponit qualitatem
pulchritudinis aut turpitudinis: ⁊ proportio membro
rum: que in vno animali pulchritudo eſſꝫ in alio foret
turpitudo. Patet igitur iam quomodo talia qualita/
tes ſunt: ⁊ ad aliquid.

Ex hoc autem ſtatim Appa/
ret ⁊ il
lud ꝙ primo dictum fuit. Nam in predicamento rela/
tionis eſt ipſa relatio per ſe: ⁊ ipſum relatiuum per re
ductionem: ſicut paternitas per ſe in predicamento re
lationis ē: ſed pater in ipſo eſt reductiue ſolum: quem/
admodum albedo per ſe eſt in predicamento qualitatis
⁊ album eſt in ipſo per reductionem. Nunc autem ſa
nitas pulchritudo ⁊ ſimilia non ſunt relationes: ſed
relatiua. Non enim dicunt per ſe ſolum reſpectum ⁊
ordinē ad aliud: ſed dicunt per ſe modū ſubiecti ad eius

naturam ordinatum. Et quia modus eſt qualitas: patet ꝙ illa per ſe ſunt qualitates. Quia vero ille modus accipitur ad aliud relatus in quo conſiſtit conditio relatiui: patet ꝙ illa ſunt etiam relatiua. Sunt ergo per ſe in predicamento qualitatis: ⁊ per reductionem quādā ſunt in predicamento relationis: ex quo nullum inconueniens habetur: nec confuſio aliqua predicamētorum.

¶ Textus.

¶ Neqꝫ itaqꝫ circa anime virtutes ⁊ malitias ⁊c.

¶ Lectio. vj. ¶ Q. ō prima.

Hic poſſet primo aliquis dubitare: quomodo ex h ꝙ virtus eſt perfectio: habeatur ꝙ penes ipſam non eſt alteratio. Non enim videtur iſtud eſſe verum: quia perfectio virtutis habetur: quandoqꝫ minus: quādoqꝫ magis ⁊ quia de minus ad magis proceditur per motum: videtur ꝙ in virtutibus fit motus: ⁊ per conſequens alteratio: qꝛ motus in qualitate alteratio vocatur.

Ad iſtam q̄ōnem Dicit commentator ꝙ virtus eſt perfectio: ⁊ perfectio eſt indiuiſibilis: vitiū autē eſt ſeparatio ⁊ remotio ab illo fine indiuiſibili. Cum ergo iſte finis eſt idiuiſibilis: ergo ⁊ illud ꝙ diſtat ab eo maxime eſt indiuiſibile: ⁊ ſic non eſt medium intra virtutē ⁊ vitium: motus autem eſt in eis inter que eſt medium propterea igitur in virtute ⁊ vitio nō poteſt eſſe motꝰ.

Sed iſta reſponſio Patitur multiplicem calūniam: primo quidem: quia ſecundum nullum indiuiſibile attenditur magis ⁊ minus: dicitur autem hō magis ⁊ minus iuſtus: magis ⁊ minus liberalis: ergo iuſtitia ⁊ liberalitas non eſt indiuiſibilis: niſi aliquis acciperet liberalitatē ⁊ iuſtitiā in ſummo: quomodo in liberaliſſimo ⁊ iuſtiſſimo inuenitur. Sed h modo etiā ſecundum alias qualitates magis ⁊ minus non attenditur: vt puta ſecundum albedinem in ſummo: ⁊ ſecūdum caliditatem in ſūmo: ⁊ ſic de alijs. Inconueniens eſt igitur dicere ꝙ perfectio: que eſt virtus: ꝯſiſtit in indiuiſibili.

Et prima maxima Diſtātia nō iuenitur proprie: niſi vbi iuenitur minor: qꝛ maius dicitur reſpectu minoris: ſi ergo in genere virtutis inuenitur maxima diſtantia: ⁊ maxime diſtans a virtute eſt vitium: inuenietur ibi etiam ⁊ minor diſtantia: itaqꝫ minus diſtās nō erit vitiū: qꝛ tunc vitiū nō eēt idiuiſibile: nō erit ēt virtus: quia tunc nec virtus foret indiuiſibilis: erit ita ꝙ medium inter vtrumqꝫ. Hoc enim dicimus medium exemplorꝫ ꝙ neutrum eſt ipſorum: eſt tamen in eodē genere cum ipſis. Secundum h itaqꝫ eſt falſum dicere ꝙ inter vitium ⁊ virtutem non eſt medium.

Et preterea Non ſolum malitioſus dicit̄ qui maxime diſtat a perfectione virtuoſi: ſed etiā qui non diſtat maxime ab ea: dū tamen diſtet ab ipſa multum notabiliter: ⁊ per conſequens vitium non ſolum conſiſtit in maximo: ſed etiā in notabili receſſu a virtutis complemento: patet igitur ꝙ multiplicem calūniam patitur reſponſio commentatoris. ¶ Et ideo Tho. dicit ꝙ phyloſophus h vult argumentari de virtute: ſicut ſupra de forma ⁊ de figura: dictum eſt ſupra ꝙ non bene dicitur aliquid alterari cū perficitur: ⁊ eadem ratione: nec cū corrumpitur: perficitur autem vnumquodqꝫ cum accipit perfectionem ſuam: ⁊ corrumpitur cum ſumit ablationē eius. Virtus ergo: quia eſt perfectio: ⁊ malitia eſt eius corruptio: vnde hominem virtuoſum dicimus perfectum ⁊ vitioſū dicimus corruptum: voluit ex hoc Ariſtote. concludere ꝙ ſecūdū virtutē ⁊ malitiā non ſit alteratio.

Sed quidam dicunt Quod nec iſta reſpōſio eſt bona: quia cum domus ſit ⁊ perficitur non eſt: ⁊ ideo tunc non poteſt alterari. Hic autem cum efficitur virtuoſus actu eſt: ⁊ ideo tunc ipſum alterari non eſt inconueniens. Et propterea adiungunt ipſi ꝙ perfectio importata per virtutem conſiſtit in relatione quadam ⁊ quia in ad aliquid non eſt motus: vt Ariſto. prius ipſe dixerat: voluit ex h haberi ꝙ penes virtutes ⁊ malitias non ſit alteratio. ¶ Sed de facili apparet ꝙ h non ſūt conuenienter dicta: ſi eniꝫ ex h voluiſſet Ariſto. concludere propoſitum: quia iſta ſunt ad aliquid: ſufficiebat breuiter ſibi dicere ꝙ iſta ſunt ad aliquid: ſicut ⁊ reliqui habitus: ⁊ ſuperfluum penitus fuiſſet ſic multipliciter oſtendere ꝙ virtus ſit perfectio. Non eſt conſuetudo id accipere ꝙ non facit ad probationē ſuā: atqꝫ id pretermittere ex quo principaliter cōcluſio dependet.

¶ Argumentum autem ipſorum factum contra Tho. non concludit: quia homo: ⁊ ſi eſt cum accipit virtutē eſt tamen anteqꝫ ipſam ſumat imperfectus: ⁊ ideo perficitur cum ipſam accipit. Attendendum autem eſt ꝙ quia perfectio virtutis non ꝯſiſtit i idiuiſibili: ſicut perfectio forme ⁊ figure: non habet iſta ratio tantum vigorem: quantū habet ratio de forma ⁊ figura: que in indiuiſibili cōſiſtūt: ⁊ idcirco phyloſophus premiſſa hac probatione adiungit ſequentē declarationem: ex qua ſatis euidenter patet ꝙ virtus non eſt primus terminus alterationis: quamuis non accipiatur niſi facta alteratione.

Ad argumentum Ergo dicendum ꝙ id ꝙ ſuſcipit magis ⁊ minus accipitur per motū: non ſemper tamen ſicut primus terminus ipſius: ſed quando ꝙ ſicut concomitans ⁊ conſequens ad ipſum: ⁊ h ſcdo modo ſe habet de virtute: vt in textu declaratur.

¶ Textus.

¶ Que autem ex principio acceptio ſcientie non eſt generatio neqꝫ alteratio ⁊c.

¶ Q. ō ſecunda.

Secundo poſſet Aliqs dubitare de h ꝙ phyloſophus dicit animam fieri ſcientem ⁊ prudentem ⁊ reſidere ſolum ⁊ quietari ipſam: videtur enim h non eſſe bene dictum: quia per quietem per ſe loquendo nihil accipitur. Si ergo anima per quietem fit ſciens: ſequitur ꝙ ſciens fiat nō accipiēdo per ſe aliqd: ꝙ eſt icōueniēs.

Ad iſtam q̄ōnem Tho. dupliciter reſpondet primo quidem dicendo ꝙ h dictum videtur ſecundum platonicam opinionem. Ponebat enim Plato ꝙ forme ſeparate ſunt cauſa ſcientie in nobis: per h ꝙ anima noſtra participat aliqualiter ipſas ſeparatas formas. Secundū quā opinionem loquitur ꝙ ſedatis paſſionibus quibus impeditur anima ne ſua ſcientia vtatur: ſtatiꝫ abſqꝫ eo ꝙ fiat transmutatio aliqua in ipſa: ad ſolā ſenſibilium preſentiam fit hō ſciens: ita tamen ꝙ ſenſibilia non ſunt neceſſaria ad ſcientiam: niſi vt ab ipſis aīa quodammodo excitetur.

Sed quidam Contra hanc ſolutionē dicūt ꝙ non videtur bene

credibile

credibile phyloſophum in ſua probatione vti fundamētis falſis: quia nunꝙ licet arguere ex falſis: niſi quando quis arguens cōtra aliquē ipſius opinionibus vtatur in argumentatione ſua. ¶ Hec autem improbatio omnino nihil eſt: patet eñ manifeſte h̄ ꝙ phyloſophus hic probat eē cōtra platonicas opiniones. Poſuit eñ plato omnem operationem eſſe motum. Unde ⁊ dixit animam ſe mouentem: ob id ꝙ ſe cognoſcit ⁊ intelligit ex quo accipitur ſatis euidenter ꝙ ipſe intelligere ⁊ ſcire motus appellauit. Hoc autē hic improbat phyloſophus: oſtendendo ꝙ nec ſcire eſt motus: nec ſecundum ſcientiam motus attenditur in anima: quia igitur h̄ contra platonem eſt: non eſt inconueniens ſi Ariſt. procedens contra eum ipſius opinionibus vtatur.

**Et preterea** Non eſt incōueniens: ꝙ ante ꝗ̄ opinio falſa reprobata ſit: aliquis vtatur ea propter ſequentes ipſaꝫ ad declarandum verum. ¶ Secundā autem ſolutionem ponit Tho. dicens: ꝙ intellectus poſſibilis ſecunduꝫ ſe conſideratus ſemper eſt in diſpoſitione vltima: ad ſuſcipiendum ſpecies intelligibiles: ⁊ ideo ſi non ſit impedimētum ſtatim ad preſentiam obiectorum: per experientiā ſumptorum: ſpecies itelligibiles in ipſo abſq̄ vlla ſui mutatione fiūt: ſicut etiaꝫ ad preſentiam corporis obiecti ſtatim imago eius fit in ſpeculo abſq̄ vlla mutatione ſpeculi: niſi fuerit impedimentum. Tollitur autem impedimentum per reſidentiam ⁊ quietationeꝫ paſſionū ⁊ perturbationū. Jdcirco itaq̄ dicit Ari. ꝙ in reſidere ⁊ quietari anima prudens fit ⁊ ſciens.

**Ad argumentum** Ergo eſt dicendum ꝙ ſi non accipiatur aliquid a quiete: accipitur tamen ab obiecto in quiete conſtituto.

¶ Textus.

¶ Dubitabit autem vtiq̄ aliquis: vtrum omnis motus omni comparabilis ſit aut non ⁊c.

¶ Lectio ſeptima. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** Aliqs dubitare vtꝝ verum ſit ꝙ ad ꝓpriam comparationem exigitur vnitas nature ſecundum ſpecieꝫ omnimode vniuocaꝫ qualis eſt ſpecies ſpecialiſſima: videtur. n. ꝙ iſtud non ſit neceſſarium: dicimus enim ꝙ hō nobilior eſt equo: ⁊ tamen equ⁹ ⁊ homo nō ſunt eiuſdem nature ſecundum ſpeciem. Jtem dicimus ꝙ vnus angelus ſimplicior eſt alio: cum tamen in queſtionibus diſputatis determinauerimus ꝙ omnes angeli ſūt differētes ſpecie. Dicimus etiaꝫ ꝙ deus eſt cunctis rebus melior cū tñ res alie ab ipſo oēs ſint in genere ⁊ ſpecie: ⁊ ipſe ſit extra oē genus. Jtem dicimus ꝙ vnus numerus eſt maior alio: cum tamen omnes numeri differant ſecundum ſpeciem: ſi differunt in quantitate: ⁊ ꝗ̄ plurime alie inſtātie poſſunt faciliter adduci contra ideꝫ: nō itaq̄ videtur bene dictum ꝙ comparatio propria non cadit niſi inter ea tantum que vniuoca ſunt ſecundum perfectam vniuocationem.

**Ad huius igitur** Queſtionis intelligentiam habendam conſiderandum eſt: ꝙ magis ⁊ minus ponunt cōuenientiā: ⁊ ponunt differentiaꝫ: cunuenientiam quidem ponunt neceſſario in aliquo ꝙ ab vno poſſidetur magis ⁊ ab alio poſſidetur minus. Differētiā vero ⁊ diuerſitateꝫ ponunt neceſſario in gradibus poſſeſſi: quia magis dicit eius gradus altiorem: ⁊ minus dicit eius gradū inferiorem: quia vero gradum altiorem ⁊ iferiorem ſic dicunt: ꝙ vnū quidē ⁊ ideꝫ ponunt: vniuocatio autē dat intelligere illaꝫ vnitateꝫ: patet ꝙ quanto vniuocatio fuerit perfectior tanto comparato magis perfecta ⁊ completa erit: ⁊ per cōſequens: quia perfecta vniuocatio in ſpecie tātū ſpēaliſſima eſt: patet ꝙ ſolū penes ipſam perfecta attendi poteſt. Ad perfectionem autem perfecte comparationis exigitur non ſolum ꝙ aliqua penes aliquid comparari poſſunt per magis ⁊ minus ſed etiam per equale: vnde vbicūq̄ inuenimus aliqua penes aliquid ita comparari: ꝙ reſpectu eius vnum dicitur cum magis ⁊ alterum cuꝫ minus: non dici poteſt equale niſi fiat mutatio i ſpecie: patet ꝙ penes illud nō attendit̄ comparatio perfecta. Debet enim iſta in ſe cōtinere maxime ꝑfectum moduꝫ comparationis: ſicaūt inuenimus eſſe in omnibus que non ſunt eiuſdem ſpeciei. Unde per iſta patet reſponſio ad inſtantias premiſſas: licet eniꝫ homo ⁊ equ⁹ ſint entia diuerſa: tamē nobilitas penes quā dicebatur comparari: vnum quidem eſt: ⁊ vnius rationis reſpectu nobilitatum naturalium. Quamuis etiam angeli differant ſecundū ſpeciem: tamen ſimplicitas penes quā ſumebatur ipſorū cōparatio: vnum quidem dicit ⁊ vnius rationis. Bonitas etiā de deo ⁊ creatura dicta dicit quid vnum vnitate tamen tantum anologyca. Et propterea penes bonitatem poteſt deus comparari alijs quantuꝫ ad exceſſum: nunꝙ vero quantum ad equalitatem. Quia etiam maiorites dicit exceſſum quantitatis: quantitas vero in quaternario ⁊ ternario per maioritatem ⁊ minoritatem: nunꝙ tamen per equalitateꝫ poteſt quaternarius ternario in quantitate comparari. Nunquam enim aliquis quaternarius eſſe poterit ternario equalis: ⁊ eodem modo de alijs intelligendum eſt. Intelligēdum eſt igitur ꝙ dicit Ariſto. de perfecta comparatione: que etiam equalitatem claudit: immo quia comparatio vnitatem ponit eius penes ꝙ attenditur ſola equalitas reſpectu aliorum ponit perfectam vnitatem dicere poſſumus illa ſolū perfecte comparari que equalia dicuntur.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo quia multotiens** ex hac lectione ſumitur ꝙ vbi inuenitur magis ⁊ minus: ibi reperitur equale: poſſet aliquis dubitare: vtrum h̄ veritatem habeat: videtur enim ꝙ non: quia in angelis contingit dare ſimpliciores ⁊ min⁹ ſimplices. Nō autē contingit dare duos eque ſimplices: quia illi forent eiuſdem ſpeciei.

**Ad iſtam qōnem** Cōmuniter dicitur: ⁊ bene: ꝙ illa propoſitio in his tenet que ſunt eiuſdē rationis. Eiuſdem autem perfecte rationis ſunt que ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei ſpecialiſſime: vnde quia omnis albedo omni albedini eiuſdeꝫ ſpeciei ⁊ rationis eſt: contingit ꝙ ſicut contingit dare magis album ⁊ minus album: ſic etiam dari poſſunt: ⁊ duo quedam eque alba. Nunc autem de angelis ſic eſt ꝙ non ſolum ipſi non ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed nec ēt ſimplicitas in duobus angelis dicere poteſt vnum aliquid ſecundum ſpecieꝫ: ꝙ patet ſi ſumat̄ ipſa ratio ſimplicioris. Nam ſi dicamus id eſſe ſimplicius ꝙ magis recedit a permixtione ⁊ compoſitione: cū in angelis ſit compoſitio ex potentia ⁊ actu: nec iſta eadem ſpecie ſint in duobus angelis: patet ſtatim euidenter ꝙ nec ſimplicitas in duobus angelis dicit vnum aliquid ſpecie.

¶ Textus.
¶ Aut quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo ⁊c.
¶ Q̄ō tertia.

**Tertio poſſet** Aliquis dubi
tare quia vide
tur Ariſt. eſſe ſuperfluus ī enumerando il
la. que exiguntur ad perfectam compa
rationem. Nam que ſunt eiuſdem nature.
Habēt idem ſuſceptiuum primuz: ⁊ ſunt
vniuoca: vnde poſita ſola conditione illa: habētur ſta
tim alie: ſuperfluum itaq̄ fuit enumerare eas.

**Ad iſtam q̄ōnem** Breuiter dōz
ē ꝙ quia Ariſt.
in ratione argumentorum que procedebant in equiuo
cis: dixit ꝯtra illa argumenta ꝙ oꝫ non eſſe equoca: ſed
vniuoca illa penes que fit comparatio: ꝙ ipſum dicere
oportuit eo ipſo quo ex h̄ directe pendebat ſolutio argu
mentorum: non autem omnia vniuoca ſunt compara
bilia perfecte: ſꝫ illa tātū que ſic ſunt vniuoca que nāz
dicūt tantū vnicā: que in eadē ſūt ſpecie: oportuit ipm
ad remouendū ſingulas inſtantias: ⁊ ad faciendā cō
pletam ſententiā adiungere: ꝙ oportet compabilia ſic
eſſe vniuoca: vt ſunt etiam vnius tantum: ⁊ eiuſdē na
ture: verum quia plato ponebat vt ſibi imponitur vnā
naturam prius ſe recipi in diuerſo ſuſceptiuo primo: ⁊
que in diuerſo primo ſuſceptiuo ſunt: non ſunt compa
bilia: oportuit poſt predicta phyloſophum adiungere
talia debere recipi in eodez primo ſuſceptiuo: ꝙ ⁊ fecit
reprobando platonicaz poſitionē: vnde patet ꝙ in hac
enumeratione non eſt vlla ſuperfluitas.

¶ Textus.
¶ Sic ⁊ circa motum eque velox quod in equali tem
pore mouetur ⁊c.

¶ Lectio octaua. ¶ Q̄ō prima.

**Hic poſſet** Dubitare aliquis q̄z
videtur Ariſt. velle:
ꝙ genus ſit equiuocum: ꝙ tamen videtur
eſſe falſum: quia dicitur in logycis: ꝙ genꝰ
vniuoce predicatur de ſuis ſpeciebus.

**Ad huius q̄ōnis** Euidentiam con
ſiderandū eſt: ꝙ
opinio quorumdam eſt: per diuerſam formā reponi ali
quid in ſpecie ⁊ genere: quia in ſpecie ſecundum eos
reponitur per aliquam formam ſubſtantialem: per q̄
cōtra ſpecies omnes alias diſtinguitur. In genere ve
ro reponitur per formam generalem: in qua vna ſpe
cies conuenit cum alijs cūctis ſpeciebus: que ſunt eiuſ
dez generis. Et quia a forma ſumitur vniuſcuiuſq̄ dif
finitiua ratio: patet euidenter: ꝙ ex quo ſecunduz iſtos
forma generis vniuoca eſt ſecundum omnes ſuas ſpe
cies: neceſſarium eſt ꝙ ⁊ ratio eius diffinitiua vna ſit
realiter ⁊ perfecte in cunctis ſuis ſpeciebus. Secūduz
igitur hanc opinionem: oportet dicere de neceſſitate: ꝙ
genus perfecte ſit vniuocum: tam ſecundum logycum
q̄ ſecūdū phyſicū: ⁊ ꝙ penes ipſum attendi poſſit per
fecta comparatio: vt videlicet dicere poſſimus non ſo
lum aīal vnius ſpeciei in animalitate eſſe perfectius
alterius ſpeciei animali; ſed etiam ꝙ duo animalia
diuerſarum ſpecieruz ſint realiter eque perfecta in ani
malitate: ꝙ totum eſt non tam contra Ariſto. q̄ contra
veritatem. Reciperet eniz tunc forma ſubſtātialis ani
malis: que eſt forma generis magis ⁊ minus: ꝙ quidē
falſum ē: quamuis ⁊ euidētiſſime falſum ſit ꝙ anima
litas eque perfecta realiter atq̄ naturaliter poſſit in
ueniri in duobus animalibus differentibus in ſpecie
hanc autem poſitionem reprobauimus in tractatu quē
ꝯ iſtos edidimꝰ de vnitate formaꝝ. Breuiter āt oſtēdi
ꝑt falſitas ipſius: q̄z forme que ſe inſimul compatiunt
in eadē ⁊ in eadē pte māe nō ſūt eiuſdē generis phiſici
q̄z q̄ ſunt eiuſdē generis phyſici: aut ſimpliciter ſunt ea
dem: aut ſunt oppoſita. Si ergo forma generis diuerſa
foret a forma ſpeciei: cum h̄ duo inſimul ſe compatiant
in eodem: neceſſario ille due forme generis phyſici non
eſſent: ⁊ per conſequens ſpecies ⁊ ſuuz genus: eſſent di
uerſorum generum phyſicorum. Species ergo eſſet al
terius generis phyſici: q̄ generis ſui: ꝙ implicat eui
dentem contradictionem: patet itaq̄ q̄ irrationabi
lis ſit dicta opinio. Et propterea neceſſarium eſt ſequi
opinionem doctoris noſtri: qui vult ꝙ per vnam ⁊ ean
dem formam realiter aliquid reponatur in ſpecie ⁊
genere: ita ſcilicet ꝙ in re extra intellectum ipſi generi
nulla forma alia rn̄deat pter formas ſuaꝝ ſpecieruz: ⁊
quia ſpecierum diuerſaruz: diuerſe realiter ſunt forme
patet euidenter ꝙ ipſi generi in re extra intellectum nō
reſpondet forma vnica ſed multe. Et quia vt dictuz eſt
ratio diſtinctiua ſumitur a forma: patet euidēter ꝙ ip
ſius generis ratio non eſt realiter vna: tanq̄ realitatez
vnam ponens: ſed ponit neceſſario multiplicem re
alitatem. Hinc ergo eſt ꝙ phyſicus: qui artifex realis
eſt: dicit genus omne multiplex ⁊ equiuocum: logycus
autez: qui eſt artifex rōnalis: propter vnitatē cōceptus
q̄ format intellectus ⁊ ratio de genere; dicit ipſuz eſſe
vniuocum. Sed ⁊ propter talem conceptus vnitatem
multitudo generis eſt latens: ita vt plurimi circa h̄ er
rent ⁊ credant genus eſſe vnum in re: propter id ꝙ eſt
vnū quid in conceptione rationis. Et propterea ſignā
ter dixit Ariſto. ꝙ iuxta genera latent multa.

¶ Textus.
¶ Et ſi ſignificat rō hec: ꝙ genus nō vnū aliqd eſt ⁊c.
¶ Q̄ō ſecunda

**Secundo poſſet** Aliquis
dubita
re vtrum talis multitudo que attenditur
in genere: debeat dici multitudo equiuo
cationis: vel multitudo analogie: videtur
enim ꝙ dicēda ſit multitudo anologie: quia in tali mul
titudine vnū eſt prius: ⁊ reliquum eſt poſterius: ꝙ pro
prium eſt anologie.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicunt quidā
ꝙ mltitudo ge
neris eſt multitudo anologie. Sed duplex eſt ſecunduz
eos mltitudo analogyca: vna quidē que magis appro
pinquat ad equiuocationem: qualis eſt multitudo trā
ſcendētium. Alia vero eſt que magis appropinquat:
ad vniuocationem: qualis eſt anologia generum. Sed
iſtud non videtur bene dictum. Nam predicatum ana
logyce aut de vno dr̄ eſſentialiter: ⁊ de alijs per habi
tudinem ad ipſum: ſicut ſanuz dicitur: de animali cui
debetur eē ſanitatis; ⁊ dicitur de vrina ⁊ medicina ꝑ
habitudinez ad animal: aut dicitur de omnibus eſſen
tialiter ſed de vno per ſe de alijs vero per attributionē
ad ipſuz: ſicut ens de ſubſtantia q̄titate ⁊ ceteris dici
tur eſſentialiter: ſed de ſubſtātia dicitur per ſe: de quā
titate vero qualitate ⁊ ceteris dicitur: per habitudinē
ad ipſum. Non autem genus: neutro iſtorum modorū
dicitur de ſuis ſpeciebus: immo de ipſis ſingulis eſſen
tialiter predicatur: ⁊ per ſe: quemadmodum aīal eſſen
tialiter ⁊ per ſe dicitur tam de homine q̄ de equo: ⁊ nō
de homine eſſentialiter: ⁊ de equo per habitudinez ad
hominez: aut de homīe per ſe: ⁊ de equo per attributio
nem

nem ad ipsum. Et propterea dicenduz videtur: ꝙ multitudo generis est multitudo equiuocationis: ⁊ ꝙ genus: secundum physicuz: dicitur equiuoce: nisi forte aliquis magis large vellet sumere h ꝙ est dici anologice.

**Ad argumentum** Ergo in contrarium dicendum est: ꝙ esse hoc prius: ⁊ h posterius non facit anologiã verã: nisi dicant prius ⁊ posterius quãtum ad participationem eius: in quo anologice ponunt conuenire ⁊ nisi cum hoc concurrãt illa que modo diximus in nostra ratione.

¶ Textus.

¶ Et si numerus substantia maior ⁊ minor numerus similis speciei ⁊c.

¶ Qõ tertia.

**Tertio posset** Aliquis dubitare de eo ꝙ dicit Aristo. ꝙ si numerus foret substantia numerus maior ⁊ numerus minor esset similis species: videtur enim h pro tanto esse dubium: quia in numeris quolibet addito vel subtracto variatur species.

**Ad istam qõnem** Est dicenduz ꝙ species substantie non variatur ex additione alicui⁹ ꝙ sit eiusdem rationis: equalis perfectionis: cuz eo cui additur: queadmodum si anime humane adiungantur mille anime humane: non propter hoc constituerẽt: nisi animam humanam: vnde eandem speciem ponunt mille anime humane ⁊ decem anime humane. Nunc autem sic est: ꝙ omnes vnitates eiusdem rationis ⁊ perfectionis etiã equalis sunt: ⁊ numerus non fit maior aut minor: nisi additione ⁊ subtractione vnitatum. Et propterea si numerus foret substantia: numerus maior aut minor esset similis: immo eadem species. Sed quãuis ita sit de substantia: non tamen sic est de quantitate. Nam ipsa redditur perfectior simpliciter ex augumẽto: ⁊ vnitates addite simpliciter loquendo augent numerum ⁊ perfectionem quantitatem.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem mouens mouet semper aliquid ⁊ in aliquo ⁊c.

¶ Lectio nona. ¶ Qõ prima.

**Hic posset** Dubitare aliquis ꝙ nõ videtur verũ ꝙ si tanta potentia mouet tantum mobile per tantum spacium tanto tempore: eadem potentia mouebit minus mobile i illo tempore per maius spatium: videmus enim ꝙ aliquis in aliquo tẽpore proijcit lapidẽ: qui est grauior ꝙ pluma: vsqꝫ ad certum spatium: nec tamen in illo tempore per tãtum spatium posset mouere plumã: motu proiectionis.

**Ad istam qõnem** est facilis responsio: loquit̃ eniz hic phylosophus de mobilibus ⁊ motu in communi: quo quidem modo per se verificatur supradicta regula. Motuum enim velocitas: sicut h ait cõmentator sequitur excessum potentie motoris super potentiam motiui: vnde quanto excessus iste maior fuerit: tanto velocius mouens ipsuz mobile mouebit: ⁊ per ꝯñs in equali tempore per maius spatiuz poterit mouere. Quãuis autez per se veꝝ sit h de mobilibus ⁊ motu in cõmuni: tamen in materia speciali h per accidẽs: ⁊ propter aliquod impedimentum non saluatur: sicut patet de exemplis positis in obiectione. In motibus tamen celestibus: sicut hic ait commentator: omnes iste regule optime verificantur: sicut per se patere potest intuentibus.

¶ Qõ secunda.

**Secundo posset** Aliquis dubitare de propositione sũpra a commentatore. Non enim videtur veruz ꝙ quanto excessus potentie mouentis maior fuerit: tãto mouens possit mobile citius mouere: eiqꝫ tunc si potẽtia motiua excederet in infinitũ: moueret mobile in instanti: ꝙ est inconueniens.

**Ad istam qõnem** Dicendum est sicut h tãgit cõmentator: ꝙ si potentia motiua esset in materia ⁊ foret infinita bene moueret in instanti eo ꝙ mouens naturale mouet toto suo posse. Et quia impossibile est motum in instanti fieri: consueuit ex h concludi ꝙ ipossibile est potentiam infinitam esse in materia. Quod quidem vtrum verum sit alibi haber declarari. Potentia autẽ motiua: que nõ est in materia: ⁊ si infinita sit: nõ tamẽ mouet in instanti: tũ quia de ratione motus est ꝙ nõ fiat in instanti: tũ quia motores immateriales non⁹ mouẽt ⁊ agunt toto suo posse: sed secũdũ ordinez sapientie ⁊ voluntatis sue. Quia autez circa h difficultates plurime tanguntur: quas nos tãgere oportet in octauo: reseruetur hec materia ad sequentem librum: qa in ipso perfecte declarabitur: si dominus voluerit.

¶ Textus.

¶ Et si eadem potentia idẽ in hoc tantũdẽ mouebit ⁊c.

¶ Qõ tertia.

**Tertio posset** Dubitare aliquis quia non videtur verum ꝙ si tantum alterans tantum alterat in tanto tempore: non propter h mediũ alterabit medium in medio tempore. Medium enim alterans supra medium alterabile habet tantaz victoriam: quantam habet totum alterans supra totuz alterabile: ⁊ per cõsequens non solum in medio tempore: medium illud alterabit medio modo: sed in toto etiam tempore alterabit ipsum equaliter.

**Ad istam qõnem** Patet de facili responsio. Est enim intelligendum ꝙ medium alterans: non ideo possit alterare totum alterabile medium qualitatis in ipso inducendo: immo forte ꝙ non alterabit ipsuz: quia potest cõtingere ꝙ facta diuisione mouentis non mobilis: tollet victoria mouentis supra mobile: vnde propter h etiam non est necessarium: si decem homines trahunt nauim in vna die per decẽ leucas: ꝙ qnqꝫ homines in vna die ipsam possint trahere per quiqꝫ leucas: immo forte ipsam non poterunt mouere.

¶ Explicit liber septimus physicoꝝ phie naturalis.

¶ Incipit liber octauus phyſicorum.

¶ Textus.

¶ Utrum autem factus ſit aliquando motus ⁊c.

¶ Lectio prima. ¶ Q̄ō prima.

**HIc primo** poſſet aliquis dubitare de quo motu ħ inquirit Ariſto. vtrū ſemper fuerit: ⁊ ſemper ſit futurus videtur enim ꝙ inquirat de motu celeſti: querit enim vtrum ſit inceſſabilis in hijs que ſunt ſine quiete: vt vita quedam ens omnibus natura ſubſiſtētib⁹. Motus autē q̄ ē vt vita quedam omnibus natura ſubſiſtentibus eſt motus celeſtis igitur inquiſitio Ariſto. de motu celeſti eſt precipue.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicit commētator ꝙ Ariſt ħ inquirit de celeſti motu: ⁊ prima ratio ipſius eſt: quia cū alij motus non continuentur niſi per celeſtem motum non niſi per ipſum perpetuantur. Et propterea inſufficiēter Ariſto. argueret: niſi argueret de celeſti motu.

**Secunda autem** ratio ſumitur ex modo argumentandi ⁊ loquendi. Arguit enim ꝙ ideo motus eſt eternus: quia ante omnem motū nouū eſt dare aliquē motū. Motus aūt precedens omnē motū eſt motus celeſtis. ¶ Sed hanc opinionem Tho. multipliciter probat eſſe inconuenientē: primo quidē qꝛ verba phyloſophi locuntur ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter de motu nō deſcendendo ad aliquē motū ſpecialem. Querit enī ſimpliciter vtrū factus ſit aliquando motus cū non eſſet prius ⁊ corrūpitur ſic ꝙ moueri nihil ſit: per que verba apparet ſatis euidenter ꝙ ipſe querit de motu in cōmuni: ⁊ non de motu aliquo determinato.

**Secundo etiam** Hoc idem ex eo apparet ꝙ Ariſto. conſuetudo ſemper eſt arguere ad propoſitū ex ꝓprijs. Nihil autē in ſequentibus probationibus aſſumitur per ꝙ proprie ⁊ directe ſempiternitas de motu celeſti cōcludatur: ſed ſolū de motu in communi.

**Tertio quia** Si ħ probaret motū aliquē vnum eſſe ſempiternum: fruſtra inferius hanc conſiderationē iteraſſet: ſed magis ħ complete poſuiſſet ipſā: nec valet dicere: ꝙ ideo fecit vt ſua doctria eēt clara: ſicut debet eſſe doctrina prudētiū: qꝛ doctrina prudentium: non ſolum clara: ſed etiā ordinata ⁊ non confuſa debet eſſe. Potuiſſet autem ħ Ariſtote. doctrinam hanc in iſto loco claram ponere: ⁊ fuiſſet magis ordinata q̄ꝫ primo ponere doctrinam confuſā: poſtea illa pretermiſſa alia multa quedā ponere: ⁊ vltimo doctrinā prius confuſe traditā reſumere: ſic enim omnia tendunt ad quandam confuſionem ⁊ deordinationem.

**Quarto idem** Etiam inde apparet ꝙ Ariſto. inferius volens probare ſempiternitatem primi motus: aſſumit pro ꝓncipio ꝙ ħ probatū eſt: ħ autem nullo modo faceret: ſi ħ intenderet concludere de primo motu: quia tunc idē aſſumeret ad probationē ꝙ eſſet omnino inconueniens. ¶ Sunt autē quidā qui dicunt ꝙ hanc diſcordiā poſſumus ad concordiam reducere: quia rationes iſte oſtēdunt motum in cōi non incepiſſe: ⁊ ſimiliter etiam nec motū celeſtē: a quo dependet omnis motus: verūtamen euidenti⁹ ⁊ clarius oſtendunt ꝙ motus celeſtis non incipit eo ꝙ aſſumunt ante omnem motum nouum eſſe quendā motū. Motus autem qui precedit omnē motum nouum: eſt motus celeſtis. ¶ Sed iſta pueriliter valde dicta ſunt. Non enī per vnā ⁊ eandem rationē primo plura concludunt: ſꝫ tantū vnū: quāuis bene ex illo vno concluſo poſſit poſt modū aliud haberi ⁊ oſtendi. Nā quēadmodū vnus motus naturalis primo terminatur ad vnū terminū: ſic etiā ⁊ vnus motus rationis primo terminatur ad vnum quid concluſum: Rationes ergo Ariſtotelis non poſſūt concludere primo ⁊ immediate ꝙ motus in communi non īceperit: ⁊ ꝙ motus celeſtis non inceperit: ſed neceſſarium eſt ꝙ ipſorū alterum concludant primo: reliquum autem ſi debent ꝯcludere ꝯcludēt ſcd̄ario: ⁊ ex ꝯſequenti aliqd proſillogiſmo facto. Et tamen ħ Ariſt. nullū talem proſillogiſmū facit. Euidenter itaq̄ꝫ apparet ꝙ intentio Ariſtote. non fuit hic concludere vtrumq̄ꝫ predictorum: ſed tantum alterum ipſorum.

**Falſum eſt etiam** Eius ratiōes ſenſibili⁹ concludere de motu celeſti q̄ꝫ de motu ſimpliciter dicto: qꝛ in cunctis eius rationibus ſonat mot⁹ aut ſimpliciter dictus: aut motus ꝑmo datus nouus: ante quē dicit precedere alium. Nunq̄ꝫ autem verba ſua ħ celeſtem motū ſonant. Si autem ſonent verba ſua mutationē primā non tamen ſonant mutationē primam: que eſt celeſtis ſed ſonant tantum mutationē primam. i. primo datā: quecūq̄ꝫ ſit illa: ſiue celeſtis: ſiue non: vt manifeſte patet intuentibus Ariſto. proceſſum.

**Ratio autem** Ipſoꝝ nihil valet. Ait enim Ariſto. ꝙ quolibꝫ motu nouo dato eſt añ ipſum dare motū alium: vnde ſi aliquis motus nouus eſſet primus añ motū primū eēt dare motū. Quod autem ante motū nouū ſit dare motū inde probat: quia vt ille motus nouus fiat oportet ꝙ fiat ante mutatio: vel in mouente vel ī mobili: ratione cuius mutationis facte contingat id mouere: ⁊ hoc moueri: cū añā nihil horum eſſet. Sed hec mutatio facta ī mouente vel ī mobili: cū nō itelligatur eterna: nō eſt mutatio celeſtis: vnde patet euidenter ꝙ Ariſtot. nihil ħ directe accipit de celeſti motu. ¶ Alia etiā ratio non valet: quia ħ Ariſto. incipit inquirere de ſempiternitate motus: ⁊ oportet cōmuniter motū ſemper eſſe ⁊ fuiſſe ⁊ poſtea paulatim atq̄ꝫ ſucceſſiue deſcendit ad demonſtrandū per quid ħ perpetuitas continuetur ⁊ ſaluetur vnde patet ꝙ ſua doctrina eſt ordinata ⁊ perfecta.

**Prima etiam ratio** Non valet: loquitur enim de vniuerſitate rerū: quaſi de vniuerſitate viuentiū: propter ħ ꝙ quidā dixerunt mūdū eſſe quoddam magnum animal: videmus autem animalia viuere quādiu ī eis apparet motus: quo ceſſante ipſa mori dicimus: ⁊ pro tanto in vniuerſitate entium naturalium motus dicitur conſiderari velut vita quedam. Aut certe: qꝛ nālia quodāmodo aſſimilātur viuentibus que mouēt ſeipſa per ħ ꝙ in ſe ꝑcipiū ſui motus hn̄t.

¶ Q̄ō ſecunda.

**SEcundo poſſet** Aliquis forte q̄rere vtrum ad ſcientiam de primo principio valeat iſta īquiſitio: ⁊ quomodo: ⁊ vtrū eque ad ipſā valeat ſi ponatur rerū vniuerſitas nouiter producta.

**Ad iſtam qōnem** Dicendum eſt ꝙ iquiſitio de ſempiternitate motus valet multū ad ſcientiam de primo rerum principio habendaꝫ. Nā ex ſempiternitate motus in communi deducimur ad ponendū motum vnū primū continuum ſempiternum ⁊ vniformem. ¶ Ex ħ autēꝫ vlterius ducimur ad concedendū primū ⁊ ſempiternū atꝗ ꝯtinuū motū eē ab vno primo motore ſempiterno infinite potentie: ⁊ per conſequens immateriali quia potentia īfinita non eſt in materia: vniformitas etiaꝫ talis motus demonſtrat mouentis immobilitatē quia mot⁹ omnimode vniformis dꝫ eſſe a motore ſemper eodē modo ſe habente: de quo dicitur ꝙ immobilis manens dat cuncta moueri. Si aūt ponamus vniuerſitateꝫ rerū totaꝫ nouiter de nihilo productam cogimur etiaꝫ idem confiteri: Non enim ideꝫ ſeipſuꝫ de non eſſe conducit ad eſſe. Sed adhuc vnūquodꝗ deducitur ab aliquo agente actu exiſtente. Agens autem ſi debet aliquid de nihilo producere: debet eſſe virtutis infinite: propter infinitaꝫ diſtantiaꝫ que eſt inter nihil ⁊ aliqd. Quod aūt eſt virtutis infinite īmateriale immobile ⁊ ſempiternum eſt. Si ergo vniuerſitas rerū nouiter producta eſt de nihilo: neceſſariuꝫ eſt ꝙ producta ſit a principio īfinito īmateriali īmobili: ſemper actu exiſtente.

¶ Textus.

¶ Incipiemus autem primum ex diffinitis a nobis in phyſicis prius ⁊c.

¶ Lectio ſecunda. ¶ Qō prima.

**HIc queri** Conſueuit: quomodo veritatem habeat ꝙ mobile neceſſario precedit motuꝫ: videtur ħ non eſſe veruꝫ: quia poteſt contingere vt ignis qui mobilis eſt ſurſuꝫ ſimul incipiat eſſe: ⁊ incipiat ad locū ſurſuꝫ tendere.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicenduꝫ ꝙ non eſt neceſſarium mobile tempore precedere motū: bene tamen neceſſariū eſt ꝙ ipſum precedat ordine nature. Et primi quidem declaratio eſt: quia propriū ſubiectū non precedit neceſſario ordine temporis accidens: cuius eſt propriuꝫ ſubiectū. Mobile aūt eſt ſubiectuꝫ motus. Non igitur neceſſe eſt ꝙ mobile ipſum motū tempore precedat: vnde ⁊ corpus celeſte tempore non preceſſit motū: ſiue ponamus motū ab eterno: ſicut ponit Ariſto. ſiue ponam⁹ ipſum incepiſſe: ſicut ponit fides nr̄a. Quod autem mobile debeat motū precedere ordine nature de facili apparet. Naꝫ ſemper ſubiectū ordine precedit accidens: cuius eſt ſubiectum: propter id ꝙ accidens per ſubiectū cauſaliter ſuo modo ſtatuitur in eſſe. Mobile auteꝫ: vt nūc diximus: propriuꝫ ſubiectū motus eſt. Neceſſariū eſt itaꝗ ꝙ ipſuꝫ precedat ordine nature: ħ igitur modo intelligendū eſt ꝙ mobile ⁊ motiuū: neceſſario eſt pri⁹ ipſo motu: Naꝫ ⁊ motiuū cauſa motus eſt. Cauſa autē ſemper precedit effectū: ad minus ordine nature.

**Sunt autem quidam** qui dicūt ꝙ ħ non eſt ſecūdū menteꝫ Ariſto. quinimmo intentio ipſius eſt ꝙ mobile tempore precedat motū. Arguit eniꝫ ꝙ ſi eſt motus nouus: neceſſe eſt preexiſtere ſibi mobile ⁊ mutationeꝫ aliam: vnus aūt motus precedit alium qui ponitur poſt ipſuꝫ neceſſario etiam ordine temporis. ¶ Sed ꝙ iſtud non ſit veꝝ de facili apparet ex ipſo proceſſu ⁊ ratione Ariſto. Ait eniꝫ ꝙ ſi motus nouus ponitur: cū motus non ſit ſine mobili: neceſſariū ē ꝙ ponatur ēē ⁊ mobile. Hoc ergo mobile: aut factū eſt: aut eternū eſt: ꝙ ſi eternū eſt: ⁊ motus eius nouus erit per infinitum tempus mobile ſine motu ſuo: ꝙ eſt dictuꝫ neſcientis naturaꝫ eternoꝝ: que debent ſemper ſm Ari. eodeꝫ modo ſe habere: ita ꝙ aut nunꝗ mouentur aut ſemper mouentur. Ex hac aūt parte rationis non habetur ꝙ mobile ſit prius tempore ꝗ̄ mot⁹: ſed magis ꝙ ſimul quia aliter non foret eterni mobilis eternus motus. Si aūt dicatur mobile non eſſe eternū: ſed eē factū: arguit tūc Ari. ꝙ cū factio mobilis ſit motus vel mutatio: que eſt terminus motus: oportebit neceſſario tūc ipſi mobili facto ⁊ motui ſuo motū preexiſtere. Et quia motus exigit mobile ꝙ poſſit moueri ſecundū ipſum: oportebit ħ alio motu poſito ponere ⁊ aliud mobile de quo ſimiliter queremus. Ex hac aūt alia parte rationis: patet etiam euidēter ꝙ non intendit Ariſto. dicere ⁊ velle ꝙ mobile tempore precedat ſuū motū quāuis habeatur bene ꝙ tēpore precedit motū mobilis producti per motū eius: ſicut etiaꝫ ⁊ ħ ipſuꝫ mobile tēpore ꝑcedit. Non verū ita ꝗ eſt intentioneꝫ eſſe Ariſt. ꝙ mobile tempore precedat motuꝫ ſuū: ſed ſolū ꝙ ipſum precedat ordine nature.

¶ Textus.

¶ Alia quidem eniꝫ mouent ſingulariter ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**SEcundo aliquis** dubitare poſſet: quia non videtur verum ꝙ ſit ſimile de agēte naturali: ⁊ agente voluntario: quia agens voluntariū poteſt ad oppoſita: agēs vero naturale non poteſt niſi tantū ad vnum.

**Ad huius qōnis** Euidentiam primo attendendum eſt ꝙ vnum contrariuꝫ reſpectu alterius ſe habet: ſicut priuatio reſpectu habit⁹. Priuatio autē: quia non ponit formam: ſed tollit: non habet vnde poſſit mouere intellectuꝫ: vnde nec in intellectu ſibi correſpondet ſpecies: ſed tantummodo habitus. Et propterea dicitur ꝙ per ſpeciem habitus cognoſcimus habitum ⁊ priuationem. Sed forte diceret aliquis ꝙ non eſt ita in contrarijs: eo ꝙ vtrumꝗ contrariorum formā ponit. Tamē ħ non obſtante quantum ad ħ ſimilitudo inuenitur: qꝛ contrarium habens ſe per modum priuationis: inquātum defectum ⁊ priuationem ponit: non habet vnde intellectum moueat: nec per conſequens ſic ſumptum cognoſcitur niſi per ſpeciem contrarij: vna eſt itaꝗ ſecundum ħ forma apprehenſiua: qua ſic cognoſcuntur etiam contraria. Et quia agens voluntarium per formaꝫ apprehenſam agit: idcirco dicitur ꝙ quantuꝫ eſt ex conditione forme: que ſibi eſt ratio agendi: poteſt agere cōtraria: ꝙ non dicimus de agente naturali: agit eniꝫ ħ per formam naturalem: forma autem naturalis: ſic inclinat in formam naturalem ſibi ſimilem: ꝙ non inclinat in contrariam: vnde quantum ad ħ diſſimilitudo eſt inter agens naturale ⁊ agens voluntarium: ſed tamen in aliquo eſt etiam ſimilitudo. Nam licet ſpecies habitus inclinet in cognitionem habitus ⁊ priuationis: directe tamen ⁊ primo inclinat in habitum: cuius notior ſimilitudo eſt. Ex conſequenti vero ⁊ ſecūdario inclinat in priuationem: vel in contrarium: ꝙ gerit vicem priuationis. Secundarium autem ⁊ per accidens aliquo modo ſunt ſimilia. Et agēs quidem naturale hoc modo plura poteſt: quia vnum contrariorum per ſe: ⁊ reliquum per accidens. Et pro tanto dicit Ariſtoteles ſimile aliquo modo eſſe de agente per intellectū: ⁊ de agente per naturam.

¶ Textus.

¶ Si igitur impoſſibile eſt eſſe: ⁊ intelligere tempus ſine ipſo nunc ⁊c.

¶ Q̄ō tertia.

TErtio forte dubitare poſſʒ aliquis de rōne ex parte temporis accepta: videtur enim nullam experientiaʒ habere: ſupponit. n. q̄ōlibet nūc eſſe principiuʒ ⁊ finem temporis: hoc autē ſupponere: videtur ꝙ faciat ſupponere id ꝙ probari debet. Naʒ nūc ſic ſe habet ad tempus ſicut punctus ad lineam: non auteʒ eſt verum quodlibet punctum principium ⁊ finem eſſe linee niſi ſuppoſito lineam eſſe infinitaʒ. Conſimili modo nō eſt verū omne nunc eſſe principiuʒ ⁊ fineʒ tēporis: niſi ſuppoſito tempus eē infinitum: ⁊ per conſequens motum eſſe infinituʒ: ꝙ probari debet.

Ad iſtam q̄ōnem Eſt dicenduʒ ꝙ Ariſto. vult probatum eē ꝙ oē nunc eſt principium ⁊ finis temporis: ex eo ꝙ primo dixerat prius ⁊ poſterius non eſſe ſine tēpore. Nā quolibet nunc dato dicimus ante iſtud nūc vel omnia erant vel prima cauſa erat ⁊ non motus. Ante aūt ſiue prius eſt differentia temporis: que nō poteſt eſſe niſi tempus ſit. Eo igitur ipſo quo cuilibet nunc dato preaccipimus ante ſiue prius: pʒ ꝙ cuilibet nunc dato preaccipimus tēpus: nūc aūt cui preaccipitur tēpus neceſſario eſt finis temporis. Ex h itaqʒ videt̄ probatuʒ eſſe ꝙ oē nunc finis tēporis ſit. Et conſimili modo procedendo a poſteriori: oſtenditur ꝙ omne nunc eſt temporis principium.

¶ Textus.

¶ Eadē aūt rō eſt: ⁊ de eo ꝙ icorruptibilis ſit mot⁹ ⁊c.

¶ Q̄ō quarta.

QVarto poſſet Forte aliqs dubitar̄: qr non videtur verum ꝙ non ſimul poſſit deſinere motus ⁊ mobile. Poteſt eniʒ contingere: vt ignis ipulſus deorſuʒ tūc corrūpatur: quando ceſſat talis motus.

Ad iſtaʒ q̄ōnem Dicunt aliqui ꝙ h pro tanto dicit Ariſto. quia ſi tollitur mobile tollitur de neceſſitate motus: ſed non neceſſarium eſt tolli mobile ſublato motu: quāuis contingere poſſit ꝙ ſimul deſinat motus ⁊ corrūpatur mobile. Adiungūt aūt ꝙ etiaʒ dicere poſſum⁹ ꝙ non ſimul deſinūt: quia corruptio motus: finis mot⁹ eſt. Motus aūt precedit fineʒ ſuū: ſicut etiā tēpus precedit illud nūc: ꝙ eſt finis eius. Si aūt obijciatur contra iſtos: ꝙ tunc ratio Ariſto. non habebit apparentiā: propter id ꝙ aliquis poſſet dicere corruptinū mobilis eſſe vltimā mutationem ꝙ̄ poſtea non datur vltima mutatio. Reſpondent ipſi ꝙ ſicut generatio nō poteſt eſſe primus motus: ſic etiaʒ nec corruptio poteſt eſſe motus vltimo derelictus. Sed motus localis qui eſt primus omnium motuū. Quod enim primū eſt in adueniendo vltimum eſt in recedendo.

Sed quod iſta Nō ſint conuenienter dicta non eſt difficile videre. Non enim Ariſtote. in ſua ratione concludit ꝙ poſt vltimā corruptioneʒ erit motus localis. Sed ꝙ data vltima corruptiōe adhuc idigebit corruptibile corrūpi: ⁊ per conſequens ꝙ poſt vltimaʒ corruptionem erit corruptio. ¶ Et preterea motū localē eſſe prius: nondū ipſe probauerat: ſed h probat in ſequentibus: vnde non videtur conueniens ꝙ ipſo ante probationem eius vteretur h ad aliorū declarationem. Secunda etiā ipſoꝝ expoſitio penitus non valet. Nam ſi corruptio mobilis eſt finis motus: ⁊ motus precedit fineʒ ſuuʒ: non tamē ideo deſinitio motus precedit deſinitionem mobilis. Nam motus nunq̄ deſinit niſi in fine ſuo: ſi ergo in h fine ponitur deſinitio mobilis: neceſſario tunc profecto eſt ꝙ ſimul ſit deſinitio mobilis ⁊ motus. Omnino ita ꝙ eſt ridiculoſuʒ dicere: ꝙ qr motus precedit finem ſuū ⁊ deſinitio mobilis eſt finis motus: contingit vt deſinitio motus precedat deſinitionem mobilis: immo debet concludi: non ꝙ deſinitio motus: ſed ſoluʒ ꝙ ipſe mot⁹ precedit mobilis corruptionē. Aliter igitur dicere oportet. Et ꝓpterea cōſiderādū eſt ꝙ nihil abijcitur per motuʒ: cuius eſt ſubiectū: qr ꝙ abijcitur per motū termin⁹ ⁊ extremū eius eſt. Nihil aūt idē poteſt eiuſdem motus ſubiectū extremū eſſe: ſicut in precedētibus libris declarauim⁹: vnde manifeſtū eſt ꝙ nihil abijcitur per mutationē: cuius eſt ſubiectū. Si ergo detur mobilis corruptio: qr corruptio mutatio eſt: habebit ipſa aliud aliqd ſubiectū: ꝙ non abijcietur per ipſam: ſed per aliā ſi fuerit corruptibile: ⁊ illa alia corruptio ſimiliter requiret aliud ſubiectū: ꝙ per ipſam non abijcietur. Et propter h ait Ariſto. ꝙ oportebit ſemper corruptibile corrumpi aliud quideʒ ⁊ aliud: alia ⁊ alia corruptione:

Propter argumentū Auteʒ ſupra factū. Attendendū eſt ꝙ bene poteſt cōtingere: vt ſimul deſinat ignis ⁊ motus eius: h tamen non contingit: qr ignis deſinat propter deſinitioneʒ ſui mot⁹: ſed magis quia motus neceſſario deſinit deſinēte mobili ſubiecto: quēadmodū oē accidens deſinit ad deſinitioneʒ ſui ſubiecti. Et qr deſinitio eſt corruptio: habebit ⁊ ipſa ſubiectū vſqʒ in infinitū procedendo. Et qr infinita non eſt trāſire: nō erit dare vltimū mobile deficiēs. Sic ergo vult dicere Ariſto. ꝙ non ſimul ceſſat aliquis motus vnus ⁊ oē mobile: quia remanet id ꝙ ſubijcitur corruptiōi mobilis: ꝙ debet ſtare in tota trāſmutatione: ⁊ in quolibet extremo eius: tam ſcilicet in principio ꝙ̄ in fine. Quod auteʒ ſtat in fine corruptionis h remanet poſt corruptionem ipſam. Eſt autem neceſſarium ꝙ h mutabile ſtet in termino corruptionis: niſi ponatur primū mobile ob cuius corruptioneʒ mutabilia cūcta corrūpantur. Sʒ h primum dari non poteſt: qr eo ipſo quo ponitur corruptibile: non eſt ſubiectum primo: vt probatuʒ eſt. Si autem dicatur ipſuʒ eſſe incorruptibile: ſtabit tūc poſt corruptionem cui ſubijciebatur: ſubijcibile ſemper manens generationi ⁊ corruptioni. Ponere autem mobile poſtea ſemper ſine mutatione dictuʒ fuit ſupra ꝙ videtur a neſcientibus dictum: immo qr tale ſubiectum primum non eſt actu: niſi per formam: vt in prīo ⁊ ſecūdo lib. dictū fuit: neceſſariū erit ipſum habere formam entis corruptibilis: que ſi nunq̄ abijceretur corruptibile foret ſempiternū ꝙ eſt inconueniens. Patet igit̄ quomodo intelligenda ſunt verba ⁊ argumēta Ariſto.

Ante autem q̄ vltra procedam⁹ bonū eſt aliquantulum diſcutere iſtas rationes de ſempiternitate motus: inſimul cuʒ ſolutionibus earum: quo per iſta poſſimus melius reſiſtere hijs qui fidei ſacroſancte cōtradicūt: melius eniʒ poterimus eis contradicere: ſi viderimus quomodo ipſi aduerſantibus ⁊ ſoluentibus reſiſtunt: videtur auteʒ primo ꝙ prima ratio neceſſario concludat: quia mot⁹ quilibet ponit ſecum: mobile ꝙ ſi productum ſit: ⁊ productio terminus motus eſt: iterum ponetur ante motus ⁊ mobile. Aut ergo in infinitum: ſic dicendo: procedemus: aut ſtabimus in vno primo motu ⁊ mobili non facto: ſed eterno.

Hec autem ratio Soluitur: per h ꝙ prima cauſa res producit

res producit abſq; motu: cuius ratio eſt: qꝛ ipſa eſt eſſe non permixtum potentie: ⁊ ideo eius effectus eſt eſſe: vnde agit dando eſſe: ſed quia ſecunda agentia habēt eſſe potentie permixtum: proprius ipſorum effectus nō eſt eſſe: ſed fieri: ꝙ dicit actū potentie permixtum: ꝙ eſt proprium motus: vnde ipſa mediante motu producūt que producunt. Sed prima cauſa producit ⁊ dat eſſe ſine motu: virtus ergo ſolutionis huius in hoc cōſiſtere videtur: ꝙ motum quidem damus nouum ⁊ mobile noniter productum: ſed illaꝫ productionem: nec motuꝫ dicimus neq; motus terminum.

**Ex hoc autem** Accipitur ꝙ iſta productio nō ſupponit ſubiectum ante ſe: quamuis motus ⁊ mutatio ſubiectum preſupponant: quia ipſa proprie nec mutatio nec motꝰ eſt: ſed ſimpliciter rerum emanatio a deo.

**Contra hanc** Autem reſponſionē non videtur ꝙ ſit difficile procedere. ¶ Ad cuius intelligentiaꝫ attendendum eſt ꝙ cum fieri ⁊ facere vnum ⁊ idem ſint ſecundum rem: ſicut facere non eſt proprius effectus facientis: ſed id ꝙ per ipſum facere producitur: ſic nec etiam fieri eſt ipſius proprius effectus: ſed id in ꝙ fieri ipſuꝫ terminatur vnde non proprie dicitur ꝙ fieri ſit effectus proprius ſecundi agētis: qꝛ proprius effectus agētis eſt id ꝙ ab ipſo fit: non autem proprie dicimus ꝙ ab ipſo fiat fieri: qꝛ fieri non eſt fieri: vt probatum eſt in quinto. Eſt autem fieri id quo formaliter alicui competit ꝙ fiat: verū quia fieri ⁊ factio prouenit a faciente: ſi propter hoc large actionem ⁊ fieri vellemus effectuꝫ quendaꝫ agentis nominare: inquantum progreditur a virtute eius: taliter tunc procedendum foret: vniuſcuiuſq; actio proportionatur nature agentis a quo eſt: ſed natura agentis ſecundi per quā agit eſt forma in materia vel actus potentie permixtus: igitur ⁊ ſua actio eſt actus potentie permixtus: non quidem itaq; in ſuo intellectu claudat potentiam ⁊ actum: quia licet natura ſecundi agentis ponat potentiam ⁊ actum: non tamen agit inquantuꝫ eſt potentia: ſed inquantuꝫ eſt actu. Dicetur ergo actio actus potentie permixtus alio modo: quia videlicet neceſſario oportet ꝙ in aliquo recipiatur ꝙ ſit in potētia ad actum recipiendum ab agente. Et hoc quidem neceſſario ſequitur: quia quamuis agentibus etiam ſecundis ipſe actus ſit ratio agendi: eſt tamen iſte actus potentie permixtus: ⁊ in aliquo poſſibili receptꝰ: vnde qꝛ actio non poteſt eſſe altior ꝙ̄ actus qui eſt ratio agendi: oportet neceſſario ꝙ etiaꝫ ipſa ſit in aliquo recepta. Non ergo ex hoc ꝙ agens eſt compoſitum ex potentia ⁊ actu argui debet ꝙ actio debeat eſſe cōpoſita cū nō procedat ab ipſo ſecūdū ꝙ eſt potentia: ſed ſecundum ꝙ eſt actu.

**Et preterea** Manente tali propoſitione agentiuꝫ ⁊ actionum: poſſet tunc concludi ꝙ cum deus ſit actus nulli potentie admixtus: eius effectus proprius: ⁊ eius actio non in ipſo ſed in effectu extra ſumpta: que actio dicitur dare eſſe nulli debet potentie adiungi ꝙ falſuꝫ eſt ⁊ impoſſibile.

**Item ſi maneret** Dicta proportio agentium ⁊ actionū quā ponūt: per quā arguūt ꝙ primus effectꝰ ſecundorum agentium debet eſſe fieri ſucceſſiuum atq; motus: tunc nullum agens creatum poſſet ſuum effectum ſubito producere: cuius tamen contrarium omni die experimur cum: aerem videmus ad ſolis preſentiam ſubito illuminari: que tamen illuminatio quedam eſt mutatio. Patet itaq; ꝙ non debemus in ſolutione noſtra verba hec ſuperflua apponere: ex quibus materia deriſionis detur infidelibus.

**Secundo autem** Videtur ꝙ ſecunda ratio qua arguitur ꝙ nihil poteſt eſſe in noua diſpoſitiōe: niſi facta ſit mutatio in mouente vel in mobili neceſſario concludat: videmus enim nullum agens aliquid agere ꝙ priꝰ nō agebat: niſi facta ſit mutatio in ipſo: vel in alio ſed nec in deo: nec in nihilo: cadit mutatio: igitur nihil nouum poteſt aut vnq; potuit a deo prouenire.

**Ad iſtam qōnem** Dicunt quidam ꝙ prima cauſa ab alijs omnibus ſecundis cauſis differt precipue in tribus. Et prima quidem differentia eſt: quia nulla ſecundarum cauſarum eſt cauſa totius entis: ſed prima cauſa vniuerſaliter totius entis eſt cauſa. Secunda vero differentia: quia in nullo ſecundorum agentiū actio eſt ipſa ſubſtantia agentis: ſed in prima cauſa actio ⁊ ſubſtantia ſunt idem. Tertia autē differentia eſt: quia nullum ſecūdorum agentium poteſt facere ſine alijs totum quicquid facit ipſis mediantibus agit: propter hoc ꝙ non totum ꝙ hoc habent accipiunt ab ipſo: ſed prima cauſa quicquid facit mediantibus alijs agentibus: facere etiam poteſt ſine eis: eo ꝙ in iſtis nihil continetur ꝙ peramplius ⁊ perfectius non reſeruetur in ipſa. Ex prima autem differentia ſequitur ꝙ prima cauſa agat nihil pͥſuppoſito: alia vero agāt ſemper ex ſuppoſitiōe alicuius. Ex ſecūda vero differentia ſequitur ꝙ prima cauſa agat abſq; mutatione ſui. Et ꝙ alia ex ſui actione recipiant mutationem. Ex tertia etiaꝫ differentia ſequitur ꝙ non ſolum abſq; mutatione ſui: ſed etiam abſq; vlla precedenti mutatione poſſit noua producere: ꝙ non contingeret ſi ea que producit mediantibus agentibus ſecundis: non poſſet producere etiam ſine ipſis.

**Dicunt autem vlterius** iſti ꝙ phyloſophus: vt ſaluaret deuꝫ ſemper eſſe vniformiter habere: dixit ꝙ quicquid deus produxit ab eterno produxit: ſed ſi deus ab eterno res produxit: nūc autem non producit: ſed conſeruat: cū producere ſit aliud ꝙ̄ ſeruare: ſequit ꝙ deus non ſe habeat ad res eodem modo nunc ⁊ prius. Negando ergo phyloſophus deum non poſſe facere aliud nunc ⁊ prius: conceſſit: vt hij dicunt: ipſuꝫ aliud facere nunc ꝙ̄ prius.

**Vt autem quodam** Reſolutorio ordine procedamus: primo patet ꝙ in hoc vltimo argumento ſm peripatheticas defenſiones iſti nihil dicunt. Nō enim ſaluata Ariſto. pōne ſequitur concluſio: quia nec ſecundum eam ſeruare ab eterno: ⁊ ab eterno producere ſunt diuerſa: diceretur eniꝫ ab eterno produxiſſe res quia ab eterno eis eē influxiſſet ⁊ influeret: vnde ⁊ productio ab eterno ⁊ conſeruatio regulariter ab eterno nihil ponit aliud ꝙ̄ continuam ⁊ continuatam ſemper influentiam eſſendi: vnde non aliud: ſed ſemper idem ſecundū hoc: deus facere concluditur.

**Vlterius etiam** Quod dicunt primam cauſam poſſe producere ſine agentibus ſecundis: quicquid producit eis mediantibus ⁊ nouiter: diceret perypatheticus non eſſe verum. Quamuis enim perypathetici cōcedant totum quicquid eſt in ſecūdis agentibus a principio primo deriuari: adiungunt tamen hoc totum ab ip

ſo:ſicut a fonte indeficientiſſimo indeficienter procede
re ⁊ proceſſiſſe: vnde nec iſtud nec aliud quicquam vo
lunt ꝙ ab ipſo nouiter procedat immediate ne mutatio
cadat in eius actione. Mediantibus tamen agentibus
ſecundis mutabilibus poteſt noua facere: quia tunc no
uitas mutationem arguens in aliquo: non arguet ip
ſam in motore primo: ſed in motore moto.

**Quod etiam** Concludunt ex ſecunda
differentia: videtur om
nino irrationabiliter concludi. Quod enim facta mu
tatione in his que aliud a ſubſtantia ſunt ⁊ extra ip
ſam: non ideo mutatio cadit in ſubſtantia: ex eo ꝙ in ſe
cundis agentibus actio differt a ſubſtātia: cōcludi de
bet ꝙ actione mutata non eſt neceſſariū ſubſtantiā mu
tari. Et quia in deo idem eſt ſubſtantia ⁊ actio: ſi ex no
uitate effectus mutatio eſt in actione dei: ſequitur neceſ
ſario ꝙ mutatio ſit etiam in ſubſtantia ipſi⁹. Secundū
h itaqꝫ melius arguitur h modo quo arguunt perypa
thetici: in ſubſtantia primi nō eſt variatio igitur nec in
actione: ſemper ergo vno ⁊ eodem modo agit: ⁊ ſemper
producit que producit: ꝗ̄ arguere ſicut iſti arguūt. In
primo ſubſtantia ⁊ actio ſunt idem. Poteſt igitur no
ua producere abſqꝫ mutatione ſui: nam productio eſt
actio ⁊ noua productio noua actio. Nouitas autē acti
onis videtur ponere mutationem eius. ¶ Quia igitur
ſm̄ perypatheticos prima cauſa non poteſt aliquid no
uiter producere: niſi mediantibus ſecundis: ⁊ agentia
ſecunda non poſſunt quicꝗ̄ facere nullo preſuppoſito
concluditur ſecundū eos: ꝙ nec prima cauſa poſſit ali
quid nouiter producere nullo preſuppoſito: quāuis nō
preſuppoſito aliquo produxerit: que immediate produ
xit ab eterno: vnde patet ꝙ nec etiā prima differentia
iſtis valet ad ſolutionem argumenti: fruſtra igitur di
cūt verba precedentia ꝙ catholici neſciant ſoluere ar
gumenta Ariſt. que in veritate ſoluere nō eſt difficile.

**Tertio autem** Videtur ꝙ ⁊ tertia ra
tio Ariſt. que h accipi
tur neceſſario concludat. Nam oē agens tam naturale
ꝗ̄ voluntariū ſemꝑ facit tm̄ alterū. Nō ſi faciat oppoſi
tum h eſt per accidens: aut propter corruptionem appe
titus: aut propter aliquod impedimentum: quorū nul
lum accidit in prima cauſa. Semper igitur res produ
xit ⁊ nūꝗ̄ in h aliter ſe habuit.

**Ad iſtud argumentum**
Dicūt h accipiētes qdā a Tho. ꝙ nihil cōparat̄ ad deū
tanꝗ̄ eius proprius effectus: niſi ꝙ eſt a deo volitum: ⁊
vt ab ipſo volitum. Que ergo deus voluit: ⁊ quando vo
luit tunc produxit.

**Sed vlterius** Dicunt iſti ꝙ quamuis h
ſit bene dictum: videtur
tamen ꝙ non ſatiſfaciat rationi Ariſt. quia agens per
artem ſemper agit ⁊ vult agere per artē ſuam: niſi vel
habeat appetitum corruptū: vel habeat aliqd īpediēs.

**Ad quod ipſi** Reſpondēt ꝙ voluntas
aliorum agentium ordi
natur ad finem alium extra ſe: vel aliū a ſeipſis: ⁊ pre
ſupponunt aliquid ex parte paſſi ⁊ preſupponunt tem
pus. Sed deus ad nullum alium finem ordinatur: nec
tempus: nec aliquid ex parte paſſi preſupponit: quia
ipſe eſt auctor omnium: vnde in prima rerum producti
one non debemus querere cauſam in alio ꝗ̄ in ipſo deo
propter ꝙ ⁊ ſi res nunc producit non ante non eſt h per
factam mutationem in aliquo: ſed ſolum: quia ſic or
dinauit ſecundum ſuam ſapientiam: ⁊ ſic voluit: vt or
dinauit: cuius quidem cauſam querere vanū eſt: quia
queritur cauſa: cuius non eſt cauſa. Sed quāuis Tho.
optime ſoluat iſtam rationem ⁊ alias: quantum tamē
apparet ex verbis iſtorū ratio non ſoluitur: primo qui
dem: qr quamuis diuine voluntatis ⁊ ordinationis
non ſit querenda cauſa extrinſecus a deo: fatuum tamē
eſſet dicere quod diuina ſapientia: a qua eſt omnis re
cta ratio: omniſqꝫ rectitudo: quicꝗ̄ ordinet ſine ratione
Quod enī ſine ratione ordinatum eſt non meretur ra
tionabile: ſed magis inrationabile vocari. Quia dice
re nullus audet inrationabiliter ordinari que a deo or
dinantur: patet ꝙ non eſt inconueniens ⁊ vana que
ſtio qua queritur quare de⁹ ⁊ qua ratione ita ordina
uit ⁊ non aliter. Nam ⁊ hoc facit dubitationem in pro
poſito: ꝙ bonū cum ſit communicatiuū ſui: tanto ma
gis rationabile eſt ꝙ ſe communicet quanto magis bo
num eſt. Deus ergo qui ſūme bonus eſt rationabiliter
videtur ꝙ ſūme ſe communicare debuit: ſecundum ta
men ꝙ creatura potuit recipere. Magis autem vide
tur ꝙ ſumme ſe communicaſſet ſi ſe communicaſſet eter
naliter: ꝗ̄ ꝙ ſe communicauit temporaliter: ⁊ per conſe
quens videtur rationabilius fuiſſe ſi res feciſſet ab eter
no ꝗ̄ in tempore. Quia itaqꝫ ſemper deus ꝙ rationabi
lius ⁊ melius eſt facit. Patet euidenter ꝙ non vana im
mo alta ⁊ rationabilis ē queſtio: qua queritur quomo
do ſit rationi conſonū res a deo non ꝓueniſſe ab eterno.

**Quarto autem** Videtur ꝙ ⁊ quar
ta ratio que hic ſu
mitur ex verbis Ariſto. neceſſario concludat. Nam no
ua relatio inter aliqua ſemper requirit mutationē pre
cedētē vel in vtroqꝫ ipſorum vel in altero. Inter cauſā
autem ⁊ cauſatum eſt aliqua relatio: ſi ergo deus noui
ter entia cauſauit: ipſa nouitas relatiōis arguet muta
tionem in deo: ⁊ non in creaturis: que añ non erant.
Quod enim mutatur aliter ſe habet nunc ⁊ prius.

**Ad iſtud argumentum**
Dicunt quidam reſponſionem ſumentes etiam ex ſen
tētia Tho. ꝙ nouitas relationis per ſe qdē arguit noui
tatem fundamenti: ⁊ ſi nouitas fundamenti eſſe non
poſſit abſqꝫ motu ⁊ mutatione: arguet tūc ex conſequē
ti nouitas relationis mutationē ⁊ motum precedentē
Relatio autem creaturarum a deo fundatur in ipſa na
tura creature exiſtentis: vnde nouitas relationis talis
per ſe arguit hui⁹ nāc nouitatem. Et quia ſi nouitas
eſt ſine mutatione aliqua: patet ꝙ nouitas dicte relatio
onis nullum motū precedentem arguit.

**Quamuis autem** A Tho. ſuffi
cienter in ſū
ma excludantur cauillationes que fieri poſſunt contra
tales veritates: ꝗ̄rū tamen apparet ex verbis iſtorū in
hoc loco ipſi non ſufficienter ſatiſfaciunt dubitationi.

**Dato enim** ꝙ productio creaturarum
a deo nō ſit ꝓprie mutatio
⁊ ꝙ per conſequens nouitas creature ⁊ relationis ſit
abſqꝫ motu alicuius ꝑſuppoſiti: eo ꝙ in creatione nihil
preſupponitur: quia tamen hic nouitas relationis ad
deum cauſaliter prouenit a deo: a quo ponitur non pro
ueniſſe ante dubitatio eſt quomodo a deo poſſit cauſari
iſta nouitas modo ⁊ non ante: niſi in cauſando aliter
⁊ aliter ſe habeat: ⁊ per conſequens niſi fiat aliqua mu
tatio in ipſo: precipue cū non fiat mutatio in alio. Si
enim in alio fieret mutatio nō oporteret tūc mutationē
ponere

ponere in deo: videmus enim ꝙ ſi me immobili manen
te: nunc ꝛ non ante opponatur mihi ſpeculum: ob mu
tationem ſpeculi abſ mutatione mei ex me in ſpecu
lo cauſabit imago: que i ipſo nõ cauſabatur ante. Sed
ſi nõ fiat mutatio i ſpeculo nec i aliquo extrinſeco: opoꝛ
tebit in me fieri mutationem ſi debeat in ipſo ex me no
uiter cauſari imago non cauiata ante. Hec itaq dubi
tatio niſi auferatur non videtur ſufficienter ſatiſfactũ
ad argumenta. Sed hec verba dimittantur a modo.

**Redeamus itaqz** Ad ſolutiones. Tho. ꝛ dicam⁹
vna ſecum ad primum argumentum ſine appoſitione
verboꝛum que ſuperflua eſſe demonſtrata ſunt ꝙ agẽs
quidem artificiale preſupponit in ſua actione ens in
actu ꝛ coꝛpus naturale. Agens vero phyſicum preſup
ponit neceſſario materiam ad minus que eſt ens in po
tentia. Sed agens ſupnaturale ſiue agens primũ: ꝙ
eſt ſupꝛa agentia cuncta naturalia ꝛ artificialia. ꝛ eſt
cauſa omnis entis: omnino nihil preſupponit nec ens
in actu ne ens in potẽtia. Et quia productio nihil p
ſupponens: nõ eſt motus nec mutatio: idcirco dicim⁹
ꝙ creatio nihil hoꝛum eſt: ſed ſolum quedã ſimplex re
rum emanatio a deo. Quantumcum ergo productio
mobilis per motum preſupponat ſubiectum mobile p
cedens: productio tamen mobilium per creationem ni
hil preſupponit: ꝛ ideo ratio Ari. pꝛima non procedit.

**Sed attendendum** Eſt ꝙ com
mẽtatoꝛ ar
guit nihil poſſe fieri ex nihilo: qꝛ ex oppoſito fit aliqd p
accidẽs: ex ſubiecto per ſe: igitur ex nihilo fiet aliquid
per accidens. Et quia omne per accidens reducitur ad
per ſe: ſicut poſterioꝛa reducũtur ad pꝛioꝛa: neceſſariũ
vr dare ſemp aliqđ ſubm ex quo dicat p ſe fieri ꝙ fit.

**Ad hanc autem** Rationem Tho.
dicit ꝙ in pticu
laribus in quibus non producitur tota ſubſtantia rei:
ſed pars tantum: verum eſt id ꝙ fit fieri ex oppoſi
to per accidens: ꝛ ex ſubiecto per ſe. Sed in vniuerſali
productione rerum: in qua tota rei ſubſtantia produ
citur: illud non habet veritatem: vnde ꝛ in pꝛimo phy
ſicoꝛum dixit Ariſto. ꝙ ſi debeat fieri quoddã animal
nõ oꝫ ꝙ fiat ſimplr ex non aiali. Si vero fieri deberet
vlr aial opoꝛteret ipſum ſimplr ex nõ aiali fieri. Et ſi
militer ſi ens omne ꝛ totum preter pꝛimum debet fie
ri: opoꝛtet ꝙ fiat ſimpliciter ex non ente: quamuis cũ
ſit aliquid entis per ſe quidem fiat ex ente in potentia
ꝛ per accidens ex pꝛiuatione.

**Sed quidam** Dicũt ꝙ hec ratio nõ ſatiſ
facit argumento. Nã pro
tãto ex pꝛiuatione vt dicunt dicitur per accidẽs: qꝛ ipſa
non intrat eſſentiam rei imo hanc intrat ſubiectũ cui
accidit pꝛiuatio longe ante magis neceſſariũ eſt dice
re ꝙ nihil non intret eſſentiã ꝛ conſtitutionem entis
ꝙ pꝛiuatio: cũ non ita eſſentialiter ad rẽ oꝛdinet ꝑpter
maioꝛem remotionem entitatis: vnde ſi per accidens
pꝛopter dictam cauſam dicitur aliquid fieri ex pꝛiua
uatione: multo magis neceſſarium eſt ꝙ in vniuerſali
rerum productione ex nihilo dicatur aliquid fieri per
accidens. Aliter ergo ſecundum eos eſt ſoluendum: vt
dicamus ꝙ cũ ex pꝛiuatione fit aliqd per accñs: qꝛ pꝛi
uatio ponit ſui ſubi potentiã paſſiuã: hoc per accidẽs
ad potentiam paſſiuam reducendum eſt. Sed cum di
citur aliquid fieri per accidẽs ex nihilo: quia hic nõ p
ſupponit potentia paſſiua: ſed actiua: tale per accidẽs
reducendum eſt ad potentiam actiuam producentis.
Quod autem hec omnia puerilia deliramenta ſint de
facili apparet: ſi reducam⁹ ad memoriã que nos ꝛ ipſi
cũ phyloſopho diximus in pꝛio lib. ꝛ que hi videntur ob
liuioni reſeruanda tradidiſſe. Nam phyloſophus in p
mo libꝛo dixit ꝙ non fit contingens ex contingenti ni
ſi ſecundum accidens: ſed per ſe fit vnumquod ex cõ
trario: ꝛ tamen contrarium vnum alterius cõſtitutio
nem non ingreditur. Et pꝛopterea diximus ibi ꝙ ali
quid fieri ex aliquo poteſt intelligi dupliciter: quia vel
ſicut ex ſubo vel ſicut ex extremo factionis. Et ꝑ pꝛiua
tione quidem aut ex oppoſito pꝛimo modo fit aliquid
per accidens: quia ratione materie ꝛ ſubi cui accidũt.

**Secundo autem** Modo aliqd di
citur fieri ex op
poſito per ſe: ꝛ ſic vt ibi diximus intelliguntur verba
Ariſtot. fit ergo aliquid ex oppoſito per accidens: quia
per aliud intrat conſtitutionem facti: ſicut ꝛ per aliud
ſubicitur ipſi factioni: fit autẽ ex oppoſito per ſe: quia
ipſum oppoſitũ per ſe ꝛ non per accidens ẽ alterũ ex
tremum factionis. Si autem oppoſitum non haberet
aliquod ſubiectum: ita ꝙ nec ratione ſui nec ratione al
terius intelligeretur ex ipſo aliud vt ex ſubiecto fieri eẽt
tunc dictũ ſimpliciter per ſe: quia non haberet pꝛopo
ſitio niſi tantum vnũ intellectum: quia illum ſolũ quo
intelligit aliquid fieri ex aliquo ſicut ex extremo. Nũc
autem ſic videmus eſſe in pꝛopoſito. Nam nihil non
habet aliquod ſubiectum: vnde in creatione aliquid
fieri ex nihilo non poteſt intelligi: nec ſicut extremo ꝛ
non ſicut ex intrante conſtitutionem rei p ſe aut p acci
dens. Et pꝛopterea eſt locutio ſimpliciter per ſe: quia p
ſe creationis extrema ſunt aliquid ꝛ nihil. Si autem
intelligeretur aliquid fieri ex nihilo ſicut ex intrante p
accidens conſtitutionẽ rei: ꝛ hoc per accidens reducere
tur ad creantis potentiam actiuam: opoꝛteret tunc po
tentiã actiuam creatoꝛis: que eſt ipſa eẽntia ipſius per
ſe ingredi conſtitutionem creature. Nam cum aliquid
dicitur per accidens ingredi conſtitutionem alicuius
opoꝛtet id ratione cui⁹ dicitur ipſã igredi per ſe intra
re cõſtitutionem talem. Aliter enim nunꝙ intelligere
tur in talibus per accidens reduci ad per ſe. Potentiã
autem actiuam ꝛ eſſentiam ipſam creatoꝛis per ſe in
gredi conſtitutionem creature: ꝛ per conſequens eam
eſſe per ſe eius: abſurdum ꝛ alienum eſt a fide. Stan
dum eſt itaq in optima reſponſione Thome.

**Secunda autem** Ratio neceſſario
concluderet ſi de
us eſſet agens per naturam. Sed quia eſt agens per in
tellectum ꝛ voluntatem: poteſt per eternam ꝛ non mo
tam voluntatem producere effectum non eternũ: ſicut
etiam per intellectum eternum ꝛ non motum poteſt rẽ
non eternã intelligere.

**Tertia etiam ratio** Nõ procedit
qꝛ agens vo
lũtariũ ſemp agit ſm oꝛdinẽ rationis ꝛ inſtitutionẽ vo
luntatis: ꝛ dico ſecundum oꝛdinem rationis: ſi non ha
beat coꝛruptum appetitum fuit autem oꝛdinatio diui
ne rationis ꝛ eius etiam voluntas ab eterno ꝙ res pꝛo
dirent ab eo quando pꝛodierunt: ꝛ ꝙ ipſe iuſimul cum
tempoꝛe inciperẽt eſſe poſtꝙ antea non fuerant. Si au
tem queratur quare hoc voluit non eſt dicendum: ſicut
dicebant illi: ꝙ hec queſtio eſt vana: ſed dicendum eſt
cum Tho. ꝙ pꝛopter ſeipſum res fecit: vt in eis ſue bo
nitatis ſimilitudo manifeſtaretur: etiã in hoc: ꝙ om

nibus alijs non exiſtentibus ipſe in ſeipſo communem ſufficientiam habuit beatudines ſeu bonitatis ⁊ virtutis ad productionem rerum. Et hoc quidem dici poteſt quantum humana ratione capi poteſt de dictis ſaluo tñ ſemper ſecreto diuine ſapientie: ꝙ a nobis nõ poteſt comprehendi. Non eſt autem verum ꝙ bonum ſtatim ſe communicet cuꝫ ſe comunicare poteſt: niſi ſiat communicatio de neceſſitate naturali: ⁊ non per voluntatem liberam. Non fuiſſet etiam rationabilius ſi res proceſſiſſent ab eterno: quia euidẽtius demonſtrãt ſe ab alio productas: ⁊ bonitatem per conſequens creantis: per hoc ꝙ inceperunt eſſe poſt non eſſe q̃ʒ ſi ſemper eſſe habuiſſent.

**Quarta etiam ratio** Nõ valet quia nouitas relationis cum nouitate fundamenti poteſt a deo eſſe; non per mutationem tantũ: ſed etiaꝫ ſine mutatione per ſimplicem ab ipſo emanationem: nec ideo tamen ſequitur mutatio in eius actione ⁊ ſubſtantia. Ubi attendendum eſt ꝙ creatio poteſt accipi dupliciter: quia aut ſꝫ ꝙ ſe tenet ex parte creãtis: aut ſecundũ ꝙ ſe tenet ex pte creature. Et ſm qdẽ ꝙ ſe tenet ex parte creature qd nouũ ponit: qꝛ nouã creaturã ⁊ nouũ eius reſpectũ ad deũ. Secũdũ aũt ꝙ ſe tenet ex parte creantis: non ponit quid nouum ſed antiquuꝫ ⁊ eternuꝫ: qꝛ ponit ipſam ſubſtantiam ipſius. Quicquid enĩ in deo eſt ſubſtantia eius eſt: ſed ⁊ ſubſtantia ⁊ voluntas ⁊ velle in deo idem ſunt: vnde ſicut ſubſtantia dei eterna eſt: ſic etiam eterna eſt voluntas: ⁊ eternũ eſt ſuum velle: quo voluit etiam prodire ſicut prodierunt. Nouitas itaq; relationis cum ſuo fundamento non ponit nouitatem actionis: ſm ꝙ ſe tenet ex parte creãtis quãuis ponat nouitatẽ eius ſecũdũ ꝙ ſe tenet ex pte creature: nec per conſequens mutationem vllam ponit proprie: ſed emanationem ſolam ita factam ſicut immutabile ⁊ eternum velle dei ſtatuit. Unde cuꝫ dicitur aliter ſe habet in cauſando nunc ⁊ prius: non ponit alietateꝫ hoc dictum in deo vllo modo: ſed nouitateꝫ emanantis factã ſecundum eternum intelligere ⁊ velle dei.

**Ratio autẽ accepta** Ex tempore non concludit: quia dato primo nunc temporis non preaccipit ſibi prius: ⁊ ante: aut tempus reale: ſed imaginatiuũ tantuꝫ: quomodo autem diſcutienda ſit difficultas cõtingens in ratione iſta ſufficienter oſtendimus in quarto libro: ⁊ ideo nõ curamus alia hic dicere de rõne iſta.

¶ Textus.

¶ Sed non aliquando quidem erat: aliq̃ñ aut non ⁊c.

¶ Lectio tertia. ¶ Qõ prima.

**Hic poſſꝫ** Dubitare aliquis verũ ponere motum ⁊ mobilia aliquando fuiſſe: ⁊ aliquando non: ſit ſimile figmento: videtur eniꝫ ꝙ ſic: quia nulla ratio poteſt adduci ad huius demõſtrationem. Quod autem ſine ratione dicitur: videtur eſſe fictitium aut ſimile figmento.

**Ad iſtam qõnem** Eſt dicenduꝫ: ꝙ iſtud pro tanto fictitium non eſt: ſed veriſſimũ: quia ⁊ ſi non ſit probatum demonſtratiua ratione; eſt tñ auctoritate diuina ꝯfirmatũ: locus auteꝫ ab auctoritate humana que innititur humane rationi debilis eſt: qꝛ ipſa humana ratio cui innititur de facili falli ⁊ errare poteſt: locus vero ab auctoritate diuina eſt firmiſſimus; nõ potens vllo modo falli: quia innititur diuine rationi: cui erroris nihil admiſcetᷣ: aut admiſceri poteſt: cũ ſit ipſa veritas eẽntialiter: ⁊ regula omnis veritatis: vnde hoc dictũ eſt veriſſimum: ⁊ non fictitium: quia neq; per nos fictum ſed a deo nobis reuelatum. Non eſt autem figmentum neq; contra rationem diuine credere auctoritati: miraculis approbate: ſeu illis operibus: que ſolum deus poteſt facere.

¶ Textus.

¶ At vero nihil inordinatum eorum que natura ⁊ ſecundum naturam ſunt ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliqs dubitare: quia non videtur veruꝫ ꝙ infinituꝫ ad infinitum nullam rationem habet. Quãuis enim finitum ⁊ infinitum non habeant proportionem: quia nec vnam quantitatem: quia tamen duo infinita vnitatem in quantitate habent: videtur ꝙ optime habere poſſint adinuicem ꝓportionẽ.

**Ad iſtam qõnem** Dicitur communiter ꝙ ratio ibi ſumitᷣ pro ordine ſeu pro ordinatione naturali quã quidem ordinationẽ infinitũ non hꝫ ad infinitũ: īfinitũ dico tempus operationis alicuius naturalis: ⁊ infinitum tempus ablationis eius. Que eniꝫ natura ordinata ſunt: aut ſemper eodem mõ ſe habent: ſicut ignis fertur ſurſum ſemper aut eſt aſſignare rationẽ: quare non ſemper ſunt eodẽ modo: ſicut non ſemper animalia creſcunt ſed aliquando decreſcunt. Et hoc ſecunduꝫ aliq̃ rationeꝫ ſit. Quod ergo infinito tempore mobilia: aut non fuerunt aut quieuerunt: ⁊ poſtea infinito tempore extiterunt: aut mota fuerint: non eſt ſecundum naturalem ordinationeꝫ: quia nec ſempiterna mũdi vniformitas in hoc ſaluatur nec huius difformitatis ratio naturalis aſſignari poteſt.

**Eſt autem hic** Attendendum vt ait Tho. ꝙ ſententia noſtre fidei non eſt ſimilis poſitioni anaxagore. Non eniꝫ ponimus ante munduꝫ infinita ſpatia temporis: cuiꝰ ſit neceſſe ad tempus ſequens proportionem ſumere: ſed ante q̃ mundus īciperet: ſola dei ſimplex eternitas fuit: que cuꝫ ſit extra omne genus tẽporis: nõ eſt eius ad tempus proportio querenda: nec inſtitutio mũdi inquirenda eſt ex ordinatione naturali: vt ſupra dictum fuit: ſed ſoluꝫ ex ordinatione diuine ſapientie.

¶ Textus.

¶ Omnino enim exiſtimare principium hoc eſſe ſufficiens quod ſemper aut eſt ſic ⁊c.

¶ Qõ tertia.

**Tertio aliquis** Poſſet dubitare vtruꝫ q̃dam ſempiterna ſint habentia cauſam aliam a ſe ſue entitatis: videtur enim ꝙ non quia eſſe ſempiternum eſt neceſſariuꝫ. Nihil autem ꝙ ab alio accipit ſuam entitatem diuerſum ab ipſo exiſtens in natura eſt neceſſarium: ſed poſſibile quia quantuꝫ eſt de ſe nõ eſt: eſſe tamen poteſt: ex influentia alteriꝰ: vnde omne tale ſe habet ad eſſe ⁊ non eſſe ⁊ per conſequens impoſſibile non neceſſarium: igitur nullum ſempiternum habet cauſam ſue entitatis.

**Ad iſtam qõnem** Dicẽdũ eſt ꝙ nihil ꝓhibet: imo neceſſario cogimur concedere aliqua ſempiterna cãm habere

hre ſue entitatis. Nã corpora celeſtia: que ſempiterna ſunt: neceſſario ſue entitatis cauſam habent: cuius declaratio eſt: qa ꝙ non hꝫ ſue entitatis cauſam: eſt eſſentialiter per ſe ipſum. Quod autem tale eſt ad ſeipſum conuerſiuum eſt: vt in fine huius octaui oſtendetur domino concedente. Quia igitur corpus nullum ad ſeipſum conuerſiuum eſt: relinquitur ꝙ nullum corpus ſit eſſentialiter per ſe ipſum: habent itaqꝫ neceſſario alia corpora: tam ſempiterna ꝙ̃ non ſempiterna cauſam ſue entitatis.

**Patet etiam hoc** Idem: ⁊ per rationẽ quã h intendit phyloſophus adducere. Eſt enim eadẽ diſpoſitio rei in veritate: ⁊ in entitate: ſicut in ſecundo metha. declarari habet. Sunt autem quedam ſemper vera que tamen ſ[u]e veritatis cauſam habent ſicut patet per exemplũ poſitum in littera. Eodem modo erunt ⁊ quedam entia ſemper: habentia tamen cauſam ſue entitatis. ¶ Ad argumentum itaqꝫ dicendũ eſt ꝙ entia ſempiterna creata dicuntur poſſibilia propter potentiam actiuam creantis: ⁊ non propter potentiam aliquã paſſiuã quã i ſe habeant inclinantem ipſa ad corruptionẽ. Et propter ablationem talis potentie paſſiue ipſa dicũtur neceſſaria: ita tamen ꝙ ab alio habent entitatem ⁊ veritatem ſuam dependentem.

¶ Textus.

¶ Contraria aũt his non difficile eſt ſoluere ⁊c.

¶ Lectio quarta. ¶ Nõ prima

**Hic poſſet** Aliqs dubitare verũ homo ſpecialiter hic intelligatur eẽ minor mũdus vel vniuerſaliter quodlibet aĩal perfectũ: videtur enĩ h intelligẽdũ vl̃r de animali. Nã phyloſophus primo premittit ſimpliciter de animali: ſi autẽ i animali hoc poſſibile eſt fieri ⁊c. ⁊ poſtea ſtatĩ adiũgit Si namqꝫ in paruo mũdo ſit ⁊ in magno: vnde nam videtur determinatum animal: ſed animal ſimpliciter paruum mundum appellare.

**Ad iſtam qõnem** Dicunt quidã ꝙ homo ⁊ quodammodo omne animal perfectum dicitur minor mũdus propter duo. Primo quidem quia oẽ tale animal mouetur localiter ex ſe: ſicut celum continens mundũ ⁊ vniuerſum eſt quodãmodo animatum ⁊ mouetur ex ſe. ¶ Sed iſta ratio vilis eſt. Nam celum qđ mouet̃ ex ſe non eſt mundus: ſed pars mundi. Nunc autem queritur aſſimilatio non ad partem mundi: ſed ad ipſum mundum. Itẽ ex ratione illa vt apparet magis directe concluditur: ꝙ animal ſit paruum celum quã ꝙ ſit minor mundus.

**Secundo autem** Ut dicunt: aĩal mundus dicitur quia ſicut in maiori mundo eſt deuenire ad motorẽ immobilem: ſic etiam ⁊ in motu aĩalis. Nam corpus aĩalis mouet̃ ab aĩa: per appetitũ: appetit⁹ aũt mouet̃ ab appetibili. Appetibile vero cũ moueat ſub rõne finis mouet nõ motũ. Sed neqꝫ iſta rõ vſqꝫquaqꝫ eſt perfecta Nã oẽs motus qui ſunt in mundo reducunt̃ ad motũ primũ: qui fit a motore immobili: ⁊ per pñs oẽs mot⁹ qui in mundo ſunt dici poſſunt vel imediate vel mediate puenire a motore primo: vnde ⁊ dicit̃ idcirco ꝙ immobilis manẽs dat cũcta moueri. Motus aũt oẽs q ſunt in anima nõ poſſunt dici puenire ab appetibili ꝙ mouet nõ motũ: lꝫ ab ipſo pueniat localis motus.

**Melius itaqꝫ** Forte dicet̃ ſi dicam⁹ ꝙ mũdus habet in ſe aliquid principale: ex quo prouenit influentia in reliqua ſicut eſt etiã celum ꝙ influit in alia bonitates ſuas q̃s recipit a prima cauſa. Sic etiam ſuo modo animal perfectum habet aliquid principale: vt cor: ꝙ ſingulis partibus influit ab anima viuificatũ: propter hoc ita ꝙ poteſt contingere: vt animal dicatur minor mũdus.

**Sed attendendũ** Eſt ꝙ propter ſpãlem rõnem ipſe homo minor mundus dici poteſt: videmus enim ꝙ maior mũdus regitur ab vno deo: qui totus eſt in toto mundo: ⁊ totus in qualibet parte mundi. Sic etiam homo regit̃ ⁊ regi natus eſt: in quo eſt imago deitatis ⁊ que tota eſt in toto corpore hominis: ⁊ tota in qualibꝫ parte eius: vnde optime ſecundum hoc: ipſe homo minor mundus dicitur.

¶ Textus.

¶ Maxie aũt vtiqꝫ videbit̃ tertiũ hre dubitationẽ ⁊c.

¶ Nõ ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliquis dubitare vtrum motus qui ſunt a celo continente moueant intellectum ⁊ voluntatẽ noſtram: videtur enim ꝙ ſic: quia mouentibus nobis: mouentur omnia que ſunt in nobis: vt ipſe Ariſtote. alibi dicit. Cum ergo intellectus ⁊ voluntas ſint in nobis: ⁊ nos moueamur a motib⁹ qui ſunt a continente: videtur ꝙ ab eis etiam moueantur intellectus ⁊ voluntas.

**Ad iſtius qõnis** Euidentiam precõſiderãdum eſt ꝙ cũ celum ſit corpus: directe non poteſt habere influentiam ⁊ mutare niſi corpora. Nam incorporeum ad ſeipſum conuerſum eſt: ⁊ quia eſt altius ſingulis corporib⁹ poteſt quidem rectiuum ⁊ motiuum eſſe corporũ. Nõ poteſt autem regi a corporibus ⁊ moueri. Regũtur enĩ ⁊ patiuntur inferiora a ſuperioribus: non autem ſuperiora ab inferioribus. Celum ergo ꝙ eſt corpus non poteſt directe imutare niſi corpora. Ex conſequenti autẽ neceſſario etiam ĩmutat: niſi detur impedimentũ: quicquid eſt corporibus affixum. Et quia quedã vires aĩe organice ſunt: ⁊ corporibus affixe: ſequitur ꝙ licet celũ ipſas directe non immutet: ſublato tamen impedimẽto ne hoc modo vel illo immutentur corpora immutatis corporibus: quibus ſunt affixe: ex conſequenti imutat de neceſſitate eas. Intellectus autẽ ⁊ voluntas: qꝛ non affigunt̃ alicui organo corporeo libere ſunt ab hac neceſſitate: Nam directe quidem non immutant̃ a cõtinente celo: propter ſuã incorporeitatem: non imutantur ẽt neceſſario ex cõſequenti imutato corpore: eo ꝙ nõ affiguntur corpori: verũ eſt tamen ꝙ intellectus ⁊ voluntas aliquando ſecuntur quaſdam harũ motionum ſicut contingit cum propter paſſionem factam in corpore ⁊ mutationẽ in appetitu ſenſitiuo: aliquis per rationem eligit aliquid ſequi vel fugere. Non tamen neceſſario has motiones intellectus ſequitur: vt dictum eſt quinimmo contingere poteſt vt corpore celeſti imutãte corpus hominis ⁊ trahente in aliquid eius appetitum ſenſitiuum: hõ per rationem trahatur ad faciendum ⁊ faciat oppoſitũ: ⁊ pro tanto dicit ptholemeus ꝙ vir ſapiens dominabitur aſtris.

**Ad argumentum** Itaqꝫ dicendũ eſt ꝙ verbum illud de motu locali intelligit. Nã motis nobis localiter mouentur ſecũdario localiter omnia que ſunt in nobis: non autem nobis calefactis caleſiunt ſecundario ⁊ ex conſequenti omnia que in nobis ſunt.

¶ Textus.

¶ Principium autē conſiderationis eſt ꝙ quidē ⁊ dicte dubitationis ⁊c.

¶ Lectio quinta. ¶ Q̄ō prima.

Hic poſſz Aliquis dubitare vtrū verum ſit ꝙ dubitās de motu: dubitet de toto ente: videtur enim ꝙ non: quia ad ambiguitatem de aliquo ſequitur ābiguitas de omni ente quando ad omne ens illud ſe extendit. Motus autem non ſe extēdit ad totum ens: igitur non verum eſt ꝙ ambiguitas de motu ambiguitatē de toto ente faciat.

Ad iſtam q̄ōnem Eſt dicendū: ꝙ omne ens aut eſt ſubſtantia aut accidens. Qui autem dubitat vniuerſaliter de ſubſtantia: neceſſario eſt ꝙ ipſum vniuerſaliter ſequatur ambiguitas de accidente: eo ꝙ cognitio accidentium dependet a cognitione ſubiectorum. Subſtantia autem ōis aut eſt mobilis aut eſt immobilis. Et q dubitat de motu dubitat de ſubiectis mobilib⁹: q̄rū paſſio eſt motus: ſubſtantia autem immobilis motiua eſt mobilium ſubſtantiarum. Et per cōſequens ambiguitats de motu inducit ambiguitatē de īmobilibus ſubſtantiis: quarum actio eſt motus: ad ambiguitatem itaq; de motu ſequitur dubitatio de tota ſubſtantia: ⁊ per conſequens de accidente: ⁊ vlterius de toto ente: propter reſpectum quem motus habet ad prima entia: a quibus reliqua depēdent: ⁊ nō quia motus formaliter omnibus conueniat: vnde patet reſponſio ad argumentum.

¶ Q̄ō ſecunda

Secundo poſſet Aliq̄s dubitare quia non videtur verum ꝙ motu vtantur omnes ſcientie: quia motus proprius eſt ph̄ie naturalis: vna autem ſcientia nō vtitur eo ꝙ proprium eſt alterius.

Ad iſtam q̄ōnem Dicendū eſt ꝙ motum large ſumendo omnes ſcientie ⁊ artes vtuntur motu. Nā ſcientie naturales omnes vtuntur motu rationis. Practice etiam artes ſuū finē: q eſt opus vel ipſum operatū non conſecuntur ſine motu: ſimiliter etiā ⁊ motu vtuntur ⁊ ſcientie ſpeculatiue: phyſica quidem conſiderādo naturam motus ⁊ mobilium. Mathematica vero vtitur motu ymaginato. Sic enim dicunt mathematici ꝙ punctus motus facit lineam. Methaphyſicus autē conſiderationem facit de primis entiū principiis: quorum quedam actio eſt motus. Patet igitur ꝙ omnes ſcientie vtūtur motu: et per conſequens qui tollit oēm motum aufert id quo omnes ſcientie vtuntur.

Ad argumentum Autem dicendū eſt ꝙ eo modo quo aliquid vni ſcientie appropriatur: nō vtunt̄ ipſo alie ſcientie: bñ tamē vti poſſunt ipſo mō alio nō appropriato ⁊ ſic eſt in propoſito. Motus enim pro tanto appropriatur phyloſophie naturali: ⁊ maxime mot⁹ phyſic⁹: quia ipſa ſola cōſiderat ⁊ determinat de natura motus: ⁊ mobiliū: ꝙ alie ſcientie non faciunt: licet ipſo aliquo modo vtantur.

¶ Q̄ō tertia.

Tertio poſſet Aliquis dubitare quia dato ꝙ dicens: que quieſcunt ſemper quieſcere: tollat omnem generationē ⁊ corruptionē: non tamen propterea videtur ꝙ tollat omnem motum: quia in motu circulari non intercidit aliqua quies.

Queratur autem primo de ħ ꝙ videtur ħ velle aliquid
moueri a ſeipſo primo: ꝙ videtur eſſe falſum: cū. ſ. ſit de
monſtratū ꝙ nihil ſeipſum mouere poteſt primo.

**Ad iſtam q̄ōnem** Eſt dicendum ꝙ
aliter ſumitur ħ
mouens ſeipſum primo ⁊ aliter ſumebat̄ ſupra: nā hic
id dr̄ mouēs ſeipſū ꝑmo i quo primo reſeruatur rō mo
uentis ſeipſum propter partes ſuas. Si eni accipiamꝰ
ꝙ hō moueat manū: manus baculū: baculus lapideꝫ
ħ totū aggregatuꝫ ꝙ eſt hō manꝰ baculus lapis: nō di
cetur mouere ſeipſum primo: quia non primo in ħ toto
aggregato reſeruatur ratio mouentis ſeipſum: quia ſi
tollatur lapis adħ in illo aggregato remanebit ħ ꝙ eſt
ſeipſum mouens per ſuas partes. Similiter etiaꝫ ſi re
moueatur baculus idem remanebit. Si etiaꝫ remoueа
tur manus adhuc remanebit hō ſeipſum mouens per
partes ſuas. Et ſemper partem a toto ſegregando nun
quā illud totum habet rationeꝫ mouentis ſe primo per
ptes ſuas: a quo ſi pars aliqua tollatur remanere po/
teſt ſeipſum mouens. Sed ſi tanta deciſio facta ſit ꝙ vl/
terius aliud non valeat auferri: quin ſtatim tollatur ꝙ
eſt ſeipſum mouere: ſtabit in hoc vltimo in via reſolutio
nis: ⁊ primo i via conſtitutionis ratio mouētis ſeipſuꝫ
per partes ſuas; patet igitur quomodo ħ ſumitur mo/
uens ſeipſuꝫ primo: quia: vt declaratum eſt: hoc eſt idē
ꝙ mouens in quo primo ſtat ratio mouentis ſeipſum
per partes ſuas: ſupra autem dicebatur ꝙ nihil poteſt
mouere ſeipſum primo: ita ſcilicet ꝙ ſe non moueat per
partes: quarum vna primo habeat rōneꝫ mouentis: ⁊
alia habeat rationem moti: ſed moueat ſe per totuꝫ: ita
ꝙ totum ſit ratio quare moueat: ⁊ totum ſit ratio qua/
re moueatur: vnde patet ꝙ non contradicunt que ħ di/
cuntur his que ſupra dicta ſunt.

¶ Textus.

¶ Aut potentia quidem nihil prohibet vtrūq̄ ⁊c.

¶ Q̄ō ſecunda.

**Secundo hic poſſet**
eſſe dubitatio: q2 videtur ħ velle Ariſtote.
ꝙ in motu ſi ſit dare primum ex parte mo
bilis: ⁊ ex parte mouentis: cum tamen de/
claratum fuerit in ſexto: ꝙ nec ex parte mobilis: nec ex
pte mouētis: ſi ħ fuerit ꝯtinuū i motu ꝯtigit dare ꝑmū.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicit Tho. ꝙ
Ariſt. prius in
ſexto probauit ꝙ in motu non eſt aliquid primum: nec
ex parte mobilis: nec ex parte temporis: nec ex parte rei
in qua eſt motus: precipue in augmento ⁊ motu locali
⁊ ħ ideo: quia tunc loquebatur de motu in communi: ⁊
de mobili ſecūdū ꝙ eſt quoddā continuuꝫ: nondum ap
plicando ad determinatas naturas: ⁊ ſecūdū ħ ſeque/
batur ꝙ non eſſet aliquid primo motum: ⁊ per conſe/
quens: nec aliquid primo mouens: ſi mouens ſit conti/
nuum: ⁊ ita etiam non eſſet aliquid primo mouens ſe/
ipſum. Sed nunc iam Ariſto. loquitur de motu appli/
cando ipſuꝫ ad determinatas naturas: ⁊ ideo ponit ali
quid eſſe primo mouens ſeipſum: ⁊ ſoluit dubitationē
ſic ꝙ nihil prohibet tale continuuꝫ eſſe diuiſibile in po
tentia: in actu autem non ſemper: ſicut corpus celi. Et
ſi contingat ꝙ aliquod continuum diuidatur ꝙ dice/
batur primo motū: vel primo mouens ſeipſum non re/
tinebit iā eandeꝫ potentiam: vt moueat vel moueatur
quia hec potentia ſequitur aliquaꝫ formaꝫ: forma autē
requirit quantitatem determinataꝫ: ⁊ ideo ſi diuidat̄
non retinebit inde eandeꝫ potentiam; ſicut patet in cor
de: ecce ſolutio Tho. in ſuis verbis recitata eſt. ¶ Sūt
aūt qui dicūt hāc ſolutionē nō eē ꝯuenientē: q2 q̄tūcūq̄
applicet̄ motꝰ ad mām ſpecialē: non erit ibi dare ꝑmo
mutatū eſſe. Et ideo ſꝫ iſtos dōm: ꝙ lꝫ diuiſio ex parte
quātitatis ⁊ māe vadat in infinitū: q2 cōtinuū ſm ꝙ
huius eſt in infinitū diuiſibile: ex parte tn̄ forme diui
ſio in infinitū nō vadit: ſed eſt dare minimā carnē ⁊ mi
nimā aquaꝫ. Cū ergo moueri cōpetat rei ex parte māe
ꝓncipij paſſiui: mouere aūt cōpetat ei ex parte forme ⁊
ꝓncipij actiui: ſi applicādo motū ad materiā ſpēalē va
dat in īfinitū diuiſio ex parte moti: nō tn̄ vadit diuiſio
in infinitū ex parte mouētis. ¶ Sed ſi bn̄ intueamur
que iſti dicūt ſatis de facili apparet ꝙ ipſa nō ſunt ali
cuiꝰ momēti. Si eni ex pte māe ipſa diuiſio in infinitū
vadit: nō āt ex pte forme: ponamꝰ ꝙ mā ſtās ſub certa
forma; vtpura ſub for̄a carnis: diuidat̄ in tātū ꝙ ꝑdat
talē formā ⁊ accipiat aliā: vtpura formā elalēꝫ: ſicut for
mā terre: vtteriꝰ ēt ſi diuidat̄ i tm̄ ꝙ ꝑdat formā terre: ⁊
accipiat formā alteriꝰ elemēti: aut ſic ꝓcedēdo erit ſtatꝰ
in diuiſionibus; aut nō erit ſtatꝰ. Si erit ſtatus dabit̄
tūc materia naturalis in taꝫ parua quātitate: ꝙ nō po
terit nālīter iquātū nālis: dari in minori. Si aūt non
erit ſtatus: ſed erit ꝓcedere in infinitū: accipiēdo vnaꝫ
formā poſt aliaꝫ: oportebit formas nāles eſſe infinitas
ꝙ eſt impoſſibile. Nō. n. pōt dari ꝙ fiat reditꝰ ad formā

prias

prius perditam: attamen ꝙ materia remaneat in illa paruo quātitate: quia per diuisionē itur ad simplicius ad minus scdm̄ quantitatē dimensiuā. Sed si fieret reditus per diuisionē ad formā prius perditā: procederet tunc ad aliquid densius scdm̄ quantitatē: ꝙ est inconueniens. Deuento itaq; ad formā vltimā: ⁊ mā ipsius diuisa vsq; ad minima: nō poterit per diuisionē alterius istoꝝ minimoꝝ reditus fieri: ita ad formā prius perditā: ꝙ istud parū sine cōiunctione ad quantitatē aliā ipsa possit iformare. Est itaq; scdm̄ hoc dare minimū per diuisionē: ⁊ ex pte materie sumpte scdm̄ ꝙ nālis est ⁊ nāle esse habens: vnde pꝫ ꝙ istoꝝ distinctio nō valet.

**Et preterea** Tho. dixit ꝙ facta applicatione ad determinatā nām datur primū: ⁊ ex parte cōtinui mouentis: ⁊ ex parte mobilis: ſm motum scilicet sibi debitū in nā illa: vnde ⁊ ponit exemplū de corde: in quo ꝑ diuisionē ad hoc deuenit: vt nō moueat nec etiam moueat motu cordis: ⁊ non solū in corde: sed etiā in alijs apparet istud idē. Diuisio eni terre tendentis simplr deorsū ad hoc perducit si fiat vltra minima: vt perdita forma terre generetur aliud ꝙ non sit simplr graue: qz tunc esset terra nec per ꝯñs fit motū simplr deorsum motu nāli: ⁊ sic hoc in oībus apparet. Naꝫ ipsa applicatio ad determinatā formā: vnde si ex forma non procedit diuisio i infinitum: necessariū tunc est ꝙ non procedat etiā in infinitum ex pte materie: stantis sub nā aliqua creata ⁊ determinata. Et ꝙ doctor noster ita intellexerit: patet tā ex eo ꝙ ponit exēpla de naturis aliquibus determinatis: ꝙ̄ etiā ex eo ꝙ ad hoc induxit probationē sumptā ex conditionibus formarū naturaliū. Manifestū est igitur: ꝙ oīquaq; deficit istoꝝ iprobatio ⁊ solutio.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem oportet semper motum esse ⁊ non deficere ⁊c.

¶ Lectio. xj. ¶ Qō prima.

**Hic forte** Aliquis posset dubitare vtrum possimus dicere ꝙ oīa generabilia sint causa oīs ⁊ totius sempiterne generationis: videtur enim ꝙ sic: quia sicut se habet vnū generans generabile ad vnā generationē: ita se habēt oīa gnāntia generabilia ad omnē generationē: sed vnū generans generabile: est cā vnius gnātionis: igit ⁊ oīa gnāntia generabilia erunt causa totius sempiterne generationis nec per consequens vltra ipsa oportebit aliam causā querere huius sempiterne mutationis.

**Ad istam qōnem** Est dicendum ꝙ illa ꝓpositio qua dicitur: omnia generantia generabilia esse causā omnis generationis: duplicē habere potest intellectū vnum quidem diuisū ⁊ aliū cōiunctū: diuisū siquidem intellectum habere potest referendo singula generantia generabilia ad singulas generationes: vt vꝫ dicamus: idcirco omnia generantia generabilia causam esse omnis generationis: quia dicēdo hoc generans generabile est causa huius generationis: ⁊ aliō alterius ꝯtingit vt discurrēdo per singulas generationes: nulla generatio pretermittatur: cuius causa assignari nō possit aliquod generans generabile. Coniunctū autē habere potest si non referantur disiunctim singule generationes ad singula generantia: sed coniunctim omnes generationes ad omnia generantia generabilia. Et siquidem questio intelligatur hoc secundo modo patet statim solutio ipsius. Nam si omnes generationes proueniunt coniunctim ab omnibus generantibus generalibus: cum intra generationes omnes claudatur generatio cuiuslibet etiam generantis generabilis: sequetur ꝙ supra suas etiam generationes ipsa generantia generabilia causalitatem habeant: ꝙ est impossibile: quia nihil potest eē causa effectiua sue generationis. Unde hoc modo intelligendo questionem: dicendū ꝙ non possunt omnia generantia gnābilia esse oīs generationis causa. Si autem intelligatur primo modo dicendum est ꝙ possunt. Potest eni contingere ꝙ cuiuslibet determinate gnātionis sit cā aliqō generans gnābile: nec tn̄ propter hoc tollit demōstratio phylosophi. Nā sic ponendo habemus quidem causā huius gnātionis vel illius: nō tn̄ habemus cā simplr gnātionis ⁊ scdm̄ se. Nō eni cā est generationis simplr scdm̄ se cā est omnis gnātionis. Nihil aūt per positionē illā dat ꝙ sit oīs generatiōis cā: quā tn̄ cā necessariū est ponere. Effectus enim vnius rationis habet rationem vnius effectus: ⁊ vnum effectū oportet in vnā causam reducere: singularem quidē effectum in causam singularem ⁊ vniuersalem in causam cōem: generatio autem simpliciter dicta vnius est rōnis: vnde necessarium est ꝙ gnātio simplr ⁊ scdm̄ se: ⁊ nō tantū ſꝫ rōnē huius vel illius gnātionis in vnā cā reducat: que sit causa oīs gnātionis: ⁊ sine qua nō possit esse vlla generatio. Nā causa generatiōis simpliciter dicte se habet ad causā propriā huius determinate generationis: sicut causa principalis ad causam instrumentalem.

**Ad argumentum** Autem iam pꝫ responsio. Nā sicut se habet vnū generans particulare: ad vnā generationē: sic se possunt habere oīa particularia generantia ad omnem generationē secundū diuisū: non aūt ſm coniunctum intellectum: sicut exposuimus.

¶ Textus.

¶ Unum autem magis quā multa: ⁊ finita ꝙ̄ ifinita oportet existimare ⁊c.

¶ Qō secunda.

**Secundo posset** Aliqs dubitare vtrum melius sit esse vnū tantū primū mouens ꝙ̄ plura: videtur enim ꝙ nō. Nam primum mouens mouet sicut summū determinatū bonū. Melius est aūt esse multa bona ꝙ̄ tantū vnū: ⁊ per ꝯsequens longe melius esse videtur ꝙ sint multa sūma bona ꝙ̄ vnum solum.

**Ad istam qōnem** Est dicendū ꝙ melius simpliciter est esse vnū sūmū bonum ꝙ̄ esse multa sūma bona. Naꝫ ponere ꝙ sint multa sūma bona est ponere ꝙ nullū sūmū bonū sit. Melius ē autē esse aliquod sūmū bonum: ꝙ̄ nullum sūmū bonū esse. Igitur melius est esse tantū vnū sūmum bonū ꝙ̄ esse multa sūma bona. Quod autē ponendo sūma bona multa sequatur nullum eē sūmum bonum de facili apparet. Nam oē summū bonum omni sūme bono eiusdē rationis est: sicut etiam omne summe calidum omni summe calido eiusdē rationis est: vna est enim ratio summe calidi. Una ratio sūme boni: cōtinens tamen exēplarē rōnē eiuꝫ bonoꝝ. Que autē multa in ipo sunt: ⁊ recipiunt predicationē alicuius vnius: secundū penitus idem nomē penitusq; eandē rōnem: particularia sunt sub vna eadem specie ⁊ eodem genere cōtenta. Nullū autem particulare ens est nisi particulare bonū. Nullū vero particulare bonū esse potest sūmū bonum. Nam sūme bonum ⁊ est contentiuum oīs boni: ⁊ est positum extra oē genus. Nullum itaq; simplr sūmū bonum ponitur cū

ponunt̃ ſimplr multa ſūma bona: q̃to itaq; melius eſt ſūmū bonū ponere ꝙ eſt cauſa oīs boni: ꝙ ſimplr ſūme bonum tollere: tanto melius eſt dicere ꝙ ſit vnum tantum ſimplr ſūmum bonum: ꝙ̃ dicere ꝙ ſint ſimpliciter multa ſumma bona.

**Ad argumentum** Ergo factū in contrariuz dicendū eſt: ꝙ melius eſt eſſe multa bona ſicut cē poſſunt ꝙ̃ eſſe tantū vnuz: ſed ſicut declarauimus: non poſſunt poni ſūma bona multa: quia ſtatim tollerent rationez ſumme bonitatis.

¶ Textus.

¶ Et iterum cōſiderans principia mouentium ⁊c.

¶ Lectio .xij. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** Aliqs dubitare de hoc ꝙ Ariſt. ait ꝙ ſi aliquid eſt imobilium quidem: mouentiuz autez ⁊ ipſorū que ſcðm accidens mouent̃ impoſſibile eſt cōtinuū motū mouere: videtur eni hoc eſſe falſuz: quia motor mobili cōiunctus in eſſendo: neceſſario mouetur per accidens ad motuz ſui mobilis: anima autem coniuncta eſt in eſſendo ei ꝙ viuificat. Si ergo aīa orbiū celeſtiū ipſos viuificat: ⁊ aīa ſic imponitur Ari. erit neceſſario coniuncta cis in eſſendo: ⁊ per pñs mouebit̃ ad motū ſui mobilis. Et tamen hoc nō obſtante inuenitur motum continuuz mouere.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicendum ꝙ ſecundum rei veritatem ſi corpora celeſtia dicerentur ita animata ꝙ eſſent non tantum mota: ſed etiā iformata proprijs motoribus: qui dicūtur aīe celoꝝ: oporteret neceſſario concedere ꝙ ipſoꝝ motores proprij per accidens mouerentur. Eſt enim omnino impoſſibile aliqua duo eſſe coniuncta in eſſendo: ⁊ tamen vnum ipſoruz localiter moueri altero mouente nullo modo moto: tā videlicet per ſe ꝙ̃ etiam per accidens. Stante ergo poſitione qua ponuntur corpora celeſtia ita aīata ꝙ ipſorū motores eis ſint coniuncti in eſſendo: aut impoſſibile erit verificari ꝙ hic dicit Ariſt. aut oportebit ponere ꝙ tales motores mouere non poſſint motū ſempiternuz continuum. Simplr eniz ſic ait Ariſto. ꝙ ſi aliquid eſt imobiliū quidem mouentiū aut etiā ipſorū que ſecundum accidens mouentur: impoſſibile ē cōtinuū motū mouere. Ut ergo iſta omnia ſaluem⁹ cogimur dicere ꝙ aut Ariſto. voluit intelligere corpora celeſtia ita animata ꝙ eſſent a ſuis motoribus ad actum viuendi informata: aut ſi hoc noluit itellixit forte ſicut nos expoſuimus cōment. in queſtione de aīatione celoꝝ: quem tamen moduz non reperimus ad preſens: vnde ⁊ Tho. hic dicit: ratio eorum que hic a philoſopho dicūtur eſt: quia anime animalium conſtituuntur in ſuo eſſe per vnionem ad corpora. Sed motores ſuperiorum orbium nō conſtituuntur in ſuo eſſe ex vnione ad ſua corpora.

¶ Textus.

¶ Non eſt autem idem moueri ſecunduz accidens a ſe ipſo ⁊ ab altero ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliqs dubitare: quia cuz Ariſt. prius dixerit motores qui per accidens mouētur nō mouere motū continuū: dixit poſtea motores ſecundorū orbium: qui continuū motū mouēt: per accidens moueri: vnde videtur ſibi contradicere.

**Ad iſtam qōnem** Satis ſufficienter ꝑ dicta Tho. reſponſio habetur. Nā moueri per accidens poteſt alicui attribui dupliciter: vno quidē modo ratiōe ſui: ita ſcilicet ꝙ in ipſo fiat per accidens: ſiue ſecūdario: ⁊ ex conſequenti mot⁹: ſicut in aīabus aīaliū ꝯtingit. Nā cuz mouentur localiter corpora aīalium mouentur ſtatim ſecundario ⁊ ex conſequēti ipſemet anime ipſorum de vno loco ad alium tranſlate: ⁊ ꝙ ſic ſecunduz ſe ⁊ ratione ſui per accidens mouetur dixit prius Ariſto. non poſſet motum continuū mouere. Alio autē modo moueri per accidens attribuitur alicui: non ſecundum ſeipſuz: ſiue ratione ſui: ſed ratione eius ꝙ eſt aliqd ipſius aut ſicut pars aut ſicut organū: queadmodū ſi artifice tenente inſtrumentū fieret motus in inſtrumēto nullo motu facto in artifice: diceremus tunc artificem moueri per accidens: non ratione ſui: q2. ſ. fieret in ipſo vllus motus: ſed ſolū ratione iſtrumenti: ꝙ aliquid ipſius eſt: ⁊ hoc ſecūdo modo motoribus orbiuz ſecundorū attribuitur per accidens moueri. Non enim dicuntur moueri per accidens: quia ſecūdario ⁊ ex pñti in ipſis fiat motus: ſed quia motus quidā fit ex pñti ⁊ ſecundario in ipſis ſuis orbibus: qui ſunt quedā inſtrumēta ⁊ organa ipſoꝝ. Mouentur eniz tales orbes pluribus motib⁹: vno quidē pp ſe: alio ꝓpter motū ſupioris mobilis. Et hic motus talibus orbibus dr̃ deberi ſecundario ⁊ ex pñti: hanc itaq; diſtinctionē voluit Ariſto. ponere cuz dixit: nō eſt aūt idē moueri ſcðm accidens a ſe ipſo ⁊ ab altero. Et ꝙ mouetur quidez: ſeu dicatur moueri per accidens ab altero: ſiue propter alterum: nihil prohibet motuz continuū mouere.

¶ Textus.

¶ Hoc autem eſt manifeſtum quidem: ex eo ꝙ non eſt poſſibile ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Tertio quia** Videtur Ariſt. hic velle ꝙ mot⁹ ad formā non poſſit imediate ꝓuenire ab imobili motore: queratur verū habeat veritatē: videt̃ enim ꝙ nō: q2 quicqd poteſt agens inferius poteſt ſupius. Mouens aūt imobile eſt altius agens ꝙ̃ agens mobile. Cū igit̃ a mouente mobili poſſit mot⁹ ad formā imediate ꝓuenire: vr̃ ꝙ etiā imediate prouenire poſſit ab imobili mouente.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicendū ꝙ aliter loquēdū eſt de motore imobili primo: qui eſt cauſa oiuz: ⁊ aliter de motoribus imobilibus ſecundis: qui ſunt ipſe intelligentie create. Nam ſi de his ſecundis motoribus loquemur: ſimplr dōm eſt ꝙ lz mā eis obediat ad nutū q̄tū ad motū localē: non tñ eis obedit q̄tū ad motū ad formā: huius autē rō eſt quia talia mouentia imobilia ſunt mouentia ⁊ agentia intellectiua: agens autem intellectuale agit ⁊ mouet per formam intellectaz: forma enim naturalis eſt ratio agendi ⁊ mouendi agenti naturali: ⁊ forma per intellectum apprehēſa eſt ratio agēdi ⁊ mouendi agenti intellectuali: forma autē apprehēſa que eſt in intelligētijs ſecundis intētio ⁊ notio rei eſt ⁊ non res ipſa. Quia igitur non poteſt res rata ⁊ abſoluta immediate ab intentione prouenire: cōcluditur ꝙ intelligentie create per formā apprehenſam: que eſt eis ratio agendi: non poſſunt immediate realem ⁊ abſolutam producere naturam. Per motū autē ad formā ſemper non intentio aut relatio: ſed res aliqua rata ⁊ abſoluta ſuo modo efficitur in ipſo mobili: ꝙ tamen non cōtingit de motu locali: ſicut per ſe patet: hinc itaq; prouenit ꝙ nulla intelligentia creata poteſt immediate mouere materiam ad formaz: quamuis corpus immediate mouere

ſe mouere poſſit ad locū. Sed hec ratio de prima omnium cauſa non poteſt aſſignari: quia forma ab ipſa apprehenſa non eſt intentio: ſed res ſumma: quia eſt ipſa eius eſſentia: que eſt res contentiua omnis rei. Et ideo neceſſarium eſt ꝙ ſibi materia corporalis obediat ad nutum: ⁊ quantum ad motum ad locum: ⁊ quantū ad motum ad formam.

**Quia vero argumētum** factum in contrarium cōcludit de intelligentijs ſecūdis dicendum eſt ad ipſum ꝙ quicquid poteſt facere agens inferius: poteſt etiam ⁊ ſuperius: ſed non eodem modo: quin magis debet hoc facere modo altiori. Sic autem eſt in propoſito: ſed ponamus mouens mobile facere motū ad formā īmediate: ⁊ mouens īmobile hūc motum facere mediante mouente mobili: tanꝙ ſuo inſtrumento: faciet enim tunc talem motum mouens mobile: ſicut inſtrumentum: ⁊ mouens immobile ipſum faciet ſicut agens primum: altior autem modus agendi eſt quo aliquid agit: ſicut principale agens; ꝙ ille quo aliquid dicitur agere ſicut inſtrumentuz.

¶ Textus.

¶ At vero aliud facientibus principiuz magis erit de his manifeſtum ⁊c.

¶ Lectio. xiij. ¶ Qō prima.

**H**ic poſſet dubitare aliquis: quia motus in quantitate videtur eſſe prior motu alterationis: cuius tamen contrarium ponitur in littera. Nā motus prior eſſe videtur: qui eſt ad priorez terminum: ſed nihil in quantitate eſt ad priorem terminum ꝙ motus alterationis: quia terminus illius eſt quātitas: ⁊ terminus iſtius eſt qualitas: quantitas autem eſt prior qualitate igitur ⁊ motus in quantitate eſt prior ipſo motu alterationis.

**Ad iſtam qōnem** Dicunt quidaz ꝙ augmentum poteſt accipi vno modo large: ⁊ ſicut fieri poteſt per ſolam rarefactionem: rarefactio autem primo terminatur ad raritatem que eſt qualitas: ⁊ ex conſequenti ad certam menſuraz quantitatis: vnde hoc modo motus alterationis prior eſt motu qui eſt in quantitate. Alio autez modo augmentuz ſumi poteſt proprie: quomodo non fit ſine alteratione alimenti: ⁊ ſine motu locali. Unde hoc etiam modo talis motus poſterior eſt motu alterationis.

**Sed hec verba** Quamuis diſcurrendo per modos augmēti declarent ꝙ alteratio prior ipſo eſt: non tamen ſoluunt argumentum. Naz adhuc dubiuz eſt quare motus tales non trahant prioritatez a terminis: cuz trahant ſpeciem ab ipſis: vnumquodqꝫ enim ſpeciem propriā ⁊ prioritatem ad alia trahit ab eodem. Dicere autez ꝙ per ſe prius eſt non per ſe: ⁊ ſimpliciter prius eſt compoſito: non eſt ſoluere argumentuz: ſed magis eſt arguere contra cōcluſionē argumenti: ꝙ eſt propriū ſophiſtaꝝ.

**Dicenduz eſt igitur** ꝙ in quantitate ſimpliciter non eſt motus: quia tunc mathematica nō abſtraherēt a motu: ſed motus eſt in quātitate contracta ad eſſe naturale: quia motus eſt paſſio entis naturalis. Quantitas autem ſimpliciter bene quidem eſt prior ipſa qualitate: ſed quātitas tracta ad eſſe naturale nō eſt ſimpliciter prior cūctis qualitatibus: ſed magis eſt aliquo modo poſterior aliquibus. Naz id quo aliquid ad eſſe naturale trahitur: prius eſt eo in quantū huius ꝙ ad tale eſſe tractum eſt per concretionem eius. Quātitas autem ad eſſe naturale trahitur per concretionez qualitatum naturaliuz: vnde patet ꝙ in ratione entis naturalis qualitas eſt prior quantitate: ⁊ quia motus eſt actus entis naturalis: contingit vt motus in quantitate poſterior ſit motu alteratiōis. Patet itaqꝫ reſpōſio ad argumentum. Non enim eſt motus in quantitate ſimpliciter ſumpta quomodo eſt prior ipſa qualitate ſed eſt motus in quantitate per qualitates naturales contracta ad eſſe naturale: quomodo quantitas qualitatem preſupponit.

¶ Textus.

¶ Adhuc tempore prior eſt perpetuū enī contingit ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliqs dubitare: quia non videtur motus localis eſſe prior tempore motu ad formam. Nam eternorum non eſt vnum prius alio ſecundum tempus: ſecundum autem phyloſophiam ipſius Ariſtot. tam motus localis ꝙ etiam motus ad formaz fuit ab eterno Non igitur bene dictuz eſt ſecunduz opinionem ſuam ꝙ motus localis eſt prior tempore alijs mutationibus.

**Ad iſtam qōnem** Dicendū ꝙ eſſe in tempore per ſe cōpetit particularibus non vlibus: ⁊ per conſequēs nec ſpeciebus que vniuerſalia quedam ſunt. Quando ergo queritur de aliquibus: qō ipſoruz ſit prius prioritate temporis debemus reſpicere ad ipſa in particulari ſumpta: quomodo ſunt per ſe in tempore: ⁊ nō ad ipſa ſumpta ī vlī: loquēdo aūt de motu locali: ⁊ de motu ad formā in particulari: patet ſtatim ꝙ motus localis prior eſt motibus ad formam. Naz quamuis ſecundū Ariſto. motus ad formaz vniuerſaliter ſumptus ſemꝑ fuerit ratione ſuorum particularium ſibi ſuccedentiuz non tamen eſt dare aliquem particularem motum ad formam eſſe ſempiternū. Contingit autem dare vnum particularē motū localē ſempiternuz: ſicut motū circularē. Quia igitꝰ ſempiternū prius eſt tēpore ⁊ duratione non ſempiterno: patet ſecundū iſta ꝙ cōuenientꝰ dicitꝰ motꝰ localis eē prior motibus ad formā.

¶ Textus.

¶ Omnino autem videtur ꝙ ſit imperfectum ad principium iens.

¶ Qō tertia.

**Tertio aliquis** Poſſet dubitarꝰ: quia non videtur conuenienter dictum ꝙ motus localis ſit prior alijs motibus: prioritate perfectionis. Nam ille eſt perfectior motus in quo ratio motus perfectiori modo reſeruatur: ſed motꝰ diffinitio magis perfecte reſeruatur in motu ad formā ꝙ in motu locali. Eſt enim motus actus entis in potentia. Magis autez eſt in potentia id ꝙ eſt in potentia ad formā ꝙ id ꝙ eſt in potentia ad vbi: igitur motꝰ ad formā eſt perfectior in rōne motus ꝙ motus localis.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicendum ꝙ motus localis eſt perfectior motibus ad formā. Ad cuius euidētiā attendendū eſt: ꝙ formaliter de ratione motus eſt: ꝙ ſit continuo quoddam ſucceſſiuū: vnde ille motus in quo inuenitur maior ⁊ perfectior continuatio ſucceſſionis perfectior eſt in ratione motus. Sic autem ſe habet motus localis. In nullo enim motu eſt tanta: ⁊ tam

perfecta continuitas: ſicut eſt in motu qui eſt ſecundū locum. Nam ⁊ alios motus neceſſarium eſt interrūpi per deuentuz ad terminos contrarios. Motus autem localis per nihil tale neceſſario inuenitur interrumpi: vnde patet euidenter ꝙ ipſe in formali motus perfectione motus ſingulos tranſcendit.

**Argumentum autē** Factū in cōtrariū patet ſatis ꝙ recte non concludit. Naz ſi ille motus eſt perfectior: cuius ſubiectum eſt magis potentia cum ſubiectum generationis ſit maxime in potentia erit ipſa generatio veriſſime ⁊ perfectiſſime motus: ꝙ eſt inconueniens. Item cum ens in potentia ſit ens imperfectū Motus q̄to magis hʒ ſubiectuz in potentia: tanto in ipſo maiorem imperfectionem ponit. Ex hoc autem ꝙ motus in ſuo ſubō ponit maiorez imperfectionem: magis hr̄ ꝙ ſit diminutior q̄ꝫ perfectior. Ad diffinitionem ergo motus ſaluandam: ſufficit ꝙ ſubiectuz ſit aliqualiter in potentia: non tamen ex potentialitate ſubiecti ſumitur huius diffinitionis complementum: ſed magis ſumitur ex continuatione acquiſitionis: ſubintellecta in hac particula ſecundum ꝙ huius. Dicitur eniz motus eſſe actus entis in potentia ſecundum ꝙ huius.

¶ Textus.

¶ Que autem loci mutatio primi ſit nunc monſtrandum eſt ⁊c.

¶ Lectio decimaquarta. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** Aliqs dubitare qa non videtur inconueniens motus contrarios cōtinuari. Si enim in vno ⁊ eodem inſtanti terminetur vnus ⁊ inchoetur alius: ſequetur ꝙ in vno ⁊ eodem inſtanti ſit finis vnius ⁊ principiuz alterius Motus autem tunc dicuntur continuari: quando idē eſt alterius quidem finis ⁊ alterius principiuz: igitur motus contrarios continuari non eſt inconueniens.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicendum ꝙ motus contrarios continuari eſt omnino impoſſibile: cuius declaratio eſt: quia impoſſibile eſt motum habere continuitatem: niſi continuitatez habeat id ꝙ aquiritur per ipſum. Quemadmodum enim interrupta magnitudine interrumpitur motus localis: qui continuitate trahit a continuitate magnitudinis; ſicut etiā interrupto vniuerſaliter eo ꝙ acquiritur per quemcumqꝫ motum neceſſe eſt motuz ipſum interrumpi. Interrupta eni acqſita ponunt interruptas acquiſitiones. Motus autez dicit acquiſitionem rei. Idem etiam ex hoc apparet ꝙ motus: vt expoſuimus in precedentibus: nō habet propriam realitatem aliam preter realitatē eius qd acquiritur per ipſum. Que autem vnius realitatis ſunt neceſſario ſic ſe habent ꝙ vno interpto interrumpitur alteruz. Nūc autem ſic eſt ꝙ per contrarios motus contrarie forme acquiruntur: formas autez contrarias impoſſibile eſt continuari: igitur ⁊ motus contrarios impoſſibile eſt eſſe continuos. ¶ Ad euidentiaz autem maioris ꝓpoſitionis accipiamus duos motus cōtrarios: ſicut dealbationem ⁊ denigrationem. Quia itaqꝫ in cōtinuis finis vnius eſt principiuz alterius: ſi dealbatio continuari debet denigrationi: oportebit finez dealbationis eſſe principiuz denigrationis. Et quia oſtenſuz eſt ꝙ motus non continuantur: niſi continuentur illa que ꝑ ipſos acquirunt: ſed ſi finis dealbationis debet eſſe principium denigrationis: oportet ꝙ finis albedinis qui correſpōdet fini dealbationis eēt principiū nigredinis correſpōdens principio denigrationis: hoc aūt ſatis apparet eſſe impoſſibile. Naz finis albedinis cōreſpōdens fini dealbationis non eſt aliud q̄ ſummus gradus albedinis per ipſam dealbationem acquiſite ſummum autem gradum albedinis: qui non ponit aliud q̄ albedinem intenſam: eſſe principiuz nigredinis quilibet ſane mentis ſtatim iudicabit impoſſibile.

**Ad argumentum** Ergo in contrarium dicēdum eſt: ꝙ non dicuntur ex hoc aliqua cōtinuari ꝙ in eodem habent principiuz ⁊ finem: licet ex hoc dicātur contigua aut conſequenter ſe habentia. Sed dicuntur continuari ex eo ꝙ idem habent principium ⁊ finem: vnde dato ꝙ in eodez inſtanti poſſit eſſe finis vnius cōtrariorum motuum: ⁊ principiuz alterius: non tamen ideo continuari poterūt.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** Aliquiſ dubitare vtrum verū ſit ꝙ ſupponebatur in iſto argumento: videlicet ꝙ in eodem inſtanti: in quo terminatur in aliquo ſubiecto vnus motuum contrariorum: inchoari poſſit in illomet ſubiecto motus reliquus grauis: videtur enim ꝙ ſic: quia licet contraria non poſſint ſimul eſſe in eodem: nihil tamen prohibet ipſa in eodem eſſe ſucceſſiue ita ꝙ in ſubiecto ſtatiz ſine interpoſitione temporis vnum ſit poſt reliquum: quemadmoduz licet albedo ⁊ nigredo eſſe nō poſſint ſimul in eodem: nihil tamē prohibet: quin ſtatiz non intercidente tempore medio: cuz deſinit albedo eſſe in corpe in ipō ſit nigredo: pari itaqꝫ ratione quamuis idem ſimul non poſſit moueri motibus cōtrariis: nihil tamen prohibere poterit: quin ſtatim cum deſinit moueri vno motuuz contrariorꝫ: abſqꝫ vlla interiectione temporis ⁊ quietis: incipiat moueri motu reliquo.

**Ad iſtam qōnem** Modo reſpondēdum eſt tātū q̄tū pertinet ad motus ad formas. Nā de motibus localibus erit locus querendi in ſequenti lectione. De illis ergo motibus qui non ſunt ad vbi: dicendum eſt ad preſens ꝙ impoſſibile eſt duos motus tales contrarios ita ſe habere: vt ſtatim cuz in aliquo ſubiecto terminatur vnus in ipō initietur alius Cuius declaratio eſt: q2 ab alio termino receditur per vnum contrariorum motuū: ad quem acceditur per alterum: ⁊ ibi initiatur receſſus ab aliquo vbi finitur acceſſus ad ipſum. Si ita ꝙ in illo inſtanti in quo finitur vnius motus contrarius: vtpote motus dealbationis: etiā initiatur in vno ⁊ eodez ſubiecto motus alter cōtrarius: vtpote motus denigrationis: oportebit ꝙ in illo eodem inſtanti quo finitur acceſſus ad albedinez: inchoetur receſſus ab albedine: ⁊ in eodem etiam gradu albedinis in quo finit̄ acceſſus oportet inchoari receſſuz: vlterius autez ſic eſt vt declarauimus in ſexto: ꝙ in illo inſtanti in quo initiatur denigratio oportet induci ſimulqꝫ inductuz aliquid eſſe de nigredine. Cuz āt aliquid inductū eſt de nigredine oꝫ neceſſario eē aliqd abiectū de albedīe: gradꝰ etiam in quo finitur dealbatio in illo inſtanti in quo dealbatio finitur: debet eſſe in dealbato corpe. Recolligentes itaqꝫ predicta: ſic arguaz ad propoſitum. In illo inſtanti in quo finitur dealbatio: gradus vltimo inductus eſt in dealbato corpore. In illo etiam inſtanti in quo initiatur denigratio oportet eſſe aliquid inductum de nigredine ⁊ aliquid abiectū de albedine. Sed gradus albedinis abiectus in ꝑncipio denigrationis eſt gradus vltimo ſumptus per dealbationez: quia dictum

ctum eſt ꝙ etiam eodem finitur acceſſus ad terminum ⁊ initiatur receſſus a termino. Si itaqꝫ in eodem inſtanti finitur dealbatio ⁊ initiatur denigratio: finitur acceſſus ad albedineʒ: ⁊ initiatur receſſus ab albedine in eodem inſtanti vnus ⁊ idem gradus albedinis erit inductus in ſubiecto ⁊ abiectus a ſubiecto: ⁊ per conſeques aliqd idẽ in ſubiecto ſimul erit ⁊ non erit. In inſtanti enim in quo aliquid acceptum eſt habetur: ⁊ in inſtanti in quo abiectum eſt non habetur. Si itaqꝫ impoſſibile eſt idem ſimul eſſe ⁊ non eſſe: ſequitur ꝙ impoſſibile ſit: in vno eodemqꝫ ſubiecto initiari denigrationẽ in inſtanti in quo finitur dealbatio. Et eodeʒ modo intelligendum eſt de alijs motibus contrarijs.

**Argumentum itaqꝫ** Factum .n contrarium: ⁊ ſi concludat de contrarijs formis: non tamẽ cõcludit: de ꝯtrarijs motibus: propter rationeʒ: aſſignataʒ. Non enim ſequitur idẽ eſſe ⁊ non eſſe: ſi ponamus ꝙ in illo inſtanti: in quo deſinit vna formarum contrariaruʒ eſſe in ſubiecto: icipiat in ipſo eſſe ⁊ ſit alia: ꝙ tamen ſequitur: ſi hoc ponamus de motibus contrarijs vt expoſuimus.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem contingit quendam eſſe motuʒ infinitum vnum ⁊ continuum ⁊c.

¶ Lectio. xv. ¶ Qõ prima.

**HIc poſſꝫ aliquis du**bitare vtrũ i motib⁹ localib⁹: poſſit fieri reflexio ſine interpne getis: vr̃ eniʒ ꝙ ſi aliqs ꝓiceret ſurſum ſagittam cõtra rotam deſcendentẽ: ⁊ contingeret ipſam anteq̃ quieſceret: ſtatim propter motum rote reflecteretur: ⁊ deſcenderet deorſuʒ anteq̃ quieſceret. Non ergo neceſſariuʒ eſt ꝙ in reflexione qes media intercidatur.

**Ad iſtam qõnem** Dicitur cõmuniter ꝙ duob⁹ modis poteſt aliquid moueri: quia per ſe ⁊ per accidẽs ⁊ ſi per ſe quidem vtroqꝫ motu moueatur mobile: tunc oportet ꝙ ſemꝑ in reflexione ĩterponatur quies media ⁊ de motu ſic ſumpto concludit ratio quelibet phi. Si autem mobile vno motu moueatur per ſe: ⁊ alio per accidens: non oportet tunc intercidere mediam quietem quemadmodum ſi naui per fluuium currente: aliquis ſtans in oppoſita pte flumis proijciat ſagittam motaʒ contra motum nauis: que quidẽ ſagitta infigatur naui: quia non eſt credendum ꝙ ſagitta nauiʒ cõtingens ipſam faciat quieſcere: concedendum eſt ſimpliciter ꝙ ſtatim cum peruenerit ad eã incipiet reflecti ⁊ moueri ſecum contra motum ſuũ primum: abſqꝫ quietis interpoſitiõe. Nam primo motu fuiſſet quideʒ per ſe mota. Secundo autem motu non per ſe moueretur: immo infixa naui per ſe quidẽ ſtaret in eodeʒ loco nauis ⁊ quieſceret: moueretur auteʒ per accidens ad motum nauis cui exiſteret infixa. Et eodem modo eſt intelligendum de alio exemplo. Tenderet eniʒ ſagitta per ſe ſurſuʒ: ſed deorſuʒ per accidens rediret: quia delata a rota cadente: ⁊ fortiori motu mota q̃ eſſet motus proprius ſagitte

**Sed videtur quod** Iſta reſpõſio non ſit penitus ſufficiens Si enim aliquis poneret ꝙ ſagitta rotã fortiſſime percutiens non remaneret propter fortẽ percuſſionem iuxta eam: ſed ab ipſa repelleretur ita fortiſ ꝙ ad minus per aliquantũ ſpatij deſcenderet: ſagitta ante rotam: moueretur tunc per ſe ſagitta etiaʒ hoc ſecundo motu. Et quia hic non videtur quies vlla intercidere: ſequitur ꝙ in talibus motibus per ſe fieret reflexio ſine quiete precedente.

**Sed iſta obiectio** Tollitur de facili: dicemus enim ꝙ ſi ſagitta rotaʒ pertingens deſcendentem: ab ipſa ſic repelleretur: ꝙ propter repulſionem deſcenderet deorſum: non poſſet iſta repulſio fieri ſic ſubito: quin per aliquod tempus quieſceret: quod per ſe contingens rotam deſcenderet non per accidens: quia ad deſcenſum rote cui in illo modico tempore exiſteret coniuncta.

¶ Textus.

¶ Maxime autem manifeſtuʒ eſt ꝙ impoſſibile eſt cõtinuum eſſe ⁊c.

¶ Qõ ſecunda.

**SEcundo poſſet** Aliqs dubitare: quia non videtur ratio phyloſophi cõcludere: nec ẽt iſta que nos diximus oino vera eſſe. Nã id qđ ꝯtinue mouetur in loco vtitur vno medio ſigno loci tanq̃ duobus: quia tanq̃ fine precedentis: ⁊ tanq̃ principio ſequentis: nec tamen propter hoc a ſuo motu aufertur continuitas.

**Et preterea** Supra dixim⁹ ꝙ in motib⁹ ad formam non ſit reflexio ſine quiete media: propter id ꝙ cum initiatur motus ad formam contrariam: abicitur ſtatim aliquid de forma contraria altera a qua inchoatur motus. Sed in motibus localibus hoc non habet locuʒ: quia initiatur motus ad aliquem locum mobilem: ſecundum ſe totum: ⁊ ſecundum omnes partes eſt in loco a quo debet recedere: ita ꝙ pro illo inſtanti de illo loco nihil perdit: videt̃ itaqꝫ ꝙ quantumcunqꝫ in motibus ad formã non poſſit fieri reflexio: niſi quies intercidat: fieri tamen poſſit in motibus localibus.

**Ad iſtius itaqꝫ** Qõnis euidentiam conſiderandum eſt: ꝙ ſignum manens in medio communi alterius rationis eſt ſecundum ꝙ eſt continuatiuum: ⁊ alterius rationis eſt ſecundum ꝙ eſt diuiſiuũ. Nam continuatiuum eſt ſecundum ꝙ eſt vnum: propter id ꝙ continuatio aliqd vnum ponit in quo partes ipſe cõnectuntur. Diuiſiuũ autem eſt ſecundum ꝙ eſt aliquo modo duo: vt expoſuimus in quarto: propter id ꝙ diuiſio facit eſſe aliud finẽ vnius partis a pncipio alterius. Et propter hoc ipſuʒ ꝙ mouetur in loco nunq̃ medio ſigno vtitur actu tãq̃ duobus niſi actu diuidat continuum: ⁊ per conſequens actu interrumpat motum. Sed ſi debet motuʒ ſuũ nõ interrumpere: neceſſariuʒ eſt ꝙ ſigno medio nullo modo actu bis vtatur: ſi non vtatur ipſo tãquam duobus ſed ſolum tanq̃ vno termino continuante. Nunc autẽ ſic eſt ꝙ cũ aliquid localiter mouetur prius vno motu ⁊ poſtea reflectitur ad oppoſitum vno ⁊ eodem ſigno actu bis vtitur: cuius ratio eſt: quia cuilibet motui finito oportet aſſignare actu finem: ⁊ cuilibet inchoato oportet aſſignare actu principium. Cum autem corpus motum ſurſum reflectit̃ ad deorſuʒ: motus ſurſuʒ actualiter finitur: ⁊ motus deorſuʒ actu inchoatur: cũ non eſſet ante. Ergo ⁊ illi actu finem: ⁊ huic actu principium oportet in loco ſurſum aſſignare. Vtitur ergo tunc mobile tali ſigno actu tanq̃ duobus: ⁊ per conſequens ipſo vtitur tanq̃ diuidente continuum: ⁊ interrumpente motum non tanq̃ continuante. Ex hoc aũt poſſemus ſi vellemus ſtatim concludere motum reflexum non eſſe continuum: quia ꝫ rationẽ partium continuatarum eſt ꝙ in medio vna habeat actu finem: ⁊ alia actu pncipiũ: q: actus ſꝫ ſuã rõnẽ diſtinctiu⁹ eſt.

¶ Sed tamen aliquis poſſet dicere: ꝙ licet ex h̄ probeꝛ motꝰ tales nō eſſe continuos: per ꝙ ſoluitur primuz argumentū: non tamen probatur propter hoc ꝙ inter ipſos intercidat quies media. Nam ⁊ in lineis videmus ꝙ quamuis nullum punctum actu ſit in medio: ſed debet eſſe cōtinua: ſi tamē actu fiat ibi aſſignatio finis ⁊ principij: ⁊ in eodem ſitu erunt quidem tunc partes linee non continue: ſed ita contigue: ꝙ inter eas nihil cadet medium: ſimiliter itaqꝫ poſſet quis dicere: ꝙ aſſignando actu finem vni motui: ⁊ actu principium alteri: manebunt motus non continui: ſed ſi illi duo termini actu ſcilicet finis ⁊ actu principiū: ponantur in eodem temporis inſtanti: erūt illi motus ſe ſe conſequentes abſqꝫ vlla quiete intermedia.

**Conſiderādum eſt** Itaqꝫ ſicut ait Tho. ꝙ licet punctum vel ſignum quodcūqꝫ vt eſt vnuz ſubiecto poſſim ſimul itelligere: ſi tū̄ debeo ipſuz ſeorſuz itelligere vt finē: ⁊ ſeorſuz itelligere vt ꝑncipiū: nūqꝫ potero hoc ſimul facere: ſequeretur enim ꝙ plura in ratione qua plura ſimul intelligerē ꝙ eſſe non poteſt Quod ſi intellectus non pōt iſtud facere: neceſſarium tunc eſt ꝙ nec etiam mobile tunc ī eodem iſtanti poſſit idem ſumere ſignum actu: vt plura: ſiue ſeorſum vt actu finem ⁊ ſeorſum vt principium. In alio itaqꝫ inſtanti ipſum ſumet: vt finem precedentis motus: ⁊ in alio inſtanti ipſum accipiet: vt principiuz ſequentis. Et quia inter duo inſtantia cadit tempus mediū: oportebit tunc neceſſario in illo tempore medio ipſum mobile ibi ſtare ⁊ quieſcere: patet igitur ꝙ propter iſtaz rationez motus localis reflexus fieri non poteſt ſine quiete media: quā tumcūqꝫ ratio ſupra aſſignata de motibꝰ ad formam locum non habeat in motibus localibus. Patet itaqꝫ reſponſio ad argumenta.

¶ Qō tertia.

**S Ed tunc tertio** Statiz dubitaret aliquis: quia ſecunduz iſta videtur ꝙ etiam in motibus per accidens non fiat reflexio: ſine quietis interpoſitione: quia quantumcūqꝫ alter motus ſit per accidēs: ex quo tamē prior actu finitur: ⁊ ſcd̄s actu ichoatur: oportet illi aſſignare actu finem: ⁊ huic actu principium. Que duo ſi ponanꝛ in eodem inſtanti: ſequetur ꝙ vno ⁊ eodem ſigno in eodem nūc ipſum mobile bis vtatur: ſemel quidem vt fine ⁊ ſemel vt principio.

**Hic autē dubitatio** Stantibus ſupradictis tollitur de facili. Nam motu quidez vno facto per ſe ⁊ alio per accidens: dicemus ꝙ mobile ſignuz in quo terminat motum ſibi pe ſe debitum accipit quidem per ſe tanqꝫ finez ſui motus: ſed non accipit illud per ſe tanqꝫ principium alterius: quia nec ille motus eſt ſuus: ſed illius mobilis: ꝙ trahit ipſum ſecum: h̄ autem mobile: quia continuum motum facere ſupponitur: nō accipit illud ſignum ſicut actu finem vel ſicut actu principiuz: ſed accipit ipſum ſicut cōtinuans. Sed ſi dicaꝛ ꝙ mobile reflexum ad minus accipit ipſum ſicut actu principiū ſui receſſus: dicemus ſicut diximus ꝙ quia per accidens ſuus receſſus inde tunc initiatur: per accidens tū̄ illud ſignū ſumit actu: vt pricipiuz: ad ꝙ nullum ſequitur impoſſibile: licet enim idez non poſſit vti per ſe eodem bis in eodem inſtanti: nihil tamen prohibet ꝙ in eodem inſtanti eodem bis vtatur: ita tamen ꝙ ſemel vtatur ipſo per ſe: ⁊ ſemel non per ſe ſed per accidens.

¶ Textus.

¶ Sed verū dōm eſt qō quidē diximus in rōnibꝰ ⁊c.

¶ Qō quarta.

**Q Varto autem** Ut ſequētē lectionē claudamus cū iſta: eo ꝙ in ipſa magne nouitates non tanguntur: queratur vtrum verum ſit ꝙ accidūt linee infinita media. Videtur eni ꝙ non: qꝛ ꝙ eſt de ratione alicuius ſibi conuenit per ſe ⁊ non per accidens. Sed infinitum clauditur in ratione ſeu in diffinitione linee: quia linea ſecundum ſuam rationem eſt continua. Continuum vero dicitur eſſe ꝙ eſt in infinituz diuiſibile: ſiue diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

**Ad iſtam qōnem** Eſt dicenduz ꝙ illa dicuntur ꝓprie alicui attribui per ſe: que ſibi attribuuntur ratione forme. Que autem alicui attribuuntur gratia materie dicuntur ſibi attribui per accidens. Nunc autez ſic eſt ꝙ forma continui conſiſtit in ipſa vnitione ⁊ cōnexione partium: ꝙ quidem connexionē quia deſtruit ipſa diuiſio: ſequitur ꝙ diuiſio tanqꝫ priuatio tollat formam continui materiam eius relinquendo. Quia ita ꝙ infinitas non debetur continuo ratione cōnexionis partium: ſed ob rationē ſempiterne diuiſibilitatis: patet ꝙ infinitas ſibi debetur ratione materie: ⁊ finitas rōne forme. Nā que etiā in infinituz multiplicat diuiſio ipſa connexio recolligit in vnum: ⁊ per conſequens retrahit ad finitatem: finitas itaqꝫ continuo per ſe debetur: quia ratione forme: ſed īfinitas ſibi attribuitur per accidens: quia ratione materie.

**Ad argumentum** Itaqꝫ factū in contrariū dicenduz eſt ꝙ diffinitio continui: in qua ponitur infinitas: eſt ſumpta ex diuiſibilitate eius: continuo autē ratiōne ſue diuiſibilitatis: ⁊ ſecunduz incluſionez eius per ſe īfinitas debetur: non tamen propterea ſibi debetur ſimpliciter per ſe: quia nec propria ratio ipſius ſumitur ex diuiſibilitate: ſꝫ ex vnione partiuz in termino medio continuante: quemadmodum vniuerſaliter cuiuſlibet vera diffinitio ſumitur ex forma.

¶ Qō quinta.

**S Ed tunc poſſet** Statiz aliquis querere: quomodo vnio partium forma ſit cōtinui: ⁊ diuiſio tollat formam relinquendo materiam: videtur enim h̄ nō eſſe verum. Quia facta diuiſione ⁊ ſublata vnione adhuc in partibus diuiſis manet continuitas. Non autē manet ratio alicuius nec in toto nec in partibus ſublata forma eiꝰ: quēadmodū ſublata forma ignis a corpe toto non remanet ratio ignis nec in toto corpore: nec in partibus eius.

**Ad iſtam qōnem** Simpliciter dicenduz eſt ꝙ forma propria continui eſt ipſa vnio partiuz ipſius in termino medio continuante: cuius declaratio eſt: quia formā vniuſcuiuſqꝫ propriā id dicimus ꝙ eſt ſibi ratio immediata eſſendi eſſe ſuo proprio. Immediata autez ratio eſſendi continuo: inquantum continuū eſt ipſa vnitio partiuz in termino medio continuante. Ad hoc eni ſtatim ⁊ immediate ſequitur aliquid eſſe veriſſime continuum: ꝙ partes eius in vno termino vnite ⁊ copulate ſunt: de neceſſitate itaqꝫ concluditur ꝙ ipſa vnio partium in vno termino continuante eſt forma continui in eo ꝙ continuum. Ex hoc autem ſtatim patet ꝙ diuiſio que

ſio que a continuo tollit dictam vnionem: tollit formaꝫ continui relinquendo materiaꝫ. Relinquit enim partes que ſunt materia propria totius quantitatiui: vnde circa partes fit vnitio: ⁊ circa partes ſiue ſꝫ ptes fit diuiſio: quemadmodũ vniuerſaliter forma ⁊ priuatio fiunt circa idem.

**Ad argumentum** Itaqꝫ factuꝫ in contrariuꝫ dicenduꝫ eſt ꝙ vnio que eſt forma continui in ipſo continuo per omnes eius partes eſt diffuſa: ita ꝙ vna eſt in actu ⁊ multiplex in potentia. Et per vnicam diuiſionem fit multiplex in actu: per diuiſioneꝫ itaqꝫ tollitur continuitas a toto ꝙ eo ipſo quo diuiſum eſt de neceſſitate diſcontinuũ. Sed quia quelibet pars habet partes vnitas in vno termino quelibet pars remanet continua. Tollit itaqꝫ diuiſio totius vnionē a toto et continuitatem: ſed non tollit ħ a ſingulis partibus: vnde ⁊ ſi forma ignis ſic tolleretur a corpore ꝙ non remaneret in ipſo toto: remaneret tñ in aliquibus partibus ipſius: ratio ignis non remaneret in toto corpore: bene tamen remaneret in quibuſdam eius partibus.

¶ Textus.

¶ Manifeſtũ aũt eſt: ⁊ quia niſi aliquis faciat tpis ⁊c.

¶ Lectio. xvj. ¶ Qō prima.

**Hic poſſet** Aliqs dubitare de ħ ꝙ phyloſoph⁹ ait ħ ipſum inſtans ſemper ſe tenere cuꝫ re poſteriori ⁊ non cũ priori: videtur enim hoc non eſſe bene dictũ: quia ſicut in hoc inſtāti ponitur primo generatum eē rei poſterioris: ſic etiaꝫ in ipſo ponitur vltimo corruptum eſſe rei precedentis. Quēadmodũ itaqꝫ propter generatum eſſe tenet ſe cuꝫ re poſteriore: ſic etiam videtur: ꝙ propter corruptum eſſe debeat ſe tenere cum re priore.

**Ad iſtam autem** Queſtionem apparet de facili reſponſio: ſi intuemur diligenter textum. Ariſt. non enim dicit ꝙ inſtans ſit rei poſterioris: ⁊ non rei prioris: nec ſic accipiendo verba Ariſtote. debet ſolui queſtio ſicut quidā facere videtur: ſed dicit ipſe phyloſoph⁹ ſimpliciter: rei autem ſemper poſterioris paſſionis eſt ꝙ veritatem habet ſiue loquamur de re corrupta que eſt prior: ſiue de re generata que eſt poſterior. Ad cuius euidentiā conſiderandum eſt ꝙ inſtans poteſt referri: vel ad tempus: vel ad rem que eſt in tempore ponitur corrũpi aut generari. Et quidem ſi referatur ad tempus: tunc ipſuꝫ inſtans cōmune eſt priori ⁊ poſteriori tempori: quia finis eſt prioris ⁊ principiuꝫ poſterioris: vnde tenet ſe cũ vtroqꝫ: qꝛ cũ priori: ſicut eius finis: ⁊ cũ poſteriori ſicut principium ipſius. Sed ſi referatur ad rem que corrũpitur: aut ad rem que generatur: tunc ſe tenet ſolũ cum poſteriori paſſioni vtriuſqꝫ ⁊ nō cum priori. Nam paſſiones rei ħ appellantur ipſa eius attributa. Rei autēꝫ que corrumpitur in tempore precedente: inſtans in quo corruptio finitur attribuitur eſſe: ⁊ in tempore poſteriori ⁊ ſequente illud inſtans attribuitur nō eſſe. Et tñ nō eſſe rei corrupte ꝙ dicitur paſſio poſterior ſe tenet iſtās Non autem ſe tenet cuꝫ eius eſſe ꝙ dicitur paſſio prior. Rō autem huius eſt: quia in illo inſtanti in qua finita eſt corruptio res corrupta eſt. Cum autēꝫ res corrupta ē tūc non eſt: igitur in illo inſtanti in quo finita eſt corruptio res corrupta habet non eſſe: ⁊ pro tanto dictum eſt ꝙ tale inſtans ſe tenet cum non eſſe ꝙ eſt paſſio poſterior. Si itaqꝫ ſilr ſe teneret cuꝫ eſſe ꝙ eſt eius paſſio prior haberet tunc etiam res corrupta eſſe: ⁊ per conſequens in eodem inſtanti ipſa eſſet ⁊ non eſſet: ꝙ eſt impoſſibile. Ex hoc autem ſumitur: ꝙ licet ſit dare primũ inſtās in quo res corrupta habet non eſſe: non tamen eſt dare vltimum inſtans in quo res corrupta habet eſſe. Naꝫ iſtud non eſt inſtās in quo finita eſt corruptio: quia in ħ: vt dictuꝫ eſt: talis res non habet eſſe: erit ergo inſtās aliud ante ħ acceptũ. Si inter duo inſtantia cadit tempus medium: igitur inter inſtans in quo res vltimo dicer̄ eē iſtās i quo dicer̄ prio nō eē: erit tēpus mediũ ꝙ ē impoſſibile: quia tunc in tali tempore res nec eſſet nec non eſſet: ꝙ ſtare non poteſt: ſic itaqꝫ dicenduꝫ eſt: ꝙ res que corrumpitur in toto tempore precedente inſtans: in quo eius corruptio finitus: preter ꝙꝫ in iſto inſtanti habet eſſe: in hoc autem inſtanti ⁊ in tempore ſequente habet non eſſe. Sicut autem de re corrupta diximus: ſic etiam ſuo mō de re generata intelligere debemus. Nā rei que generatur in tempore precedēte inſtans: in quo eius generatio finitur: attribuitur non eſſe ꝙ ⁊ iō dicitur eius paſſio prior. In tempore vero ſequente ſibi attribuitur eſſe: ꝙ ⁊ iō dicitur eius paſſio poſterior. Inſtans vero ipſum in quo primo generatio finita eſt: ſe tenet cum eius eſſe ꝙ ſibi datur poſterius: ⁊ non cũ ei⁹ non eſſe ꝙ dabatur ſibi prius. Nam cum res que generari dicitur generata tunc habet eſſe. In illo autem inſtāti in quo eius generatio primo completa eſt ipſa res generata eſt: igitur in illo inſtanti habet eſſe: ⁊ pro tanto dicimus ꝙ inſtans ſe tenet cum eſſe eius. Si itaqꝫ ſimiliter idem inſtans ſe teneret cum eius non eſſe haberet in ipſo res generata etiam non eſſe: ſimiliter per cōſequens eſſet ⁊ non eſſet: ꝙ eſt impoſſibile. Ex hoc autē ſumitur ꝙ licet ſit dare primum inſtans in quo res generata perdit non eſſe ⁊ hꝫ eſſe: non tamen eſt dare vltimuꝫ inſtans in quo habet non eſſe: vt patet ex dictis optime itaqꝫ dictuꝫ eſt ꝙ ipſius rei ſiue corrupte ſiue generate inſtans ſemper eſt poſterioris paſſionis ſiue ſe tenet cum poſteriori paſſione rei ⁊ non cum eius paſſiōe priori. Non eſt ergo dicendum: ſicut quidam dicunt: ꝙ lꝫ in ħ inſtanti ſit corruptum eſſe rei prioris ⁊ generatum eſſe rei poſterioris: tñ inſtans attribuitur generato eſſe ⁊ non corrupto eſſe: eo ꝙ rationabilius eſt ꝙ attribuatur enti ꝙꝫ nō enti: ⁊ generatum eſſe eſt paſſio entis: ſed corruptum eſſe eſt paſſio non entis. Naꝫ iſta expoſitio euidenter apparet eſſe contra intentionem Ariſto. ſicut de facili apparet conſideranti proceſſum eius: eſt etiam falſa: quia non eſt veruꝫ ꝙ tale inſtans teneat ſe cum generato eſſe rei generate: ⁊ non cum corrupto eſſe rei corrupte: immo ſe tenet cum vtroqꝫ. Non eſt etiam ħ ꝙ dicitur poſterioris coniungendum: cuꝫ ħ ꝙ dicitur rei: vt iſti videntur inſinuare in ſuis queſtionibus: ſed ꝯiungendũ eſt ei ꝙ poſtponit̄ ſibi paſſiōis.

¶ Textus.

¶ Non ergo dandum eſt in omni: ſed preter vltimum nunc in quo eſt. c. ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo** Aliquis poſſet dubitare: qꝛ ſimile videtur de inſtanti: ⁊ de tēpore: ⁊ de duobus tēporibus indiuiſibilibus. Sicut. n. dicimus ex ħ tempore indiuiſibili non eſt res: ⁊ in hoc tēpore idiuiſibili eſt: ergo inter ipſa eſt tempus mediũ menſurans fieri: a quo de non eſſe tranſitur ad eſſe: ſic etiam dicere poſſumus in hoc inſtāti res eſt in tempore ꝓcedēti nō eſt: ergo inter ipſa eſt tēpus mediuꝫ mēſurans fieri per ꝙ a nō eē fit tranſitus ad eſſe.

**Ad iſtam qōnem** Dicitur communiter ⁊ bñ: ꝙ pro tanto non eſt ſimile: quia generatum eſſe eſt terminus

motus: ⁊ motus cum ſit diuiſibilis non poteſt eſſe in tē pore indiuiſibili: vnde ſi ſint duo tempora īdiuiſibilia quorum vnum menſuret eſſe ⁊ generatum: ⁊ aliud mē ſuret non eē: nō poterit ħ indiuiſibile menſurare motū per quem de non eſſe tranſitur ad eſſe: ⁊ cuius termin⁹ eſt generatum: ⁊ idcirco oportebit dare tempus mediū ꝙ menſuret iſtum motum. Sed de inſtanti ⁊ tempore ad ipſum terminato atq; diuiſibili non ſic eſt. Nam ſi in hoc inſtanti res habet eſſe: ⁊ in tempore precedēti nō eſſe: non oportebit dare tempus medium inter tempus ⁊ inſtans ꝙ menſuret motum: quo de non eſſe ad generatum eſſe pertranſitur: quia ipſummet tempus ꝙ ad inſtans terminatur: cum ſit diuiſibile: poterit iſtū motum menſurare: vnde patet ꝙ ſimilitudo non currit.

¶ Textus.

¶ Si autem quodcunq; fuerit prius non ens neceſſe eſt fieri ens ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Tertio poſſet** aliquis dubitare: ꝓpter quid ſi motus contrarij eēnt cōtinui: ⁊ facerent vnum continuum motum: ipſum mobile: ſtatim cum inciperet moueri a cōtrario diceretur tendere ad ipſum.

**Ad hoc dicendum eſt:** ꝙ tota ratio ex hoc ſumitur: ꝙ in precedentibus libris dictum fuit ipſum motum ſpecificari ⁊ denominari a ſuo vltimo termino ad quem. Si ergo dicatur dealbatio prior ⁊ denigratio poſterior eſſe vnus motus continuus: habebit pro termino ipſam nigredinem: ⁊ per cōſequens ab ea totus talis motus continuus ſpecificabitur ⁊ denominabitur: atq; per totū motum dicetur tēdere ad hunc terminum: vnde a principio cū incipiet ipſum alterabile dealbari ⁊ recedere a nigredine: dicetur ſecundum iſta denigrari ⁊ ire ad nigredinem ꝙ eſt totum impoſſibile. Non enim poteſt dici aliquid denigrari cum dealbatur: quia tunc contraria dicerentur de eodē. Non poteſt etiā dici ꝙ cum perdit nigredinem accipit nigredinem: quia etiā contraria dicerentur de eodem. ¶ Vel dicendum eſt ꝙ vnitas motus requirit vnitatem termini. Motus autem eo eſt vnus quo continuus. Ut itaq; motus ſit continuus. Neceſſariū eſt ꝙ eius terminus ad quem ſit tantum vnus. Statiȝ autem cum mobile incipit moueri dicitur tendere ad terminum ſui motus. Si itaq; dealbatio ⁊ denigratio eēt continuus motus: ipa ſola nigredo eſſet eius termin⁹ ⁊ per conſequens ſtatim cum mobile incipiet dealbari ⁊ recedere a nigredine: tendere dicetur ad nigredinem ꝙ eſt totum inconueniens.

¶ Qō quarta.

**Quarto poſſet** eſſe dubiū quia videt̄ eſſe falſum ꝙ non ſi tempus continuum ⁊ motus continuus. Quia dictum fuit in libris precedentibus ꝙ tempus trahit continuitatem a motu: ⁊ per conſequens ſublata continuitate motus: videtur tolli continuitas temporis: ſicut et ſublata ꝯtinuitate magnitudīs tollit̄ ꝯtinuitas mot⁹.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendum ꝙ tempus aut non trahit continuitatem ab omni motu: ſed a motu primi mobilis: aut non trahit continuitatem ab ħ motu vel illo: ſed a motu ſimpliciter ſumpto: abſq; determinatione ad motum ſpecialem: hanc autē diſiunctionem: facio propter duas opiniones: que habent̄ de cōſequētia temporis ad motum. Et ſiue dicatur primo modo ſiue ſecundo: videtur ꝙ tempore manente continuo eſſe poſſint aliqui motus diſcontinui. Nam ſi ſequatur motū primi mobilis: cum iſte maneat vniformis: ⁊ continuus: non obſtante diſcōtinuatione horum inferiorū motuum: patet ꝙ tempore manente continuo: non neceſſarium erit motus alios inferiores in ipſo factos eſſe continuos. Si etiam ſequitur motum ſimpliciter ſumptū idem ſequitur. Diſcontinuato enī ħ particulari motu vel illo: diſcōtinuātur motus eatenus q̄ten⁹ in ipſis reſeruatur: non tamen propter hoc diſcontinuatur mot⁹ ſimpliciter ſcḋm ꝙ motus: vnde patet ꝙ ſi tempus ſequatur motum ſimpliciter: ⁊ non ratione huius vel illius motus: tempore manente continuo: nō neceſſariū erit hos determinatos motus eſſe continuos.

**Patet itaque** ſcḋm vtrāq; opinionem reſponſio ad argumenta. Nam licet tempus trahat continuitatem a motu: non tamen ipſam trahit a quocūq; motu: ſed a motu ſimpliciter: vel a motu primi mobilis: ⁊ ideo non neceſſarium eſt tempore exiſtente continuo: quoſlibet motus ſibi in tempore ſuccedētes eſſe adinuicem continuos: dato etiam ꝙ in illo inſtanti in quo finitur motus vnus: initietur motus alius.

¶ Textus.

¶ Qui autem in circulari erit vn⁹ ⁊ continuus ⁊c.

¶ Lectio. xvij. ¶ Qō prima.

**Hic forte** dubitaret aliqs: quomodo mot⁹ circularis non eſt ſepius in eiſdē: videtur enim hoc eſſe falſum: quia corpus ꝙ circulariter mouetur: non tamen ſepius: immo ſepiſſime reuoluitur ſuper idem ſpatiū: ⁊ ſuper eadem ſigna vnius ⁊ eiuſdem ſpatij.

**Ad iſtam qōnem** eſt dicendum ꝙ ħ dictum eſt de motu circulari ad differentiam aliorum motuum. Nam in alijs motibus ſic contingit ꝙ mobile non poteſt moueri ab eodem in idem: niſi per eadem media ſepius tranſeat. Nam ſi aliquid debet moueri a nigredine in nigredinem: oportet ꝙ ſepius tranſeat per medios colores: quia ſemel dum a nigredine vadit in albedinem: ⁊ iterum ſemel dum ab albedine redit ad nigredinem: ſimilr̄ etiam contingit: ⁊ in motibus localibus alijs a circulari. Nam ſi aliquid debet moueri a loco deorſum ad locum ſurſum pluries mouebitur per eadem loca media inter locum deorſum ⁊ locum ſurſum quia ſemel dum ibit a loco deorſum ad locum ſurſum ⁊ iterum ſemel dum redibit a loco ſurſum ad deorſum. In motu autem circulari hoc non contingit: fit enim in circulo proceſſus ab eodem in idem abſq; eo ꝙ eadē media ſepius ſumantur: vnde patet reſponſio ad argumentum: licet enim per multas circulationes eadē media ſepius ſumantur: per vnam tamen ſolam circulationem ab eodem proceditur in idē: ⁊ conſtat ꝙ per vnā circulationem non ſumuntur niſi ſemel tantum ſigna omnia que ſunt in circulo.

¶ Textus.

¶ Rationabiliter aūt accidit circularem vnum eſſe ⁊c.

¶ Qō ſecunda.

**Secundo poſſet** aliquis dubitare vtrum motus rectus ſit iudicandus imperfectus: ⁊ ſimiliter linea recta: vt videt̄ ħ innuere phyloſophus: pro tanto enim hec videtur inconueniens: quia cum de ratione ſpeciei ſit perfectio

ſit perfectio ⁊ complementum: quicquid habet propri
am ſpeciem: videtur eſſe perfectum ⁊ completum. Da
mus autē ſpeciē propriaꝫ: ⁊ linee recte ⁊ motui recto.

**Ad iſtam q̄ōnem** Eſt dicendum
ꝙ de linea re
cta: ⁊ pari ratione de motu recto loqui poſſumꝰ dupli
citer: q2 vel abſolute ſecūdū ſe: vel per comparationem
⁊ ordinem ad circularem. Et primo quideꝫ modo linea
recta ſiue magna ſiue parua ſit perfecta eſt ſm̄ ſuaꝫ ſpe
ciem: quia ſicut ħ ait Simplicius in primo de celo ſpe
cies linee recte ſecūdū ꝙ recta: perfecta eſt penitus ⁊ in
parua ⁊ in magna: ſed Simpliciter adhuc loquendo de
linea recta non ratione rectitudinis que inuenit̄ in par
ua ⁊ in magna: ſed ratione magnitudinis non queli
bet linea recta eſt perfecta: quia non in qualibet inueni
tur plenitudo magnitudinis date in vniuerſitate cor
poruꝫ: ſed ſic itelligitur perfecta linea protracta per cē
trum mundi ab vno extremo celeſtis circūferentie ad
alterū. Et ſecundū ħ de linea recta dicit Simplicius
ibidem. Magnitudo auteꝫ perfecta eſt in habente totā
menſuraꝫ tote medialis: ħ etiaꝫ modo motū rectū intel
ligimus perfectū: qui includit totū proceſſū per media
ab vno ſuorū extremorū naturalium vſqꝫ ad alterum.
Si auteꝫ de linea recta loquamur ſecundo modo in cō
paratione: ſi ad circularē: tunc omnis linea recta dicit̄
imperfecta: linea enim circularis: quia finem pricipio
coniungit: ſic perfecta eſt ꝙ non recipit additionem: li
nea vero recta: quia fineꝫ diſiungit a principio intelli
gitur imperfecta: ⁊ additionē recipere potens. Et ħ eſt
ꝙ ait ibidē Simplicius: perfectio aūt ipſius: ⁊ ſecūdū
ſpecieꝫ: vt ad circularē ſpecieꝫ: ⁊ perfectionē deficit: eo
ꝙ non continua in ſeipſam: ſed effundatur quantū eſt
in ſeipſam ad imenſurationeꝫ ⁊ infinitatem: ⁊ idcirco
ꝙtū ſic ē i ſeipſa hꝫ ſemꝑ aliqd deficiēs ⁊ appōi potēs.

¶ Textus.

¶ Accidit autem conuerſim: ⁊ namqꝫ quoniam men
ſura motuum circulatio ⁊c.

¶ Qō tertia.

**Ertio** Quia ait Ariſt. ꝙ omnia mē
ſurātur primo: ⁊ alibi dicit
ꝙ primum eſt menſura ⁊ cauſa ſubſequē
tium: queratur vtrum poſſit modo dicere
ꝙ motus primus: qui eſt motꝰ primi mo
bilis ſit cauſa omnium aliorum motuuꝫ:
videtur enim ꝙ non: quia ſi ipſe eſſet cauſa ſingulorum
motuum: fruſtra tunc aſſignarentur orbibus ſecundis
proprij motores: ad efficiendum ⁊ cauſandum motus
proprios eorum.

**Ad iſtam q̄ōnem** Eſt dicenduꝫ ꝙ
duplici mō quā
tum ad preſens ſpectat motus primus dici poteſt cau
ſa aliorum motuum: q2 efficienter ⁊ formaliter: efficien
ter quidem motus primus cauſalitatem habet ſuper
quoſdam motus: quia ſuper eos qui ħ inferius contin
gūt: non tamen ſic cauſalitateꝫ habet ſuper omnes mo
tus proprios ſecundorum orbiuꝫ: ⁊ idcirco tales orbes
requirunt proprios motores ad ſuum proprium mo
tū efficiendum. Ex hoc itaqꝫ euidenter patet: quando
dicitur primum in aliquo genere eſſe cauſa omniū alio
ruꝫ: non eſt ħ accipiendum ſemper quantum ad cauſa
litatem efficientie. Secūdo autem modo dici poteſt mo
tus primus eſſe cauſa omniū aliorum. Sed ħ etiā eſt di
ſtinguendū: quia cauſalitatem formalitatis habere po
teſt vnum ſupra aliud dupliciter: quia vel per inherēti
am: ſicut albedo ē cauſa formalis albi: vel per exempla
ritatem quandā: ſicut cauſa prima dr̄ eſſe formalis om
niuꝫ. Et ſecundo modo motus primus cauſalitatem ha
bet ſuper omnes motus. Nam ſuperiora in entibus ex
tranea quedam ſunt inferiorum: ⁊ primū quodlibet ge
nere exemplar quoddam eſt omniū ſequentium: vtrū
autem motus primus ſuper omnes motus contingen
tes ħ inferius habeat cauſalitatem efficientie non de
termino ad preſens.

¶ Qō quarta.

**Uarto poſſet** Aliqs du
bitare: q2
non ſit verum ꝙ motus primus ſit menſu
ra aliorum motuum: quia vnius vna eſt
menſura. Motuuꝫ autem menſura tempus eſt: igitur
non motus primus.

**Ad iſtius q̄ōnis** Euidentiam conſi
derandū eſt ꝙ mē
ſura eſt id quo cognoſcimus quantitatem rei. Motui
autē reſpondet dupliciter quantitas: quia quantitas
eſſentialis perfectionis: que quantitas in ſingulis etiā
rebus inuenitur ⁊ quantitas proprie dicta que in mo
tu eſt quantitas continua. Et primo quidem modo mo
tus primus menſura eſt omnium aliorum motuum: ⁊
vniuerſaliter id ꝙ eſt primum in aliquo genere menſu
ra aliorum eſt. Ex hoc eniꝫ cognoſcimus ⁊ iudicamus
in quolibet genere aliqua eſſe maioris perfectionis: ꝙ
magis appropinquant ad perfectionem eius ꝙ eſt pri
mū ſui generis. Ex hoc etiaꝫ in quolibet genere aliqua
iudicamus minoris perfectionis eſſe ꝙ magis recedūt
a perfectione primi. Quantuꝫ etiam ad ſecundam quā
titatem que eſt quantitas extenſionis in continuatio
ne motus: oportet motum primuꝫ: qui eſt omniū ſimpli
ciſſimus menſurā aliorum eē: eo ꝙ vnūquodqꝫ reſerue
tur ſimpliciſſimo ſui generis. ¶ Sed attendendum eſt
ꝙ quantū ad hunc modū ēt tempus menſura eſt alio
ruꝫ motuū: ſed tamen eſt menſura cōmunis: ⁊ cōmuni
tas omnis motus. Motus aūt primus non ſic cōmu
niter menſura ē omnis motus: quia tunc eſſet mēſura
ſui ipſius ꝙ non omnino conuenit. Eiuſdeꝫ aūt eſſe du
as menſuras: vnā quidem magis cōmuneꝫ: ⁊ aliā mi
nus cōmunem non eſt inconueniens. Sed vlterius eti
am ipſuꝫ tēpus per motū primū menſurat quantitatē
alioꝝ motuū: vnde pꝫ rn̄ſio ad argumentum.

¶ Textus.

¶ Quod auteꝫ hō neceſſe eſt impartibile ⁊ nullaꝫ ha
bere magnitudinem.

¶ Lectio. xviij. ¶ Qō prima.

**Ic poſſet** Aliquis dubitat̄: q2
non videtur eſſe con
tra rationem mouentis finiti ꝙ moueat tē
pore finito: quia ſi illud mouens finituꝫ ſit
impaſſibile ſecūdū naturā: ſemꝑ eodē mo
do ſe habens: ſemper faciet idē: ⁊ per ꝯn̄s nō eſt magis
rō: quare poſſit mouere nūc ꝗ̄ poſtea: ⁊ ſic ſemper.

**Ad iſtam q̄ōnem** Dicit Tho. ꝙ
id ꝙ eſt prima
cauſa motus infiniti: oportet ꝙ ſit per ſe cauſa infinita
tis motus: cauſa per ſe ſemper eſt prior: ea que per ali
ud: virtus auteꝫ cauſe per ſe determinat̄ ad effectū per
ſe. Cum aūt contingat intelligere dupliciter motū etiā
finitū: quia ſecūdū partes mobilis: ad cuius extenſio
neꝫ ⁊ diuiſionē extenditur ⁊ diuiditur motus: vt expo
ſuimꝰ in ſexto: ⁊ ſecūdū partes longitudinis ſuper quā
trāſit: per ſe ifinitas eſt in motu ex partibus mobilis
quia talis quantitas ꝯuenit motui ſm̄ propriū ſenſū
⁊ ita ei conuenit per ſe. Scḋm accidens vero infinitas
in motu eſt ex partibus lōgitudinis: q2 talis quātitas

ei conuenit ſm reiteratione̅ motus ipſius mobilis: pro
ut. ſ. mobile totum ꝙ co̅plet motum ſuum ſuper vnaꝫ
parte̅ longitudinis iterato pertranſit aliaꝫ. Illud igit̃
ꝙ eſt prima cauſa infinitatis motus habet veritatem
ſuper iſinitate̅ motus: que eſt per ſe: vt. ſ. poſſit mouere
mobile infinitu̅: ſi ipſum dare contingat: ⁊ ideo neceſſe
eſt ꝙ tale mouens ſit infinitum ⁊ primum quidem mo
bile quamuis ſit finitum ſimilitudinem tn̅ quandam
cu̅ infinito hꝫ. Adhuc au̅t ꝙ aliquid ſit ca̅ motus infi
niti per intentione̅ motus: que eſt motus infinitas per
accidens: non oportet ꝙ habeat virtute̅ infinita̅: ſꝫ ſuf
ficit ꝙ habeat virtute̅ immobileꝫ finita̅: qꝛ ſemper ma
nente eade̅ virtute poterit iterare eunde̅ effectu̅. Ecce ſo
lutio Tho. poſita eſt in ſuis ꝟbis. ¶ Sed quida̅ dicu̅t h̄
ſolutio no̅ e̅ oino ſꝫ Ari. ite̅tione̅ eo ꝙ ſꝫ Ari. no̅ e̅ dare
mobile infinitu̅: nec per ꝯn̅s infinitate̅ motꝰ: propter
infinitatem mobilis: ſed eſt dare ſolu̅ infinitate̅ motus
que conſurgit ex h̄ ꝙ idem mobile circa terra̅ infinities
iteratur: vnde oportet ſecundu̅ iſtos aliter dicere. ¶ Di
cu̅t ergo ꝙ per ſe: ⁊ per accide̅s: aliter ſume̅du̅ eſt. Qui
libet enim effectꝰ reducendus eſt in cauſam magis vni
geneam: ⁊ cauſa inferior non habet virtute̅ ſic vnitam
vt cauſa ſuperior. Inquantu̅ ergo in tali motu atten
ditur queda̅ difformitas: vtputa: qꝛ vna reuolutio no̅
eſt alia: debet reduci in motore̅ inferiore̅: ⁊ ſic iſte motor
mouet motu̅ finitu̅ per ſe: inquantu̅ quelibet reuolutio
eſt finitus motus. Mouet au̅t per accidens motu̅ infi
nitu̅: qꝛ ſolu̅ inquantu̅ infinities reiterat eunde̅ motuꝫ
ſicut motu̅ reuolutionis in ſe finite exiſtentis: inquan
tu̅ vero in h̄ eode̅ motu vniformitas attenditur ratione
continuationis oium reuolutionu̅: dꝫ reduci in motore̅
maxime vniforme̅: cuiuſmodi eſt motor primus: adiun
gunt etiam ꝙ talis motus: ſecu̅du̅ ꝙ totus: ⁊ ſecu̅du̅ ſu
am totalitate̅: infinitus eſt: ⁊ reducitur in motoreꝫ infi
nitu̅. Sed ſm ꝙ diſtinctus per partes reducit̃ in mo
torem finitu̅: qꝛ ⁊ quelibet taliu̅ partiuꝫ ſeu reuolutio
nu̅ eſt finita. Ite̅ adiu̅gu̅t ꝙ quoda̅modo ſimile eſt de h̄
motu: ⁊ de motu generationis ⁊ corruptionis. In hoc
eniꝫ difformitas attenditur ratione contrarietatis: ⁊
ſic reducit̃ in circulu̅ obliquu̅ in quo attenditur diffor
mitas. Sed reducitur in motu̅ primi mobilis: qui vni
formis eſt: inquantu̅ in ipſo attenditur vnitas co̅tinua
tionis. Sed ꝙ ſic dicentes deficiant in omnibus no̅ eſt
difficile videre. Et vt ab vltimis ad pria ꝓcedamꝰ: pa
tet primo defectus iſtoruꝫ ex ipſo exemplo qd̕ pro ſe ad
ducunt. Na̅ licet motus generationis ⁊ corruptionis:
vt diſtinctus eſt per ſingulas generationes ſit finitus
ſm tamen totalitateꝫ ſue continuationis: ſtante phylo
ſophia Ariſto. infinitus eſt. Si ergo motu̅: vt eſt infini
tus: debemus in infinitu̅ reducere motore̅: vt au̅t eſt fi
nitus in motore̅ finitu̅ reducendꝰ eſt: oportebit neceſſa
rio motu̅ generationis ⁊ corruptionis: vt ſempiternaꝫ
continuitateꝫ habet: ⁊ ſecu̅du̅ totalitate̅ ſuaꝫ: non redu
cere in aliqueꝫ motoru̅ ſc̅dorum: ſed tantu̅ in motorem
primu̅ q eſt ſolu̅ infinitus. In que̅libet au̅t motoreꝫ ſe
cundu̅: ſiue ſit immobilis: ſiue ſit primu̅ mobile: ſiue ſit
circulus obliquus reducendꝰ erit talis motus ſolu̅: vt
eſt diſtinctus per partes: quomodo difformitate̅ ⁊ con
trarietatem habet: non autem ſecundum totalitatem
continuationis ſue. Et tamen h̄ eſt ⁊ contra id ꝙ ipſi di
cunt de reductione talis motus: ⁊ co̅tra phyloſophi de
terminationem in duodecimo methaphyſice. ¶ Et pre
terea tale̅ motu̅ generationis ⁊ corruptionis: quia con
trarietateꝫ claudit: Ariſt. reduxit in circulu̅ obliquu̅: q
non ſemper eodem modo ſe habet ad h̄ inferiora: ſed qꝛ
primu̅ mobile ad ipſa habet ſe eodem modo: reduxit di
ctu̅ motu̅: quan tu̅ ad ſuam continuatineꝫ: ⁊ vnitateꝫ
ad ipſum. Cum ergo motor immobilis ſecundus quan
tu̅cu̅qꝫ in ſe non habeat tantam vnitatem: quanta̅ pri
mus: eodem modo ſemper taꝫ in ſe q̅ꝫ ad mobile ſm Ari
ſto. ſe habeat: concluditur euidenter ꝙ ipſe motus p̄mꝰ
ſecundu̅ ꝙ continuus eſt: ⁊ totus: ⁊ vniformitatem ha
bens: non obſtante ſua infinitate: in ſecundu̅ motorem
valeat reduci. ¶ Hoc etiam ex eo apparet ꝙ Ariſto. ex
maxima vniformitate talis motus: ex ſempiterna con
tinuatione que non inuenitur in alijs motibus: argu
it ꝙ oportet motoreꝫ: in que̅ reducitur: eſſe imobilem: ⁊
ſemper eodem modo ſe habere: ⁊ ex hoc vlterius accipit
non ſolu̅ motore̅ primu̅: ſed etia̅ motores ſeparatos: ſem
per eodeꝫ modo ſe habere. Ex quo datur euidentiſſime
intelligi ꝙ ipſe voluit talem motu̅: non ſolum ſecundu̅
ꝙ eſt diſtinctus ⁊ variatus per partes: ſed etiam ſecun
du̅ ꝙ eſt totus vnus ⁊ continuus in motoreꝫ ſuum pro
prium: ſiue hu̅c eſſe crediderit motoreꝫ primum: ſiue ſe
cundu̅: immediate ⁊ proxime reduci nulla ipſius talis
motus infinitate ſu̅pta: eo modo quo ſumitur ab iſtis
repugnante. Hoc au̅t ⁊ ratione ipſius infinitatis dici
tur co̅muniter. Na̅ licet talis motus ſecundu̅ totalita
tem ſuaꝫ ponatur infinitus: tamen ex iſta infinitate
non magis reddit iſinitu̅ mobile q̅ꝫ infinitu̅ ſpatiu̅: qꝛ
ſic̅ talis iſinitas dat itelligere p̄mu̅ mobile iſinities re
uolutu̅: ſic etia̅ dat itelligere ſpatiuꝫ: circa qd̕ ſit reuolu
tio infinities pertranſitu̅. Et quemadmodu̅ mobile in
finities ſumptu̅ reddit infinitu̅ mobile: ſic etia̅ ſpatiuꝫ
infinities ſu̅ptu̅ reddit iſinitu̅ ſpatiu̅. Infinitas itaqꝫ
clauſa in totalitate primi motus: quia reſpicit infinita
teꝫ primi mobilis: ⁊ infinitateꝫ ſpatij: non tollit ꝙ ille
motus etiaꝫ ſecundu̅ totalitateꝫ ſuaꝫ poſſit reduci in ſe
cundu̅ mouens: vno modo: ⁊ alio modo in motoreꝫ pri
mu̅: quia ſecundu̅ ꝙ illa totalitas ponit infinitateꝫ: in
reſpectu ad infinitateꝫ ſpatij: non oportet ꝙ reducatur
ad motorem infinitu̅: ſed ſufficit ꝙ reducatur ad moto
rem finitu̅: ſemper eodem modo ſe habenteꝫ. Secundu̅
vero ꝙ ponit̃ in reſpectu ad infinitateꝫ mobilis: neceſ
ſe eſt ꝙ reducatur in motorem infinitu̅: eo ꝙ ſupra infi
nitum mobile victoriam non habet niſi motor vigoris
infiniti. Et h̄ eſt ſententia Tho. ſupra poſita co̅ſona ta̅
intentioni Ariſto. vt patet ex dictis: q̅ꝫ etiam veritati.
Unde ⁊ iſti poſt multoru̅ verboꝝ inculcationem ab ip
ſa veritate coacti redeunt ad hanc ſententiaꝫ: dicentes
ꝙ omnes reuolutiones reddu̅t quoda̅modo infinitos
celos: ⁊ infinitu̅ mobile: ꝙ non niſi ab infinita virtute
moueri poteſt. Ex hoc autem eodeꝫ patet ⁊ ſolutio obie
ctionis ſupra poſite. Nam qua̅uis Ariſto. non poſuerit
corpus actu infinitum: nullus tamen ſciens phyloſo
phiam eius diceret ꝙ non fuerit intentionis ſue mobi
le iſinities ſumptuꝫ reddere infinitum mobile: ⁊ ꝙ ſu
per infinitum mobile: ſi daretur: victoriaꝫ haberet mo
tor primus. Non enim veritas conditionalis tollitur
per antecedentis ipoſſibilitatem: vnde quamuis non
poſſit eſſe infinitum mobile ſm Ariſto. verumtamen
etiam ſecundum ipſum eſt h̄ conditionalis. Si mobi
le infinitum eſſet motor primus ſuper ipſum victoriaꝫ
haberet. Eſt autem attendendu̅ ꝙ Tho. in ſumma con
tra gentiles h̄ aliter verificat: dicit eni̅ ꝙ corpus no̅ mo
uet niſi motuꝫ: ⁊ ideo ſi contingat corpus aliquod non
moueri: ſequetur ipſum non mouere. In omni autem
ꝙ mouetur eſt potentia ad oppoſita: quia termini mo
tus ſunt oppoſiti: ⁊ ideo quantum eſt de ſe poſſibile eſt
oe̅ corpus non moueri: ⁊ ꝙ poſſibile eſt no̅ moueri: no̅
habet de ſe: vt perpetuo tempore moueatur: ⁊ ſic ꝙ nec
perpetuo tempore moueat. Sed hanc perpetuitateꝫ po
teſt

teſt accipere ab alio. Ex hac autem declaratione: videtur Tho. accipere ꝙ illam virtutem concludit ratio Ariſto. eſſe infinitam: que ex ſe habet: vt moueat tempore infinito.

¶ Textus.

¶ Quod autem omnino in finita magnitudine nõ cõtingit infinitam eſſe potentiam.

¶ Nõ ſecunda.

**Secundo autem** Poſſz aliqs dubitare: quia ex proceſſu Ariſto. videtur concludi ꝙ omnino nulla virtus motiua infinita ſit. Si enim quanto virtus mouẽtis maior tanto velocius mouere poteſt idem mobile: ſequitur ꝙ mouens virtutis infinite mouere poſſit in inſtanti: ꝙ cum ſit impoſſibile: videtur etiam eſſe impoſſibile ꝙ ſit aliquis motor habens virtutem infinitam.

**Ad iſtam qõnem** Dicit Tho. ꝙ omnis potentia: que non eſt in magnitudine mouet per intellectum Nulla vero potentia que eſt in magnitudine mouet ꝗ̃ ſi intellectus: cum intellectus non ſit virtus alicuius corporis. Hec autem eſt differentia inter agens per intellectum ⁊ agens naturale: quia actio agentis naturalis proportionatur nature agentis. Tanto enim procedit calefactio quantus eſt calor: ſed actio agentis per intellectum non proportionatur nature ipſius: ſed forme apprehenſe. Non enim edificator tantum edificat quantum poteſt: ſed quantum exigit ratio forme concepte. Sic itaq ſi aliqua eſſet virtus infinita in magnitudine: ſequeretur ꝙ motus ab ipſa procedens eſſet ſecundum proportionem eius: ⁊ ita procedit preſens demonſtratio. Si autem ſit virtus infinita non in magnitudine: motus ab ipſa non procedit ſecundum proportionem virtutis: ſed ſecundum rationem forme apprehenſe. i. ſecundũ ꝙ ↄuenit fini ⁊ nature ſubiecti.

**Adiungit etiam** Ulterius ꝙ nihil vt probatum eſt i ſexto: mouetur niſi magnitudinem habens: vnde velocitas motus eſt effectus receptus a mouente in aliquo magnitudinem habente. Manifeſtum eſt autem ꝙ nihil habens magnitudinem poteſt recipere effectum eq̃lem proportionaliter potentie que non eſt in magnitudine: quia omnis natura corporea comparatur ad incorpoream: ſicut quoddam particulare ad abſolutũ ⁊ vniuerſale: vnde non poteſt concludi: ſi virtus infinita non ſit in magnitudine: ꝙ ex ea conſequatur in aliquo corpore velocitas motus infinita: que eſt effectus proportionatus tali nature: vt dictum eſt: ſed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectum virtutis que ẽ i magnitudine: quia cã potior eſt effectu: vnde ſi poneretur ꝙ aliqua virtus iſinita eſſet in magnitudine: effectus ei correſpondens eſſet in magnitudine: ſcilicet velocitas infinita. Ecce ſolutio Thome poſita eſt cum verbis eius.

**Sunt autem** Quidam dicentes ꝙ iſta ſolutio non ſufficit: quia quamuis agens intellectuale non moueat quantuz poteſt: ſed quantum vult: non tamen eſt contra rationez eius ꝙ moueat quantuz poteſt. Si ergo ponatur ꝙ moueat quantum mouere poteſt: faciet motum velocitatis infinite: ⁊ per conſequens motus ab ipſo fiet in inſtanti: ꝙ cum ſit impoſſibile: patet: vt concludunt iſti: ꝙ predicta ſolutio non tollit cõſequentiam impoſſibilis.

**Aliter itaque** Secundum eos dicendum eſt: vt videlicet dicatur ꝙ eſt duplex agens: vnum quidem ꝙ agit ex ſuppoſitione materie: ⁊ aliud ꝙ agit nullo preſuppoſito: ⁊ agenti quidem ꝙ agit ex materie ſuppoſitione neceſſario correſpondet potentia paſſiua: que tantum recipere poteſt quantum illud agens poteſt facere: ſiue tale agens fuerit habens magnitudinem ſiue fuerit non habens magnitudinem. Sed agenti qđ agit nullo preſuppoſito non poteſt reſpondere aliqua potentia paſſiua: que tantum recipere poſſit quantum illud poteſt facere. Quia itaq primus motor agit nullo preſuppoſito non poteſt dari mobile ꝙ tantum velociter moueri poſſit quantum ipſe poteſt velociter mouere: ⁊ propterea licet ſua virtus ad mouenduz infinita ſit: non tamen propter hoc ab ipſa poteſt prouenire motus in inſtãti: propter id ꝙ ipſum non poteſt mobile recipere.

**Ante autem** Quam contra iſtos aliquid dicamus: videamꝰ in quo verba ipſorum differunt a verbis Tho. ſecundo loco poſitis: eo ꝙ ad ipſa videtur habere affinitatem quandam: videtur autem in hoc eſſe differentia: quia iſti dicunt ꝙ idcirco a primo motore: motus non fit in inſtanti: quia mobile non poteſt tantum velociter moueri quantum talis motor poteſt velociter mouere: ⁊ hoc etiam ſecundum iſtos: ideo contingit: quia cum talis motor non agat ex ſuppoſitione materie: nõ poteſt materia tantum recipere quantum ipſe poteſt facere. Sed Tho. non dicit ideo non poſſe facere primum motorem motum in inſtanti: quia non poſſit mobile tam velociter moueri ꝗ̃ velociter mouere poteſt primus motor nec rationem aliquam accipit ex hoc ꝙ hic motor agit nullo preſuppoſito: ſed ſolum dicit ꝙ ex infinitate primi motoris non poteſt concludi mobile moueri in inſtãti: quia licet ſit ille motor infinitus eſt tamẽ ſine magnitudine. Et quia virtus extra magnitudinẽ ipſam magnitudinem trãſcendit: ideo ex eius infinitate non poteſt concludi effectum poni in magnitudine dictam virtutem adequantem. Hoc autem differt ab illorum verbis: ſicut ex ſequentibus reprobationibus patebit.

**Videtur autem** Primo quidez ſolutio dictorum virorum quedam ponere manifeſte falſa. Ad cuius euidentiam attendendum eſt: ꝙ licet materia non poſſit recipere quicqd poteſt facere primus motor: qui agit nullo preſuppoſito: bene tamen poteſt recipere quicquid de numero effectuum materialium ipſe poteſt facere. Naz effectus quẽ nullo modo poteſt ipſa materia recipere de ſua ratione effectus immaterialis eſt. Si itaq ꝙ aliquid de numero effectuũ materialium poteſt primus motor facere: quem ipſa materia recipere non valet: ſequetur ꝙ aliquid de numero materialiũ effectuũ ſit de ſua ratione effectus immaterialis: ꝙ cuz implicet apertam contradictionem: patet euidenter ꝙ irrationabile eſt dicere materiam non poſſe recipere quicquid de effectibus materialibus primus motor poteſt facere Nunc autem ſic eſt ꝙ ipſe motus materialis effectus ẽ ſecundum omnes gradus totalitatis ſue: igitur quicqd deus poteſt facere de velocitate motus: totum poteſt ipſa materia mobilis recipere: non obſtãt: vt patet ex dictis: ꝙ ipſa recipere non poteſt omnia ſimpliciter que facere poteſt primus motor: poteſt eniz facere multa in materia que non poteſt recipere materia. Sed nulla velocitas motus eſt de numero taliũ effectuum: patet igi

tur ꝙ irrationabile penitus eſt dicere ipſuz mobile nõ poſſe velociter moueri: ſicut primus motoꝛ ipſuz poteſt velociter mouere.

**Et preterea** A theologis dicit eſſe in materia duplex potentia: quia naturalis ⁊ obedientialis. Et ſecundum quidem potētiam naturalem: poſſet forte dici: ꝙ ipſe non poteſt recipere: quicquid primus motoꝛ de materialibus effectibus poteſt facere: propter id ꝙ ea dicitur poſſe recipere per potentiam naturalez: que poteſt recipere per actionem agentis naturalis. Non poteſt autez recipere per actionez agentis naturalis quicquid in ipſa facere poteſt primus motoꝛ: qđ tamē recipere totum poteſt per actionem primi motoꝛis: per potētiã obediētialē: qua nata eſt ſibi in cunctis obedire. Nã ſecunduz hanc potentiam reſpicit motorem primum: quemadmodum ſecundum potentiam naturalez reſpicit naturalia agentia: vnde ſicut per potentiam naturalem poteſt recipere quicquid de effectibus materialibus agens naturale poteſt facere: ſic etiam neceſſariū eſt ꝓcedere ꝙ ſecūdum potentiam obedientialem recipere poſſit quicqđ de velocitate motus ⁊ alijs effectibus materialibus facere poteſt motoꝛ primus.

**Et preterea fieri ⁊ facere** ſic ſe cōſecuntur ꝙ vt in omnibus ꝙ poteſt in eis fieri ab agente hoc agens in ipſis poteſt facere ⁊ econuerſo: ⁊ qđ non pōt fieri ab agēte hoc agens facere nō poteſt. Nam facere ⁊ fieri: ſicut actio ⁊ paſſio: idem ſunt in re ſui fundamenti. Si ergo mobile non poteſt a deo tam velociter moueri ꝙ̄ velociter mouere ipſum deus poteſt: ſequitur ꝙ ipſe non poſſit tam velociter mouere mobile ſicut poteſt ipſuz velociter mouere: qđ implicat contradictionem. Dicendum eſt itaqꝫ ſimpliciter ꝙ lapis poteſt a deo ita velociter moueri ſicut deꝰ ipſuz poteſt velociter mouere. Et quemadmodum non poteſt lapis ita velociter moueri quin deus ipſum poſſit velocius mouere: ſic etiam deus non poteſt lapidem ita velociter mouere: qn ſemꝑ ipſuz velocius mouere valeat.

**Ex hoc autem patet** Non ſoluz irrationabilitas verborum que iſti dicunt in ſolutione ſua ſed etiam patet ⁊ defectus argumenti qđ ipſi adducūt contra Tho. Cum enim dicitur moueat deus velociter vt poteſt ponitur ꝙ non eſt ponibile. Nam mouere fit neceſſario in tempore quia hoc exigit ratio motus. Si ergo poneremus deum mouere velociter vt poteſt poneremus ipſum velocitatem motus facere in tempore ita paruo ꝙ eam facere non poſſet in minoꝛi: ⁊ per conſequens poneremus eius potentiam totaz abſoꝛberi ⁊ conſumi per deciſionez temporis: qđ eſt impoſſibile: cū omnis talis virtus ſit finita: ⁊ virtus ſua ſit omnino infinita. Quando ergo dicitur non eſt contra rationez mouentis intellectualis ꝙ moueat quantum poteſt: dicendum eſt hoc eſſe verum: ſi illud mouens ſit potentie finite. Falſum autem eſt: vt oſtendimus: ſi ſit virtutis infinite.

**Si autem aliquis** Dicat contra nos ꝙ ſic dicēdo incurrimus in incōueniens qđ cōtra illos adduximus: videlicet ꝙ deus non poſſit eã velociter mouere quantuz poteſt: dicemus ꝙ pro tanto iſtud nō valet cōtra nos: quia bene ponimus deum poſſe actu mouere lapidem omni gradu velocitatis motus: quem velocitatis graduz ipſe in motū poteſt facere: ſed dicimus ꝙ nō poteſt in aliquo vno determinato motu tãtam velocitatem ponere: ⁊ vno determinato motu tam velociter mouere quantū poteſt: vt ſic ponatur ꝙ non poſſit poſt alium motum velociorem facere. Et ſi dicatur ꝙ iſti ſic intellexerunt: patet tunc ꝙ debuiſſent intelligere ſuuz argumentum non valere. Non debuiſſent etiam dicere ꝙ mobile non poteſt tam velociter moueri ꝙ̄ velociter mouere ipſuz deus poteſt: quia iſtud falſuz eſt. Nã ſicut mobile a deo nō poteſt vno determinato motu tã velociter moueri ꝙ̄ velociter deus poteſt ipſum ſimpliciter mouere: ſic etiam ⁊ deus vno determinato motu non poteſt lapidem tã velociter mouere: quantam velocitatem poteſt facere ſimpliciter in motu. Et quemadmoduz deus poteſt mobile mouere: ſecundum ſingulos velocitatis gradus: quos in motu poteſt facere: ſic etiã ⁊ mobile poteſt moueri a deo ſecunduz iſtos gradus ſingulos. Quia igitur deus non poteſt mouere vno motu ſic velociter: quin velocius mouere poſſit: de eo ꝙ ſic velociter mouet: ⁊ non velocius aut tardius ſumenda eſt ratio: non ex infinitate ſue potentie: que nunꝙ̄ poteſt per deciſionem temporis conſumi: ſed ex oꝛdine ⁊ inſtitutione ſapientie ⁊ voluntatis ſue: vt dicebat doctoꝛ noſter. Si autem adhuc arguatur: deus poteſt velocius mouere ꝙ̄ ſit iſta velocitas ⁊ adhuc velocius ꝙ̄ ſit illa: ⁊ ſic in infinitum: ergo in inſtanti: patet ſtatim ꝙ non debet ſic concludi: ſed ꝙ vltra omnem datam velocitatem motus poſſit facere velocitatem maioꝛem non autem ꝙ poſſit facere velocitatem motus inſtantaneã: quia hoc eſt recedere a genere velocitatis motus in aliđ genꝰ qđ ē cōmittere fallaciã figure dictiōis: vnde concludendum eſt: non eſt tranſire velocitates: ergo eſt in infinitum abire ꝙ concedimus. Nam ⁊ tempus eſt in infinitum diuiſibile.

**Patet autez ex dictis** Quomodo ⁊ ſequentia verba Tho. inconcuſſa ſtant. Si enim motoꝛ primus ſit virtutis infinite: quia tamen eſt extra: ⁊ ſupra magnitudines: neqꝫ magnitudo nec effectus aliquis in magnitudine receptus poteſt eius virtutē adequare: vnde velocitas motus infinita adequans hanc virtutem nullo modo clauditur in ratione motus: qui eſt effectus in magnitudine receptus: nec clauditur in potentia receptiua magnitudinis: quin immo talez velocitatem motus illa virtus ſimpliciter facere non poteſt: quia contradictionem implicat: ſicut etiam vt nihil pōt facere ꝙ totã eius potentiã adequet: propter implicationem contradictionum.

¶ Qō tertia.

**TErtio poſſet** Aliqs dubitare dato ꝙ deus non poſſit facere motus velocitatem in inſtanti: quia eã non poteſt mobile recipere: ⁊ quia fieri non poteſt ex eo ꝙ implicat contradictionem: verū poſſit corpus exiſtens in vno loco ſubito facere in alio: abſqꝫ omni motu: videtur enim ꝙ non: quia conditio corpoꝛis exigit: vt tranſeat de vno loco ad alium ſe commenſurando partibus ſpatij: qđ abſqꝫ motu fieri non poteſt.

**Ad iſtius qōnis** Euidentiã conſiderandū eſt ꝙ aliter entia ſe hñt ad motorē primū: ⁊ aliter ad alios. Nã motoꝛ primus

tor primus eis eſſe influit:et intelligēdo ⁊ volendo facit ea eē q̄n vult ⁊ vbi vult ꝙ motores alij facere non poſſunt. Et ſi corpus h̄ exiſtens vellet redigi in nichilum ſtatim iſtud fieret: ⁊ ſi vellet ipſum idem numero redire: ſiue in eodem loco:ſiue in alio:ſtatim iſtud totum fieret : ſicut quilibet ſapiens concedit. Iſtis igitur ſic ſuppoſitis videtur apparere aliqualiter quid ſit dicendum de queſtione iſta. Si enim intelligendo ⁊ volendo eſſe influit quibus vult ⁊ vbi vult ſi vellet corpori cui influit in hoc tempore eſſe in hoc loco:in vltimo inſtanti temporis eſſe influere in loco alio:videtur ꝙ in illo inſtanti tale corpus ſtatim ſumeret eſſe ibi:⁊ ibiq̧ exiſteret: ⁊ foret per conſequens de loco vno factum in alio ſubito: ⁊ in inſtanti:qđ tamen alij motores facere non poſſunt: eo ꝙ non faciunt corpus h̄ exiſtens eſſe alibi per influentiam eſſendi : ſed per influentiam motus:que fieri non poteſt in inſtanti.

**Argumentum autem** non valet:quia deus non poteſt ſolum in corpore h̄ facere ꝙ eſt ſecundum potentiam paſſiuam naturalem:vt alia agentia. Sed etiam poteſt multo plura correſpondentia corpori ſecundum potentiam obedientialem:qua natum eſt primo agenti in cunctis ad nutum obedire. Hanc igitur queſtionem h̄ non diſcutimus:ſed breuiter ponimus:quia non volumus pertinaciter aliquid de ipſa affirmare:ſed ſoluꝫ breuiter tangere:vt in ea legentes ſe exerceant.

¶ Q̄ō quarta.

**Quarto quia com**mẽtator hic ponit corpus celeſte non eſſe compoſitum ex materia ⁊ forma : ſed eſſe magis formam ſubſiſtentem:vt ſibi attribuitur:queritur vtrum iſtud habeat veritateꝫ videtur enim ꝙ ſic : quia materia ponit potentiam ad eſſe:ſed potentia ad eſſe:videtur ſecuꝫ ponere potentiam ad non eſſe:quia qđ habet potentiam ad eſſe tantum de ſe h̄ quantum eſt de ſe non eſt actu: vbi autem eſt potentia ad non eſſe ibi eſt neceſſario potẽtia ad corruptionem. Cum itaque in corpore celeſti non ſit potentia ad corruptionem:ſequitur ꝙ in ipſo non ſit materia.

**Ad iſtam queſtionem** eſt dicendum ꝙ neceſſarium eſt ponere corpus celeſte eſſe compoſitum ex materia ⁊ forma: cuius declaratio eſt:quia omnis forma ſubſiſtens ſine materia exiſtit per eſſentiam ſuam totam primo:quia forma eſt eſſentialiter actus : ⁊ actus eſt ratio eſſendi: vnde forma ſubſiſtens ſine materia tota exiſtit : ⁊ ſibi toti ipſa eius eſſentia tota eſt ratio eſſendi. Hoc autem de nullo corpore dici poteſt:ꝙ videlicet totum ſibi toti ſit ratio eſſendi:⁊ ꝙ totum ſit per totum : quia totum dicit omnes partes:⁊ per conſequens totuꝫ exiſtere per totũ idē eſt ꝙ oēs partes exiſtere ꝑ oēs ptes ⁊ per ꝯñs ꝙ exiſtat pars quelibꝫ per omnes partes tanq̄ per ſuas exiſtendi rationes. Id autem per qđ aliquid exiſtit non diſtat ab eo : ſed eſt coniunctum ſibi:pars ergo quelibet corporis erit ſingulis corporis partibus coniuncta : ⁊ ad nullam eorum habebit aliquam diſtantiam. Sublata autem partium diſtantia:neceſſario tollitur extẽſio per quā ſit pars vna extra aliam. Sublata auteꝫ extenſione tollitur magnitudo: ⁊ relinquitur quid impartibile ⁊ ſimplex. Si ergo impoſſibile eſt vllum corpus eſſe īpartibile impoſſibile eſt ꝙ vllum corpus totum ſtet per totum ⁊ ꝙ ſtet per eſſentiam ſuam totaꝫ primo: ſtabit ergo per aliquid ſui ⁊ non per totum. Si ergo omnis forma ſtans extra materiam ſtat per eſſentiam ſuam primo:⁊ ſic ipſa tota ſtat per ſe totam: ⁊ nullum corpus poteſt eſſe tale:vt probatum eſt: relinquitur euidentiſſime ꝙ nullum corpus poſſit ponere formam ſtātē ſine materia:ſed neceſſario ponit omne corpus formam in materia: de neceſſitate itaq̧ ⁊ corpora celeſtia: ⁊ omnia corpora ſunt cōpoſita ex mā ⁊ forma.

**Ad argumentum** Ergo in cōtrarium dicendum eſt ꝙ materia corporis celeſtis:ſic habet eſſe per formam vnaꝫ: ꝙ non poteſt habere eſſe per aliam: ⁊ ideo quamuis de ſe non ſit:ſed per formaꝫ: nō tñ iō pōt nō eſſe:qꝛ neq̧ pōt iſtā formā ꝑdere:cuꝫ ſic inclinetur in eā ꝙ nō inclinat̄ in priuationem eius eo ꝙ non habet inclinationem:vt dictum eſt: ad formam aliam iſtam non compatientem ſecum.

¶ Textus.

¶ De his autē que feruntur: bene ſe hꝫ dubitare ⁊c.

¶ Lectio. xix. ¶ Q̄ō prima.

**Hic poſſet aliquis** dubitare vtrum quieſcente motore qui non mouet niſi motus: neceſſariũ ſit mobile quieſcere: videtur enim ꝙ ſic: qꝛ motus eſt actio: actio autem nulla eſt actu niſi cuꝫ egreditur ab actu agente:igitur ⁊ nullus motus eſſe poteſt actu:niſi cum egreditur ab actu mouente : h̄ igitur quieſcente ⁊ non mouente: videtur ꝙ ſtatim mobile debeat quieſcere.

**Ad iſtam queſtionem** dicunt quidaꝫ ꝙ eſt duplex motus: vnus quideꝫ pure localis ⁊ alius coniunctus motui ad formam : ⁊ ſi loquamur de primo motu:tunc ſi mouens non mouet niſi moueatur: neceſſarium eſt ꝙ ipſo quieſcente ſtatim ceſſet motus. Si autem loquamur de motu ſecundo:non eſt neceſſarium ꝙ ſtatim mouente quieſcente motus deficiat: ſed durare poterit q̄diu durabit qualitas impreſſa:ad quā ſequitur motus in loco:quemadmodum ſi collidens duo corpora adinuicem multum calefaceret aerem:iſte aer calefactus ē collidente: ⁊ corporibus colliſis quieſcentibus ſurſum aſcenderet:niſi impediretur : ⁊ eodem modo eſt de aqua: que facta impulſione in ipſa : etiā impellẽte quieſcente mouetur.

**Sed iſta ſolutio** Non tollit dubitationem : quia dictum eſt ꝙ motus eſt actio mouentis : ⁊ per ſe notum eſt cuilibet : ꝙ actio non eſt actu:niſi cum ſit ab agente actu:quemadmodũ etiam calefactio tũc eſt actu:cum egreditur ab actu calefaciente: hoc autem deficiente actu calefacere deſinit calefactio progredi ab ipſo: ⁊ h̄ progreſſu deſinente:ſtatim deſinit corpus calefieri.

**Attendenduꝫ eſt itaqꝫ**

ad ſolutionē ꝙ deſinente mouente moueri ⁊ mouere contingere poteſt ꝙ motus maneat in ipſo mobili: vel ꝙ vna pars mobilis mouet aliam: propter virtutem ſibi impreſſaʒ a principali mouente: ſicut patet in aqua mota poſt percuſſioneʒ: in qua vna pars pulſa pellit aliam: ꝙ deſignāt ipſe circulationes ſibi ſuccedentes que in ea fiunt: vel etiam contingit motuʒ remanere eo ꝙ per formam mobili impreſſam a particulari mouente recipit determinationē virtus vniuerſalis generātis ad efficiendum iſtum motum: ſicut diximus ſupra de grauibus ⁊ leuibus. Si aūt neutro iſtorum modorum ſe habeat: nec alicui alteri imprimatur virtus: a quo ſicut a mouente actu egrediatur talis motus ſimpliciter erit impoſſibile ipſum remanere mouente quieſcente.

¶ Ad ſecunda.

Secundo aliquis poſſet dubitare de motu proiectorum. Non enim videtur poſſe ſaluari: per h' ꝙ vna pars aeris pellit aliam inſimul cum lapide vel cum ſagitta. Si enim ponamus ꝙ ſagitta ſit ab actu contra impetum magnorum ventorum emiſſa: mouebitur contra ventorum impetum nec tamen videtur ꝙ vna pars aeris cōtra impetū ventorum pellentium aerem ad oppoſitum tam diu poſſit mouere aliam: ⁊ illa aliam ꝙ diu durat tantus motus ſagitte.

Ad iſtam q̄ōnem Dicunt quidaʒ: propter iſtam rationem ⁊ alias conſimiles ꝙ motus proiectorum non ſaluatur: propter hanc ſucceſſiuam impulſionem aeris ab aere: vt dicit Ariſtote. ſed ſaluatur: propter vim quandam violentie impreſſaʒ corpori proiecto a proiiciente: ſicut etiam dicunt apparere manifeſtius in troco: cuius motus: quia non eſt rectus non poteſt dici ſic fieri: propter ſucceſſiuas impulſiones aeris ab aere. ¶ Sed iſta poſitio ſatis per dicta in precedenti queſtione patet eſſe inſufficiens: ſicut enim predictuʒ fuit: quia motus eſt actio mouentis: ⁊ īpoſſibile eſt eſſe actionē actu: niſi ꝙ diu progreditur ab aliquo agente actu īpoſſibile eſt actū eſſe ⁊ motum niſi ꝙ diu progreditur ab aliquo actu aliter mouente. Ipſum autem proiiciens dimiſſo corpe proiecto non eſt vlterius motum influens ſibi actu aliter: virtus etiam impulſionis non poteſt eſſe mouens: quia ipſa eſt accidens ꝙ receptum in mobili poteſt ſibi eſſe ratio ꝙ moueatur ab alio ⁊ non ꝙ rōne eius moueat ſeipſum. Et hoc quidem maxime neceſſarium eſt dicere de hac virtute que in ipſo mobili non ponit aliquam realitatem: ſed ſolum quandam intentionem cuiuſdam determinationis ad locum illum ad quē proiecta tendunt: quemadmoduʒ etiam virtus artis diffuſa p̄ inſtrꝫ motum ab artifice: non eſt niſi quedam intentio circulationis in inſtrumento ad determinatum effectum. Talis auteʒ intentio: propter debilitatem ſui eſſe ſtatim periret niſi per aliquod agens manutenens eā conſeruaretur: ſicut ⁊ dicta virtus deficit ab inſtrumento cum diſiungitur ab artifice. Non enim tales determinationes dicunt aliquid habens eſſe ratum: ſicut habent quantitas qualitas relatio: ⁊ alia talia quorū nullum in ipſa proiectione: videmus imprimi a proiiciente in corpore proiecto. Corpus etiam celeſte non poteſt dici ꝯſeruare impreſſam illam virtutē ⁊ facta determinatione eiꝰ per directionē proiicientis continuare proiectiōis motū. Non enī dicitur vſe generās conſeruare aliquid in eſſe niſi per continuam influentiam quā habet ſuper ipſum. Nā ⁊ pro tanto ponitur cauſa talium quantuʒ ad fieri ⁊ quantum ad eſſe. Quod autem conſeruatur per continuam influentiam vniuerſalis generantis: hoc influitur ab ipſo: vel rōne ſui: ſicut ſunt actiue qualitates ⁊ paſſiue elementorum: ⁊ alie conſimiles: vel ratione annexi: ſicut ſunt forme ſubſtantiales mixtoruʒ: ad quaruʒ conſeruationem facit per continuationem influentie: quā habet ſupra ipſas q̄litates mixtiōis. Quod aūt influitur a generante vniuerſali qd̄ eſt agens naturale: oportet quid naturale eſſe: virtus autem impreſſa a proiiciente ipſis corporibus proiectis nullam rem naturalem ponit: quia tunc motus proiectionis eſſet motus naturalis: hunc enim dicimus naturalem motum qui formam naturalem aliquaʒ conſequitur. Quia itaq̄ motus proiectionis non eſt motus naturalis: oportet dicere ꝙ virtus impulſionis impreſſa a corpore proiiciente: non manuteneatur in ipſo directe: ⁊ principaliter ex influentia vniuerſalis generantis: quamuis bene in hoc talis influentia inueniatur ſecundario ⁊ ex conſequenti facere: vt infra patebit: quia itaq̄ motus eſt actio mouentis: actio autem non eſt actu: niſi cuʒ ab actu mouente actualr̄ progreditur: proiiciens vero poſtꝙ dimiſerit proiectum remanet non actu mouens: virtus etiam impulſionis impreſſa proiecto non poteſt habere mouentis rationem: nec corpus proiectuʒ dici poteſt per illam virtutem mouere ſeipſum: ſed magis dicitur moueri ab eo ꝙ agit ad permanentiam talis virtutis ad ꝙ: vt oſtenſuʒ eſt: non directe agit vniuerſale generans: relinquitur ꝙ oportet dare aliquid aliud: ꝙ nō videtur eſſe poſſe niſi medium agēs ad dicte virtutis conſeruationem: ⁊ per conſequens influens motuʒ proiectis donec durat ipſe proiectionis motus. Nam in quolibet motu id inuenitur eſſe mouens ꝙ per ſuam actionem dat vel retinet viʒ ad quā ꝯſequitur motus. Propter iſta itaq̄ que dicta ſunt Ariſto. voluit reducere permanentiam motus proiectorū: poſt receſſum a proiiciente: in ipſuʒ medium: ſiue in actionem ⁊ paſſionem mediī: hoc autem per ipſam ſuam facilem fragilitatem ⁊ rarefactibilitatem ad motum huiuſmodi cooperatur: ſicut patet de aere qui eſt valde fragilis ⁊ faciliter rarefactibilis ⁊ condenſabilis. Credendum eſt enim ꝙ inſimul dum impellitur lapis impellitur fortiter aliqua pars aeris: que impulſa neceſſario impellit aliam: cū qua inſimul impellitur ⁊ lapis: ⁊ conſeruatur per hoc in ipſo virtus impulſionis ſibi impreſſa a proiiciente: ad hoc autem ꝙ iſte motus partium aeris non ſtatiʒ deficiat proiiciente quieſcente operatur ipſa rarefactio ⁊ condenſatio aeris. Impulſu enim facto a proiiciente rarefit aer in vna parte ⁊ cōdēſatur in alia. Hac autē condenſatione facta pars denſata vltra modum ſibi naturalem rediens ad naturam ſuam: ad qd̄ operatur influentia vniuerſalis generantis: diffunditur ſupra p̄tē aliaʒ verſus locū illū ad quē direxit īpulſio p̄iiciētis: ⁊ inſimul cū h' mouet̄ ⁊ defert̄ a p̄tibꝰ aeris: ⁊ impellit̄ corpꝰ p̄iectū

tam

tam diu donec impulſiones ⁊ diffuſiones manent ita fortes ꝙ motus aeris proueniens ex eis eſt velocior ꝗ̃ motus proprius ⁊ naturalis corporis proiecti. Tria ergo ſunt que neceſſario cooperantur ad ſaluandum ꝓiectionis motum: poſt receſſum a proiciente: quia rarefactio ⁊ condẽſatio partium medij: vltra ſuum naturalem modum: diffuſio partium ſupra partes inſimul cũ impulſione corporis proiecti: ⁊ priũ medij a partibꝰ ⁊ velocitas motus ipſiꝰ medij maior velocitate motus naturalis corpis ꝓiecti: ⁊ qꝛ ad dictã diffuſionẽ prium ſupra partes operatur: vt predictum eſt: iſfluentia vniuerſalis generantis: ideo ſecundario: ⁊ ex conſequenti operatur ad conſeruandum vim impulſionis ipſi proiecto corpori impreſſam. Concurrit ẽt in recto proiectionis motu contraſiſtentia aeris tracti ad locuꝫ ſciſſionis: vt dicitur ab alijs: quia aer ſciſſus vltra moduꝫ ſuum vehementius recluditur ⁊ trahitur ad locum ſciſſionis: per actionem primi continentis agentis toto poſſe ad tollendaꝫ vacuitatem: ⁊ diſſuitionẽ a corporibus infra ſuum ambitum contentis. Aer autem retractus ⁊ recluſus vehementer corpori proiecto contraſiſtit ipſumqꝫ contrapellit: vnde hoc etiam modo vniuerſale generans per ſuam actionem operatur ſecundario: ⁊ ex conſequenti: ad ſeruationem virtutis impreſſe corporibus proiectis a proiciente.

**Argumentum autem** factũ in contrariũ procedit ex falſa credulitate: ⁊ ex ſuſpitione: licet enim impetus ventoruꝫ in aliquo retardet motum aeris contra moti: ⁊ motum per conſequens ſagitte: per lineam tamen illam: per quam ſagitta mouetur eſt credendũ ꝙ flatus ventorum vincatur a forti ⁊ violento valde curſu aeris deſeruientis ad ſagitte motuꝫ vnde per illam lineam curſus violentꝰ aeris eſt iudicandus fortior ipſo impetu ventorũ: quamuis in alijs lineis vel partibus ventoꝝ ĩpetus preualeat. ¶ Quod autem de troco dicitur non valet: nam cum corde circũcingentes trocuꝫ fortiter ⁊ violenter: ac velociter diſſoluuntur: fit inſimul cum iſta veloci diſſolutione: velox ⁊ fortis circũuolutio: tam troci ꝗ̃ aeris circũſtantis trocum: ⁊ finita diſſolutione non finit̃ circũuolutio aeris ⁊ circũuoluta diffuſio partiuꝫ eius ſupra partes: ⁊ ex hoc proueniens circũuoluta aeris in illa parte vel in illis partibus rarefactio ⁊ ꝯdẽſatio: ſed manet: qua paulatim tendente ad debilitationem: neceſſe eſt deficere circũuolutionem troci. Sũt autẽ adhuc multa fantaſtica ingerentia dubitationem: que omnia explicare longum eſſet. Diligens tamen ⁊ intentus lector: per predicta: poterit de facili etiam ipſa intelligere.

¶ Textus.

¶ Quoniam autem in his que ſunt neceſſe eſt ſemper eſſe motum continuum ⁊c.

¶ Lectio nona. ¶ Quõ prima.

**HIc merito** poſſet aliqs querere: vtrum in intelligentijs ſeparatis contingat aſſignare aliquam virtutem aliam ab intellectu ⁊ volũtate: per quã motuꝫ influat mobilibus: videtur enim ꝙ non: quia dicuntur mouere intelligendo ⁊ volẽdo: ſed intelligere ⁊ velle nõ niſi per intellectum ⁊ voluntatem faciunt.

**Ad iſtius qõnis** euidentiam conſiderandum eſt ꝙ in primo motore talis queſtio non videtur habere locuꝫ Nam in ipſo non cadit diſtinctio ⁊ multiplicitas eſſentialis: quia quicquid eſt in eo ipſe eſt. Et tamen ſecũdũ ꝙ in ipſo attenditur infinita multitudo rationũ: ſecundum continentiam omnium perfectionum non impedientem eius ſimpliciſſimam vnitatem ⁊ vnitiſſimaꝫ ſimplicitatem: videtur hec queſtio in ipſo etiã habere locum. Et tamen non eſt continens difficultatem aliquã licꝫ enim vnum ſint omnia in ipſo: ⁊ ſapiẽtia ⁊ bonitas ⁊ virtus potentia motiua intellectus ⁊ voluntas eſſe viuere intelligere ⁊ velle: ⁊ ſic de ſingulis: que dici de perfectionibus: aut excogitari poſſunt: varie tamen ⁊ multipliciter: propter habendaꝫ tunc copiam ſue largitatis: hec ab ipſo diffundũtur: ob quã variã multiplicationem: de ſingulis perfectionibus conceptus proprios diſtinctos ⁊ varios formamus: ⁊ ideo ponimus rationum multiplicitatem: non obſtante itaqꝫ ineffabili ⁊ ſumma dei vnitate dicere poſſumus: ꝙ alterius rationis eſt intelligere ꝗ̃ velle: ⁊ alterius etiam rationis intelligere ⁊ velle ꝗ̃ mouere. Et quia ratio virtutis ſumitur ex ordine ad actum dicere poſſumus conuenienter ꝙ diuerſe rationes ſunt motiui volitiui itellectiui: qḋ patet ſiquis conetur reddere proprias ipſoruꝫ rationes Diceret enĩ ꝙ intellectiuuꝫ eſt quo intelligitur: volitiuũ eſt quo volitur: ⁊ motiuum eſt quo aliquid mouet̃: que tamen vna res ideo ſunt: quia hec ipſa tria vnus deus eſt: ab ipſo itaqꝫ motore primo deſcendentes ad motores alios: patet ſtatiꝫ ꝙ oportet dicere illa tria in ipſis eſſe diuerſarum rationum. Nam ſi non obſtante ſumma vnitate primi de itellectibus de ipſo dictis varias aſſignamus rationes: patet euidenter ꝙ de ipſis ẽt ad motores ſecũdos applicatis poterimus diuerſas rationes reddere: ⁊ tanto potius quanto plus recedunt ab vnitate primi.

**Et preterea** hoc patet etiã ſi inſpiciamꝰ ad ipſam actuum conditionem: nam actus intra manẽs ⁊ actus ad extra procedens omnino diuerſitatem habent ⁊ requirunt ſinguli propria principia. Nam ſi actus intra manentes diuerſi requirunt ꝓpria principia diuerſa cum ipſi maiorem idẽptitatem ⁊ conuenientiam ad ſe habeant ꝗ̃ actus intra manentes habeãt cum actibus tẽdentibꝰ ad extra: neceſſarium eſt ꝙ in iſtis etiã actibꝰ correſpõdeant principia propria diuerſa a principijs illorum vnde ſi intelligere ⁊ velle ĩ itelligẽtijs creatis ponũt numerum ⁊ diuerſitatem: neceſſarium eſt etiã ꝙ velle ⁊ mouere idem faciant.

**Et preterea** Si ad mouenduꝫ corpora in his itelligẽtijs non exigitur aliqua vis propria: ſed ſufficit ad hoc intellectus ⁊ volũtas: ita ꝙ hoc faciunt ſolum intelligendo ⁊ volendo: cum intelligere ⁊ velle poſſint abſqꝫ applicatione ſue ſubſtãtie ad corpora mobilia complere ⁊ perfecte facere potuerunt etiam ipſa mouere abſqꝫ ſue ſubſtantie ad ipſa applicatione: fruſtra enim applicatio poneretur: ſi ad hoc ipſum velle ⁊ intelligere ſufficeret.

**Et ſi dicatur** Quod ad hoc non exigit̃ applicatio ſubſtantie: ſed ſufficit ſola applicatio virtutis: patet ſtatim ꝙ hoc dictũ interimit ſeipſum. Non enim operantur operationem trãſeũtẽ extra mittẽdo virtutẽ: virtꝰ .n. aut fundat̃ in aliq̃ q̃litate abſoluta rei: aut fundat̃ ĩ eẽntia ipſiꝰ ꝑ ⁊ q̃ non ſeparatur a fundamento ſuo: neceſſariũ eſt: vt ibi neceſſario vbi ponitur virtus ponat̃: aut eſſentia ipſius rei: aut aliqua qualitas a re ipſa generata: que fundamentũ ſit virtutis. Hoc aũt ſcḋꝫ dare nõ poſſumꝰ de intelligẽtijs. Non enim eſt dare qualitatem aliquam extra intelligẽtias ab ipſis ĩmediate itelligẽtijs cauſatã: quia tunc ſtatim ſequeret̃ ꝙ ipſe ĩmediate poſſent ma

teriam ad formã tranſmutare: ꝙ ſupra iprobatum eſt. Neceſſarium eſt itaqꝫ dare primũ videlicet ꝙ ipſe met ſubſtãtie intelligẽtiaꝝ actu ſint in illis mobilib⁹: que per ſuas virtutes actualiter cõtingũt. Quia igitur hoc non oporteret ſi ad mouendum corpora ſufficerent tantum intellectus ⁊ voluntas: vt oſtendimus: relinquitur de neceſſitate concedendum ꝙ vltra intellectum ⁊ voluntatem viꝫ motiuam habeant.

ſe cõpletã ſpẽm ⁊ ſuppoſitũ: vñ ⁊ aĩa rõnalis ⁊ ſi poſſit
per ſe eẍiſtere: nõ hꝫ tamẽ de ſe ſuppoſitũ cõpletũ: neq3
cõpletã ſpẽm: qꝛ rõ eſt eẍiſtendi alicui alteri vtpote ma
terie cui⁹ eſt pfectio nãlis. Si aũt nulli eſſet rõ eẍiſten
di: ⁊ per ſe poſſet eẍiſtere ⁊ cõpletũ ſuppoſitũ ⁊ cõpletã
ſpẽm de ſe haberet: ſicut habent alie ſubſtantie ſepate.
Si igiẗ eſſentia materie nulli alteri eſſe põt rõ eẍiſten
di (vt oſtẽdimus) ſed ſibi ē rõ eius: qδ eſt poſſe actu eẍi
ſtere: neceſſario completũ ſuppoſitũ ⁊ completaꝫ ſpẽm
de ſe habebit: hoc autẽ eſt impoſſibile: qꝛ qδ de ſe ſpẽm
completã hꝫ: nullo mõ põt eſſe pars eſſentialis alteri⁹
ſpẽi: eſſentia vero materie multaꝝ ſpecieꝝ pars eſſen/
tialis eſt: nullo igitur modo eſſe põt actus in nullo rece
ptibilis: in ſe tamen eẍiſtere potẽs: nõ eſt igiẗ eſſentia
materie aliquis actus ſubſtantie: cũ vniuerſaliter ois
talis actus ratio ſit eẍiſtendi ſimpliciter.

*Cõfirmaẗ primo.* PRETEREA Impoſſibile eſt aliqd vnũ ⁊ idẽ
eſſe eſſentialiter actũ ⁊ eẽntial'r
potẽtiã: cũ rõnes actus ⁊ potẽtie ſint ſibi iuicẽ repugnã
tes. Si igiẗ mã eſſential'r ſiue de ſua eſſentia hꝫ: ꝙ ſit
in actu ſubſtãtifico: nullo mõ eẽ poterit ad actũ ſubſtã
tificũ eſſential'r in potẽtia: ſed accñtal'r ſolũ: ⁊ ſic actui
ſubſtãtifico ſolũ accidẽtaliter cõiungeẗ: ⁊ ꝑ ꝯñs eẍ con
iunctione eius: cũ actu predicto: nõ fiet quidditas vna
eſſential'r: ſed ſolum accñtaliter. Quidditas igiẗ ſube
cuiuſlibet corporee: erit vna accidentaliter ⁊ nõ eſſen
tialiter: qδ cũ ſit abſurdũ: oino abſurdũ eſt dicere: etiã
ꝙ eſſentia materie ſit actus ſubſtantificus.

*Secundo.* PRETEREA Omne qδ eſt in determinato ⁊
cõpleto gradu ſube: eſt ſuba cor/
porea vel incorporea: oẽ aũt qδ in ſua eſſentia actũ ſub
ſtantificũ hꝫ: vel eſt ſubſtantificus actus: in nulla ma
teria receptibilis eſt de ſe in determinato ⁊ completo
gradu ſubſtãtie: ꝑpter id ꝙ diſtinctio determinatoruꝫ
⁊ cõpletoꝝ graduum ſubſtãtie: ſumiẗ ẜm realẽ diſtin
ctionẽ ſubſtantificoꝝ actuũ. Si ergo eẽntia materie q̃
nõ ē in aliq̃ mã receptibilis: eſt actus ſubſtãtificus: ne
ceſſario erit in determinato ⁊ completo gradu ſube: ⁊
per ꝯñs eſt corporea vel incorpea ſuba. Nõ põt aũt eſſe
ſuba corporea: qꝛ ois talis ſuba i ſua eẽntia cõpoſita ē
eẍ mã ⁊ forma: eſſentia ꝟo prime materie ſubterfugit
cõpoſitionẽ materie ⁊ forme: in determinato etiã ⁊ cõ
pleto gradu ſubſtãtie incorpee eſſe nõ põt: qꝛ oẽ qδ tale
eſt: ſuba intellectualis: ſpũalis ⁊ imãlis eſt. Mã aũt nõ
eſt ſuba talis: qn poti⁹ eſt ſuba corporea in potentia: ſi
cut etiã in potẽtia formã corporalẽ hꝫ: igiẗ ipſa in nul
lo gradu cõpleto ſube eſſe põt: ⁊ ꝑ ꝯñs eius eẽntia nul
lus actus ſubſtãtificus eſt.

*Tertio.* ET PRETEREA Illud cuius eẽntia ē ponibi
lis in multis cõpletis gradi
bus ſube: nõ ē de ſua eẽntia i vno determiato ſube gra
du: ſed eſſentia materie ponibilis eſt in m̃ltis gradib⁹
ſube: vtputa in oibus cõpletis gradibus ſube corpee:
igiẗ ipſa nõ põt eſſe in vno ſube gradu determiato ⁊ cõ
*Reſpõſio* pleto: ergo nec ſubſtãtificus actus eſt. Si dicaẗ: ꝙ ipſa
eſt ſubſtãtificus actus ſꝫ icõpletus: ⁊ iõ nõ eſt in cõple
*Contra.* to ſube gradu: apparet ſtatim ꝙ hoc ē impoſſibile. In
eſſentia eteni nullius ſube ꝯtingit dare gradũ ⁊ gradũ
qꝛ ois talis eẽntia deduci põt δ vno gradu ad aliũ gra
dũ ⁊ ſic ſuſcipe magis ⁊ minus: qδ de ſuba dici nõ po
teſt: vñ gradus cuiuſlibet ſubſtantie ꝯſiſtunt in indiui
ſibili ⁊ pfectus eſt de ſua eẽntiali pfectione: vnde ſi eẽn
tia materie eſt actus ſubſtãtificus de ſe completus ⁊ ꝑ
fectus erit neceſſario: nec vlterius vllo modo deduci po
terit ad vlteriorem eſſentialem perfectionem.

PRETEREA Quidditas cuiuſlibet ſube cor/ *Quarto.*
poree eſt cõpoſita eẍ eẽntia mãe:
⁊ eẍ eẽntia forme: ſi igiẗ eẽntia materie ē ſubſtãtificus
act⁹: cũ etiã eſſentia forme ſubalis ſit actus ſubſtãtifi/
cus etiã qdditas cuiuſlibet ſube corpee cõpoſita erit eẍ
duob⁹ actib⁹ ſubſtãtificis: qδ eſt incõueniẽs: cũ eſſen
tia ſubſtãtie corporee ſit vna ⁊ nunq̃ eẍ duobus actib⁹
fieri poſſit qdditas vna eſſential'r. Incõueniẽs eſt igi
tur eſſentiã materie eſſe actum aliquem.

PRETEREA Sicut ois actus quãtũcũq3 imꝑ *Quinto.*
fectus: eſt aliquo mõ rõ eẽndi in
actu: ſic etiam ois actus ſubſtantificus eſt rõ eſſendi
ſimpl'r: q̃tũcũq3 ſit infimus actus: qꝛ alias non eſſet
actus ſubalis. Si igiẗ eſſentia materie eſt actus ſubſtã
tie ipſa neceſſario erit rõ eẍñdi ſimpl'r. Eſt autẽ ⁊ for
ma ſubalis huius rõ: igitur eſſentia ſube corporee ha/
bebit in ſe duas rõnes eẍiſtendi ſimpl'r. Quodlibet igi
tur ſuppoſitũ talis ſube de ſua nã habere poterit duo
eẍiſtere ſimpl'r. Et tunc aut vnũ numero ſuppoſitũ ha
bebit duo eẍiſtere ſimpliciciter: aut quodlibet ſuppoſi
tum ſubſtantie corporee erit duo ſuppoſita: quod totũ
eſt abſurdum: igitur abſurdũ eſt oino: ꝙ eſſentia mate/
rie ſit actus ſubſtantia.

PRETEREA Unũquodq3 ſic ſe habet ad poſſe *Sexto.*
intelligi: ſicut ſe hꝫ ad eſſe: ħ aũt
non eſt intelligere de eẽ actuali: qꝛ ſi hoc eſſet: tunc cum *Et dupleẍ*
quidditas ſpẽi nõ poſſit habere eſſe actuale ſine ipſius
ſingularibus: non poſſet vllo mõ intelligi ſingularib⁹
nõ itellectis: qδ falſum eſt cum ſpẽs de ſe ſit intelligibi
lis. Eſt igitur illud intelligenduꝫ de eſſe quidditatiuo
qδ ſpẽs de ſe habet: eſſe aũt qdditatiuũ eſt ipſa eſſentia
per diffinitionẽ rei ſignificata. Et qꝛ actus eſt rõ eſſen/
di vnicuiq3: ⁊ per cõſequẽs eſt etiã rõ intelligendi: ideo
oẽ illud cuius eẽntia: vel quidditatiuũ eſſe eſt ſubſtãti
ficus actus: q̃ eſt rõ eſſendi ſimpl'r: vel in ſe: talẽ actũ in
cludit: eſt de ſe itelligibile ſimpl'r: vel eſt rõ itelligendi
rem cuius ipſum ē pars eſſentialis. Mã aũt de ſe nõ ē
ſimpl'r itelligibilis: nec eſt rõ itelligendi aliquid: quin
potius hꝫ impedire intelligibilitatẽ: qꝛ tanto aliquid
eſt magis itelligibile: q̃to magis eſt a mã eleuatũ: igiẗ
eẽntia materie: nec actus ſubſtãtificus eſt: nec actũ ſub
ſtantificum habet intrinſecũ: ſed eſt pura potentia: vt
ſic merito dicaẗ: nõ poſſe al'r itelligi: ꝙ per ordinem ad
formã ſubſtantialẽ: qꝛ v'l'r potẽtia non põt intelligi ni
ſi per ordinem ad actũ: nihil autẽ eſt oino dicere ꝙ ⁊ ſi
materia in ſua eſſentia non ſit potentia: eſt tñ ens in po
tentia propter illud ꝙ potentia ad formã ſequitur eius
eſſentiã: ⁊ ideo non poteſt ꝑ ſe intelligi: ſed intelligiẗ ꝑ
ordinẽ ad formã: ad quã eſt in potentia: nulla eteni res
intelligiẗ intellectu ſimplici: per illud: qδ cadit vel cõ/
ſequitur ipſius eſſentiã: ſed vnaqueq3 intelligiẗ per id
qδ eſt i ſua eẽntia: nõ itellecto eo qδ cõſequiẗ ipaꝫ: quã
tumcũq3 hoc eẽntiã inſepabiliter ꝯſequiẗ. Si igiẗ eẽn
tia materie nõ eſt ipſa potẽtia: ſed ipſam cõſequiẗ potẽ
tia ad formã ſpecialẽ intelligi poterit intellectu ſimpli
ci: nõ intellecta potẽtia ad formã: nec etiã intellecto or
dine ad ipſam: ⁊ cũ nõ intellecta potentia que eſſentiã
cõſequiẗ: remaneat in appꝛehenſione intellectus ipſa eẽn
tia ẜm

tia:ſm illud qđ in ſe eſt ⁊ abſoluta:oꝫ tũc neceſſario di
cere:ꝙ eẽntia materie ſit de ſe abſolute itelligibilis: qđ
eſt oĩno abſurdũ:igiť oĩo abſurdũ ẽ dicere:ꝙ ipſa eẽn
tia materie nõ ſit potentia pura. Et ſic cõpleta eſt ſcđa
via declarandi ꝓpoſitũ:ſumpta ex diuiſione entis per
actũ potentiam ⁊ compoſitũ. ❡ Uerũ:qꝛ ad ꝓbatam
Due diffi cultates ſuper ſunt. veritatẽ quedã difficultates ꝯſequi videnť:reſtat nũc
igitur illas remouere. ❡ Sciendũ eſt ergo: ꝙ precipue
due magne difficultates videnť eſſe contra determina
tam poſitionem.

Prima. Et prima quidez ꝓuenit ex eo ꝙ nulla for
ma diciť alicuius rei ꝑfectio niſi
altero duoꝝ modoꝝ:aut enĩ eſt perfectio ipſius: ſm id
ꝙ ipſa res eſt in ſua eſſentia:qđ eſſe non põt:niſi forma
ſit de eſſentia rei:aut eſt perfectio eius nõ ſm illud ꝙ ip
ſa res in ſe eſt:ſed ſm ꝙ eſt in potentia ad formã ipſaz:
⁊ tunc talis potentia nullo modo in re ipſa manet apđ
preſentiã forme:ſicut ſanitas que non eſt perfectio hu
moris ſm id quod humor in ſe eſt:ſed ſm ꝙ ſit potẽtia
ſanus adiuncta actu alteri humori:excludit ab ipõ po
tentiã predictã: humor enĩ actu ſubiectus ſanitati:nõ
eſt in potentia ad ſanitatẽ:⁊ ſic talis potentia neceſſa
rio eſt aliud ab humore:forma autẽ ſubſtantialis non
eſt de eſſentia materie:⁊ per cõſequens nõ eſt perfectio
eius:ſm illud ꝙ materia in ſua eẽntia eſt: relinquitur
itaq ꝙ ſit actus eius ⁊ perfectio eius ſm qđ eſt in potẽ
tia ad formã:hec aũt potẽtia:forma adueniente non re
manet:qꝛ quãdo materia actu formã habet:non eſt ad
ipſam in potentia:ſicut nec ſanguis ſanus iã eſt in po
tẽtia ad ſanitatẽ. Et ex hoc aũt ſeq videť: ꝙ ſicut poten
tia ad ſanitatẽ:aliud eſt oĩno ab eſſe ſanguinis:ſic etiaz
⁊ potẽtia ad formã:aliud eſt oĩno ab eẽntia materie.

Secunda. Secunda difficultas eſſe vi
deť que
Opĩo com mẽtatoris prouenit ex eo:ꝙ ſi potentia illiꝰ (vt quidã dicunt) ad
dit realitatem aliquã ſupra eſſentiã rei:cuius eſt poten
tia:ſed ſolũ reſpectũ ad actũ:ita videlicet ꝙ ipã eẽntia
abſolute ꝯſiderata:nõ dř potentia:accepta vero cuz re
ſpectu ad actũ:potẽtia diciť:cũ etiã reſpectꝰ ad formaz
nõ ſit eẽntia materie:quare ipſa ſm ꝙ eſt in ſua eẽntia
diciť potẽtia potius q̃ eſſentia alterius ſubſtantie di
cať eſſe ſua potẽtia: cũ vĩr reſpectus ad actũ nõ ſit eẽn
Reſponſio ad difficultates. tia alicuius ſubſtantie. ❡ Ut ergo iſte difficultates re
mouean ť:ꝯſiderandũ eſt q̃rũ ad itellectũ difficultatis
prime: ꝙ in oĩbus ſubijcibilibus alicui actui nõ autez
Ad ꝑmaz. ſubis ſemꝑ inuenimus ꝓprijſſime duo:qꝛ hoc qđ dř
potẽtia actus vel forma:⁊ hoc qđ in ſe recipit actu for
mã ⁊ potẽtia formã. Idẽ eſt oĩno id in quo quãq eſt po
tentia forma:⁊ quãq actu forma:⁊ hoc quidem ſicut eſt
aliud ab hoc:quod dicitur actu forma: ſic eſt aliud ab
hoc:quod dicitur potentia forma:qꝛ alias idem recipe
ret ſeipſum:⁊ eſſet ĩn potentia ad ſeipſum: quod totuz
eſt impoſſibile:nam actu forma ⁊ potentia forma: ſunt
omnino vna ⁊ eadez res:differentibus modis accepta
Mãifeſtat ꝑ exẽpla inuentum. hoc autem per exempla euidenter oñditur. In ſangui
ne etenĩ:qui quãq eſt ſanitati ſubiectus:quãq nõ:inue
nitur potẽtia ſanitas:⁊ ipſe ſanguis in quo eſt ſanitas
potentia vel actu:⁊ ſanguis quidẽ nõ eſt actu nec potẽ
tia ſanitas:ſed in ſe hꝫ actu vel potentia ſanitatem.
❡ Alteriꝰ autẽ cõſiderandũ eſt:ꝙ actu ſanitas ⁊ potẽ
tia ſanitas:⁊ ſi vna res ſint:opponunť tñ ſibi inuicez
propter oppoſitionẽ modorũ ſub quibus accipiuntur:
nam potentia ſolũ ſanitas tollit actualitatez ſanitatis:
I. Meta phy. textu co. 17. quã ponit actu ſanitas: ⁊ quia oppoſita ſimul eſſe nõ
poſſunt id circo adueniente actu ſanitate ipſi ſanguini
tollitur ab ipſo potẽtia ſanitas:que nõ eſt actu ſanitas

⁊ vniuerſaliter ſic ſe hꝫ de actu forma:⁊ potẽtia forma:
Q̃uis autẽ actu forma opponatur potentia forme: non
tñ illi põt opponi in quo recipiť:qꝛ vnuz oppoſitorum
in alio recipi nõ poteſt:hoc igitur viſo ex parte actu for
me ⁊ potẽtia forme. Ulterius ex parte eius: quod vtri
q ſubijcitur:eſt cõſiderandũ:ꝙ hoc neceſſario oꝫ ꝙ ſit
ens aliquod in rerũ natura ponibile. Quod enim non
eſt ens ponibile actu in rerũ natura nõ põt ſubijci for
me actu in reꝝ nã ponibili. Inuenimus autez talẽ di
uerſitatem ex parte huius receptiui:quoddaz eſt enim
taliter ſe habens ad formam in ipſo receptibilez: quod
per ipſam non eſt ponibile actu in nã reruz: ſed potius
in tali actu ponibile eſt per ſuam nãm: ſicut ſanguis
nõ poniť in actu eſſendi per ſanitatem:ſed per ſuaz for
mam naturalẽ. Quoddã vero aliud eſt:qđ nullo modo
eſt actu ponibile in nã niſi per formã in ipſo receptibilẽ
eo ꝙ nihil habet quod ſit ſibi ratio eẽndi in natura:ni
ſi formam:que eſt rõ eſſendi in actu: Et qꝛ ſic diciť vnũ
quodq ens:ſicut ponibile eſt actu in natura rerũ:eo ꝙ
eſſe reale ens:⁊ eſſe actu in reꝝ natura ponibile:ſibi in
uicẽ cõuertunť:idcirco illud qđ in ſua nã hꝫ aliquid:
quod ſibi eſt rõ exiſtendi actu in rerũ nã:dici põt de ſe
etiã ſubtracta forma in ipſo receptibili ens actu vel eti
am actus: ſicut ſanguis etiam ſanitate ſubtracta eſt
ens actu:⁊ ſuba ſeparata:⁊ vĩr forma ens actus:quod
autem ſubtracta forma in ſua eſſentia non habet illud
quod eſt rõ exiſtendi in nã rerũ:de ſua eſſentia non põt
dici ens actu neq ens actus: ſed qꝛ de ſua eſſentia ha
bet ꝙ poſſit cõiungi forme:⁊ ſic tandem exiſtere:de ſua
eſſentia habet ꝙ ſit potentia ens:nam potentia eſt vna
de differentijs entis:⁊ qꝛ de ſua eſſentia non hꝫ ꝙ reci
piat actũ eẽndi:ſed h̄ hꝫ ꝑ formã ſibi ꝯiunctã: que eſt
rõ exiſtendi:ideo cũ in actu eſſendi poniť: eſt ens actu
per formã:nõ ꝑ ſuã eſſentiã:⁊ per conſequens ſua eſſen
tia etiã coniuncta forme remanet:potentia poſita tñ in
actu:qꝛ coniuncta forme:que eſt rõ exñdi in actu. Sic
igiť in receptione forme accidẽtalis eſt quãq potẽtia for
ma:⁊ hoc tolliť cũ in ipõ efficiť actu forma: eſt etiã ibi
⁊ nã vel eẽntia receptiui:q̄ eſt ens actu vel ens actus:⁊
hoc nunq̃ ꝑ formã tolliť:ſed ꝑ ipſam ꝑficiť inq̃rũ ip
ſam recipiẽdo actu:acquirit ꝑfectionẽ: quã hr̃e nõ di
cebať cũ formã habebat ſolũ in potẽtia:nõ aũt ſic ipſa
ꝑficiť: ꝙ ꝑ eã in actu eſſendi ponať: nec etiã in ſpẽ. In
receptiuo aũt forme ſubalis eſt quãq potẽtia forma:⁊ h̄
non eſt eſſe receptiui:qꝛ potentia forma: ⁊ actu forma:
ſunt vna res:eſſentia vero materie alia res eſt a forma
⁊ per ꝯñs a potentia forma:vñ ⁊ hoc ab ipſo receptiuo
tollitur:cũ in ipſo efficitur actu forma:eſt etiaz in rece
ptiuo huius forme:⁊ ipſa eſſentia receptiui que eſt eti
am potentia:ſed non potentia forma:ſed potẽtia con
iungibilis forme:nã eẽntia huiꝰ receptiui (vt dictũ ẽ)
nõ eſt ſm ſe ponibilis in actu eſſendi: ſed ſm formam
cui coniungibilis eſt:⁊ iõ ipſa non eſt ens actu vel ens
actus:ſed ens potẽtia:cõpoſitũ vero eſt ens actu: qꝛ de
ſua eſſentia habet ꝙ ſit imediate ponibile ſub actu eẽn
di:forma igiť ſubſtantialis non eſt de eſſentia materie
⁊ tamẽ dř ipſam ꝑficere ſm illud qđ eſt qꝛ ſm illud qđ
eſt habet ꝙ ſit ponibilis ſub actu eſſendi:non tamen ni
ſi per formã:⁊ in ſpẽ ſĩr:in quibus oĩbus actu poniť
cũ in ipſa eſt actu forma: ⁊ ideo cum in ea eſt potentia
forma:adueniente igitur actu forma:tollitur potentia
forma:ſed potẽtia cõiungibilis forme:que eſt ipſa eẽn
tia materie non tolliť: ſed perficitur modis predictis
⁊ ſic iam remota eſt prima difficultas.

Ad itelligẽtiã autẽ ſcđe difficultatis Ad ſcđaz:
ſciẽdũ eſt:ꝙ res cui con

uenit ratio ꝑdicamēti: ⁊ ꝙ eſt vera res a ratitudīne di
cta anologū eſt ad oēm rē: ⁊ ad omne eſſe in creaturis.
Et pōt dupľr diſtingui: qꝛ vel ex pte ipſius rei: vel ex p
te eſſe quod rei cōuenit: Et ex pte quidē rei cui conuenit
eſſe res diſtinguiť tripľr ſm triplicem rez abſolutā. ſ. — *Res tripliciter diſtinguitur ex parte rei.*
ſubē: ꝗtitatis ⁊ ꝗlitatis: ⁊ iſte gdē res diuerſe ſunt: ⁊
ſic repugnātes: ꝙ vna nō pōt eſſe alia: nā ꝑdicamētuz
ſubē eſt res in ſe exiſtēs: ⁊ nullo mō inherēs. Alie vero
ſūt res inherētes: ꝟ diuerſimode: qꝛ ꝗtitatis ꝓpriū ē i
herere ꝑmodū mēſurātis: ꝗlitatis āt ꝑ modū afficiētis
Iſti āt tres mōi eēndi ſūt ſibi iuicē repugnātes: ita vz
ꝙ res: que hꝫ vnū nō pōt habere aliū ꝓpter h̄ vna pre
dictaꝝ rerū nullo mō pōt eſſe alia. Ex pte aūt ipſi⁹ eſſe
quod rei cōuenit: diſtinguūť res etiā tripliciter penes
triplicē modū eſſendi: qui reperiť in reb⁹: aut eniz rei
cōuenit eſſe in ſe: aut in alio: aut in ordine ad aliud ſeu
in ſe ſiſtendo: in alio inherēdo: ad aliud iclinando: ⁊ pe
nes hoc ſumunť tres modi predicamentoꝝ. ſ. ſubſtan
tie: accidentiū abſolutoꝝ: ⁊ relatiuoꝝ: ⁊ duo ꝑmi ſunt
oīno repugnātes: nec fieri pñt circa eandē rē (vt dictū
eſt.) Tertius aūt modus diſpatus eſt ab vtroqꝫ priorū
ſed nulli repugnās: qꝛ ſe bene circa idē cōpatiunť: nā
⁊ rei cui conuenit eſſe in ſe: ⁊ rei cui cōuenit eſſe in alio
cōuenit etiā eē ad aliud: ſed hoc eē ad aliud diſtinguiť
ſm diuerſos modos i. vij. ꝑdicamēta: quoꝝ. vi. ſ. actio
⁊ paſſio: qñ: vbi ſitus ⁊ habitus: fundanť ſolū ſuꝑ rez
quātitatis: lꝫ nō fundenť ſuꝑ ꝗntitatē eiuſdē ſpēi: ꝓ
pter qō ſūt ꝑdicamēta accñtiū pure: ꝑdicamētū aūt re
lationis ⁊ ſuꝑ rem ſubſtātie ⁊ quātitatis ⁊ qualitatis
fundať: nec dr̄ ꝑdicamētū accñtis: niſi pro quāto fun
dať ſuꝑ accñtis predicamentuz: nec tñ dici dꝫ predica
mentū ſubē: inquantū ſuper ſubē rē fundať niſi intel
ligať: ꝙ hoc nomen ſubā vt eſt nomen ſecūde intentio
nis: ſit ſumptū a mō eſſendi in ſe: ita ꝙ nō in alio: non
ſolū abſolute: ſed etiā ad aliud: vt ſm hoc res ſubſtan
tie pertineat ad duo predicamenta. ſ. ad ſubſtantiā pro
prie dictam: ⁊ ad relationē fundatā ſuper rē ſubſtātie
quemadmodū accñs: ꝓut eſt nomē ſecūde intentionis
ſumptū a mō eſſendi in altero: pōt dupľr intelligi. ſ. ab
ſolute ſm ꝙ eſt res vtpote quātitas vel qualitas: vľ ad
aliud ſm qō eſt res ꝑdicamenti relationis: ⁊ ſic hoc no
mē accñs ꝯuenit tribus predicamentis. ſ. quātitati: ꝗ
litati: relationi: inquantum fundatur in rebus vtriſqꝫ
¶ His ergo ſic nunc breuiter dictis: eſt vlterius ſcien
dū: ꝙ res q̄ eſt ſubā: vel quātitas: vel ꝗlitas: pōt qñqꝫ
ſic ſe habere: vt tale eē gditatiuū hēat: vt per ipꝫ neceſ
ſario ſit ad aliud. Nā (vt dictū eſt) modus eſſendi in ſe
⁊ modus eſſendi ad aliud circa vnā ⁊ eandē rē: imedia
te attendi pñt. Siľr aūt ⁊ modus eſſendi in alio: ⁊ mo
dus eēndi ad aliud: ſi igiť res ſe hēat mō quo diximꝰ:
tunc neceſſario ipſa res ꝑ ſuū eſſe quiditatiuū: habebit
ꝙ ſit relatiuū: ⁊ qꝛ nulla res intelligiť: niſi intelligen
do eſſe quiditatiuū ipſius: eſſe aūt gditatiuuz talis rei
(vt ſupponimus) nō ſolū eſt in ſe vel in alio: ſed etiam
neceſſario ad aliud: talis res intelligi nō poterit niſi in
telligať ad aliud. Sꝫ ſcia ſm illud qō eſt: eſt ꝗlitas in
ſubō: ⁊ ſm illud ad qō eſt: referť ad ſcibile: vñ ſm illud
ad qō eſt relatiuū eſt: nec itelligi pōt: qn intelligať ad
ſcibile depēdere. Si aūt illud ad qō res ſic dr̄: ſit actus
tunc ipſa res ꝑ illud: qō eſt diceť illud relatiuū: qō eſt
potētia: ſicut viſus: qꝛ ꝑ id qō eſt: dr̄ aliud viſibile: qō ē
ꝑfectiuū ipſius: ſm illud qō eſt: dr̄ potētia: nō quidē qꝛ
ſit potētia ſpēs viſibilis: cui ſubijciť: ꝟ qꝛ eēntialr ē po
tētia viſiua: ſicut ꝑ illud qō ē ēt ad aliud: vt ad viſibile
eſt. Et ſic mā prima ꝑ illud ipſum quod in ſua eſſentia
eſt ens: nō in alio eſt: ⁊ ſic ſubā eſt. Itē ꝑ idipſuz ꝙ in
ſua eſſentia eſt ad actum ſubſtantificū ē: ⁊ ſic relatiuuz
quod ē potētia: ſubſtātifica ē: qñ ergo dr̄: ꝙ eſſentia ma
terie nō eſt reſpectus ad actū: dicenduz: ꝙ hoc ipm qō
eſt eſſentia materie reſpicit actū: ⁊ iō h̄ ipſum quod eſt
potētia eſt. Res aūt cuius eētia hoc ipm quod ē non
reſpicit actū mō ꝑdicto: nō ē hoc ipſuz quod in ſua eēn
tia potentia eſt: ⁊ ſic declarata eſt ſecunda difficultas. — Co.9
¶ Ex ꝑdictis iā pꝫ quō auctoritas phi aſſumpta ꝺ ter
tio phyſicoꝝ: ſit itelligenda: nō eni forma ſubālis ſic eſt
actus materie ſꝫ illud qō ipſa mā eſt: ꝙ ſit de eētia ei⁹
ſed qꝛ mā ſm illud quod eſt: ponibilis eſt ꝑ formam: ⁊
in ſpē: ⁊ ſub actu eſſendi: ⁊ ꝑ formā ſibi actu coniunctā
⁊ qꝛ in eē ſic poniť ipſa forma merito dr̄ actus eius: ſm
illud quod eſt: quod nō poteſt dici de forma ſtatue re
ſpectu eris: nec de forma ſanitatis: reſpectu ſāguinis.
¶ Ad alia autē argumēta nō ē difficile reſpondere: nā
primū iā ſolutū ē ex dictis: potētia eni forma abijciť:
vel cedit adueniente actu forma: ꝟ potētia cōiungibilis
forme: q̄ ſubijciť actu forme: ⁊ potētia forme non abij
ciť. ¶ Ad ſcōm dicēdū ꝙ potētia nālis q̄ ē ꝑncipiū ali
cui⁹ act⁹ accñtalis: poniť i ꝑdicamēto ꝗlitatꝫ: ⁊ ñ illa q̄
eſt ꝑncipiū ⁊ pars ſubē: ꝗlis ē eētia māe q̄ ē ꝑs gddita
tis cōpoſite ex potentia ⁊ actu. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ
potentia: que ē eſſentia materie dicit carentiā actus in
trinſeci nō aūt extrinſeci: ⁊ cum ꝯiungiť quidē forme:
actus intrinſeci carentiā quā dicebat retinet: qꝛ nunqꝫ
forma ſic cōiungitur materie: ꝙ fiat vel eētia vel pars
eſſentie eius: ⁊ ideo ſemper talis eētia retinet poten
tiam: etiaz coniuncta actui: vt ſic merito quiditas ſub
ſtantie corporee cōpoſita dicať ex potētia ⁊ actu ſed po
tentia forma: q̄ accidit huic potentie: que eſt eētia ma
terie: dicit carentiā etiaz act⁹ extriſeci a materie eētia
⁊ iō tali actu aduenięte māe tolliť: ⁊ nō manet. ¶ Ad
ꝗrtū dicēdū: ꝙ h̄ ipm: qō ſignificat nomen potētie ē in
ꝑdicamēto relatiōis: nō ſicut relatio: ſed ſicut relatiuū:
relō. n. eſt ipſe reſpect⁹ quo vnū referť ad aliō: reſpctūs
aūt ad actū: nec eſt potētia actiua: nec potētia paſſiua:
ſed potētia actiua eſt ꝑncipiū agendi: ⁊ potētia paſſiua
eſt ꝑncipiū patiendi: ⁊ vtrūqꝫ iſtoꝝ principioꝝ aliquo
reſpectu referť ad alteꝝ. Et eētia quidē materie bene
eſt in ꝑdicamēto relōnis: ſicut qd relatū ad actū ⁊ ſi nō
ſit relatio: nec eni ſibi inuicē repugnāt eē ſubam ⁊ eē re
latiuū (vt ſupra dictū ē.) ¶ Ad qntū dicēdū: ꝙ eētia
materie dr̄ ſubā: ex eo qō nō eſt in ſubō: dr̄ aūt potētia
ex eo: qō ē ad actū: ⁊ ꝑ idē eē qditatiuū: mā habet vtrū
qꝫ. Idē eteni eētialiter eſt: qō in nullo ſubiecto ē ⁊ qō
ad actū eſt: ꝓpter ꝑmā aūt rōnē mā hꝫ ꝙ ſit ſubſtā
tia: nō tñ determinata ⁊ diſtincta ab alijs ſubſtantijs
qꝛ ſubſtātie cōe eſt non eē in ſubiecto. Ex ſecūda autez
rōne habet: ꝙ ſit ſubſtantia materia: ⁊ nō ſubā forma
nec ſubā compoſitum: vnde ſiquis vult intelligere ſub
ſtantiam que ē materia: oportet ꝙ intelligat eētiaz in
clinatā ad actū ſubſtātificū: nec talis ſubā aliū ꝓpriū
itellectū habere pōt. Eſſentia igiť materie. ſub ratiōe
qua ē ſubā diſtincta a ſubā q̄ eſt actus: ⁊ a ſubſtantia q̄
eſt cōpoſitū: eſt potētia: ⁊ ſi ab eadē rōne non habeat ꝙ
ſit ſubā ſimpľr ⁊ ꝙ ſit ſubſtantia potētia. ¶ Ad. vi. di
cendum: ꝙ eſſentia materie generabiliū nō diciť vna
numero de ſe: qꝛ hēat in ſe formā facientē ipſā eſſe vnā
ab alijs rebus numero diſtinctam: ſed potius dicitur
vna per abnegationē omniū formarū ipſam in diuer
ſis ſpecie vel numero diſtinguentiū: ſiľr aūt ſub diuer
ſis formis poſita eſt numero alia: ⁊ alia ⁊ vna ⁊ eadem
numero: prius ſtans ſub vna forma: etiaz poſtea ſtare
pōt ſub alia. ¶ Ad. vij. dicendū. ꝙ mā non eſt in gene
re: ſicut ſpecies: ſed ſicut pars ſpēi. ¶ Ad. viij. dicēduz
ꝙ quia

ꝙ qꝛ mā eſt ſubſtantia diſtincta a ſubſtantia compoſita: ⁊ ab illo ꝑncipio ſubſtātie: quod eſt actus: oꝫ neceſſario ꝙ cū ipſa in rōne ſubſtātie cōueniat cum vtroqꝫ per aliquā rōnē ꝓpriā diſtinguatᷣ ab eis: diſtinguitᷣ aūt per eſſe potentiā: ⁊ eſſe quidē potentiā: oꝫ ꝙ ei ſit intrinſecum ⁊ eſſentiale: ſi diſtinctio debet eſſe eſſentialis qꝛ ꝑ illud qđ eſt extrinſecum eſſentie: non fit niſi diſtinctio accidentalis: nec tñ iō ſubſtantia eſt genus materie qꝛ ſubſtātie diſtinctio ꝑ eſſe actū ⁊ eſſe potentiā ⁊ eē cōpoſitū: ē diſtinctio nō vniuoci: qlis oꝫ eſſe diſtinctio generis: ſed anologi. ¶ Ad. ix. dicendū ꝙ ſuppoſitū ſpeciei non oꝫ eſſe pars ſuppoſiti ſubſiſtentis: ſed potius debet eſſe per ſe ſubſiſtens: cū eſt. ſ. ſubſtantia ab alijs diſtincta: Cū igitᷣ materie ſub formis ſtantes non ſint ſuppoſita ſubſiſtentia: ſed partes ſuppoſitorū: oportet etiā ꝙ eſſentia materie de ipſis ꝑdicate: ſit ſpeciei ꝑs: ⁊ nō ſpēs: qꝛ ſicut ſe hꝫ hoc ad h: ita ⁊ ſimplex quidditas ad ſimplicem quidditatē. ¶ Ad. x. dicendū: ꝙ dimēſio interminata preintellecta in mā omni forma ſubſtantiali remota nō eſt niſi potentia ad quantitatē terminatā nihil aūt ꝓhibet potētia ſubam: ſubiectum eſſe eius ꝙ eſt potētia quātitas: ſed iſta qđ alibi melius diſcutietᷣ. ¶ Ad. xi. dicendū: ꝙ ſuſtentamentū qđ nō eſt potentia ſuba: ſed eſt ſuba altiori mō: eſt ſuſtentamētū ſolius forme accidētalis: ſed forma ſubalis non eſt forma accidētalis: ⁊ iō nō pōt recipi niſi in ſuba: cuiꝰ eſſe eſt pura potētia. ¶ Ad. xij. dicendū: ꝙ mā de ſua eſſentia: dᷣ potētia: qꝛ ſua eſſentia: nec actꝰ nec ex actu etiaꝫ alio cōponitᷣ: talis aūt remanet (vt ſupra dictū eſt) etiā qñ ſub forma ponitᷣ: ſꝫm aūt ꝙ mā dᷣ in potētia habēs formā aliquā: qñ ipſaꝫ hꝫ actu: nō remanet plus potētia: que eſt eſſentia materie in potētia ad ipſam: ſed ſibi actu ſubijcitᷣ: vñ talis potētia reſpcū illiꝰ forme non remanet in potentia: nec iō tñ (vt dictū eſt) ipſa materie eſſentia: nō oꝫ dici potētia: qꝛ ⁊ cōiuncta forme ⁊ nō cōiuncta: dᷣ potentia: ⁊ nō cōiuncta nō ſolū dicitᷣ potentia: ſed in potentia ad formā: cōiuncta ꝟo nō ſic: ſed dᷣ potentia formā actu habēs. ¶ Ad. xiij. dicendū ꝙ eſſe eſſentie ⁊ eēntia: idē ſūt ⁊ eēntia māe qꝛ (vt diximus) potētia eſt: ſemꝑ ipſam in actu eſſe reſpcū talis eſſentie eſt ſemꝑ i actu eſſe potētiā: ⁊ ſic magis arguitᷣ ꝓpoſitū ꝙ̄ oppoſitū. ¶ Ad. xiiij. dicendū: ꝙ illa eēntia dici pōt actus qdditatiuꝰ: q̄ ē ſimplex actus: ⁊ nō q̄ ē pura potētia: aut cōpoſita ex potētia ⁊ actu qdditatiuo: ⁊ eēntia qdē māe eſt (vt diximꝰ) pura potētia: ⁊ talē eēntiā bene hēre pōt illō: qđ de ſe qdditatiuū actū nō hꝫ. ¶ Ad xv. dicēdū: ꝙ cū eſſe eēntie ſit idē cū eſſentia: ſi eēntia ē potentia: ⁊ eſſe eēntie erit potētia: actus aūt dici nō poterit niſi forte equiuoce. ¶ Ad. xvj. dicendū: ꝙ ⁊ ſi forma per gñationē ꝓducatᷣ: ⁊ nō mā: qꝛ tñ forma eſt rō eſſendi ipſi māe ⁊ nō ecōuerſo: ipſa mā a forma in eſſendo magis depēdet: ꝙ̄ forma a mā vñ ⁊ poſſet deus formā in eſſe ſine mā ꝓducere ⁊ cōſeruare: nō aūt ecōuerſo. ¶ Ad. xvij. dicēdū: ꝙ oē qđ eſt effectus ꝑmi in ſe productus: vel ꝓducibilis hꝫ aliquē actū: ſed ipſa mā in ſe extra cōpoſitū: nō eſt ꝓducta: vel ꝓducibilis. ¶ Ad xviij. dicēdū: ꝙ qcqd ē res ab alio diſtincta: ⁊ nō in aliud ordinata de ſe abſolute ideā in deo hꝫ. Mā aūt ⁊ ſi res ſit de ſe a forma diſtincta: eſt tñ de ſe in ipſam ordinata: ⁊ ideo ideā in deo habere oꝫ ꝑ ordinē ad formaꝫ: qđ aūt ſic in deo ideā habet: pura potentia eſſe poteſt. ¶ Ad. xix. dicendū: ꝙ ipſa eēntia materie ꝑ ſe ipſam ⁊ rōnem hꝫ abſoluti ꝓpter illū eſſendi modū: quo eſſe dᷣ nō in alio: ⁊ ſic ſubſtantia eſt: ⁊ rōnē habet relatiui vel relati: ꝓpter illū eſſendi modū: quo ad formam inclinatur: ⁊ ſic dᷣ ſuba potētia: ⁊ ſic eſt ibi dare abſolutū ⁊ relatiuum. ¶ Ad. xx. dicendum: ꝙ potentia formarꝫ non eſt eſſentia materie: nec eſt vna ſed multiplex ſꝫm multiplicationē formarꝫ. potētia vero cōiungibilis forme eſt eſſentia materie: ⁊ eſt vna oium generabilium. ¶ Ad vltimum dicendū: ꝙ cōmentator fuit opinionis contrarie: ⁊ ideo ſua auctoritas in ꝓpoſito nō recipitᷣ.

## ¶ Queſtio quinta.

Quinta queſtio eſt. ¶ Utrū neceſſariū ſit ponere in mā inchoationes formarꝫ. Et videtᷣ ꝙ ſic beatus .n. Aug. de libero arbitrio dicit ſic: Si forme ꝑfectio bona eſt: nō nullum etiā bonū eſt forme ichoatio: ꝑ hoc ergo ꝙ diſtinguit inchoationē forme a ꝑfectione eiꝰ: pꝫ ꝙ ichoationes formarꝫ ſūt. Pria rō.

Preterea Idem ſuꝑ gen̄. caplo ſcđo dicit. Ois res qcqd ꝓgreſſu nāli per tpa ꝯgrua ꝓdit atqꝫ explicat: et ante cōtinebat occultū: ⁊ ſi nō ſpē vel mole corꝑis: in genere tñ ⁊ rōne nature. Ratio aūt nāe: qđ formale dicit ⁊ nō qđ nāle: ergo ante generationē: forme quodāmō occulte in mā: de q̄ educuntᷣ: neceſſario cōtinentᷣ. Scda rō. ¶ Preterea forma: aut educitᷣ ꝑ ſe: aut ꝑ accidēs: ſi ꝑ ſe: cū nihil eius ſit in mā: oꝫ dicere ꝙ creetᷣ: ⁊ ſic agens nāle creat. Si aūt ꝑ accidēs ꝓducitᷣ: ⁊ nihil eiꝰ eſt in mā: ḡ ſaltem ꝑ accñs creatᷣ: ⁊ ſic et ꝑ iſtā viā excludi nō poterit creatio. Tertia rō. ¶ Preterea ois res q̄ deꝰ nō eſt: creatura ē: ſꝫ ſi forme nō ſunt cōcreate māe: ⁊ vna queqꝫ res id qđ ē: ꝑ formam eſt: lꝫ mā ponatᷣ creata: nulla tñ res habens formā: q̄ educitᷣ de potētia māe: dici poterit creatura: cū illud qđ ē in ea potiſſimū: nō ponatur a deo creatū: hoc aūt eſt falſum ⁊ inconueniens: ergo illud ex quo ſequitur: conueniēs eſt igitur ponere formas materie concreatas. Qrta rō. ¶ Preterea violentuꝫ eſt: quod eſt a principio extrinſeco nil cōferente vim paſſo. Cum igitur nihil forme ſit in materia: nec i iſta materia reſpectu cuiuſcunqꝫ forme ſit maior aptitudo: ꝙ̄ reſpectu anime intellectiue: tunc nulla generatio erit naturalis: ſed omnis violenta. Qnta rō. ¶ Preterea Sanguis eſt potentia caro: ⁊ non lapis: aut igitur iſta potentia eſt in ſanguine ratione forme ſanguinis: ⁊ ſic forma ſanguinis appeteret corruptionem propriam aut ratione priuationis forme carnis: ⁊ ſic etiaꝫ priuatio appeteret ſui deſtructionem: aut ratione ipſiꝰ materie: ſed materia in ſe cōſiderata non eſt plus in potentia ad formam carnis ꝙ̄ lapidis: non ergo ratione materie. Cum ergo ita ſit determinata ad formam carnis: ꝙ non lapidis: relinquitur hoc eſſe non poſſe: niſi quia in materia que eſt ſub forma ſan: eſt inchoata forma carnis. Sexta rō. ¶ Preterea omne quod eſt in potentia materie: educitur de potentia materie. Si igitur eſſe in potentia materie eſt eſſe ſolum in pura potentia paſſiua: cum anima intellectiua ſit in tali potentia materie educetur de ipſa: ⁊ erit corruptibilis. Minoris autem declaratio eſt: qꝛ potētia: que eſt in mā dicitur naturalis: alias generatio hois naturalis non eſſet. Cum igitur generatio hois naturalis ſit: eius aia erit in nāli potētia materie. vij. ratio. ¶ Preterea eſſentia materie de ſe reſpicit equalr oēs formas. Cū igitᷣ poſita ſub aliq̄ forma determinate ſe hēat magis ad hoc qđ de ipſa vna educitᷣ: ꝙ̄ alia: oꝫ ꝙ ꝑ aliud iſta determinatio fiat: nō fit aūt per agens intendens ꝓducere ſibi ſile: qꝛ anteqꝫ agens mouere incipiat materiā ad formā ſue ſpēi: illa determinatio in mā inuenitᷣ: nō fit etiā ꝑ formā ſub q̄ eſt mā conſtituta: qꝛ cū ois forma ſubalis imediate recipiatur in eſſentia materie: ⁊ in ipſo ponat priuationē ois forme ſubſtantialis ſibi repugnantis: non magis mā hꝫ ab ipſa ꝙ in vnā ichinetᷣ ꝙ̄ in alias: videtᷣ ergo h eſſe ſolū viij. ratio.

Reſp ōſo. q: mā ſub vna forma ſtante: ꝯtingit eē plures gradus
forme vnius ꝙ̄ alterius. Si di. ꝙ hec determinatio ꝓ
cedit ex maiori conuenientia diſpōnum forme ſtantis
in materia ad diſpōes forme vnius ꝙ̄ alterius

ix. ratio. Contra **Contra quanto** forme q̄ ſūt diſpō
nuꝫ ꝑncipia: ma
gis ſibi cōueniūt: tāto cōueniētiores eſſe debēt ⁊ diſpō
nes eaꝝ. Cōſtat aūt ꝙ oīs aīa oī aīe magis conuenit ꝙ̄
cōueniat aīa cū alia forma: q̄ nō ē ꝑncipiū vite: ergo ⁊
diſpōnes aīatoꝝ: magis ſibi ꝯueniūt: ꝙ̄ diſpōnes vni
us aīati ꝯueniāt diſpōnibꝰ inaīatoꝝ ⁊ tū videmꝰ ma
teriā: q̄ ſtat ſub forma iaīati: magis determiari ad aīaꝫ
alicuiꝰ: ꝙ̄ māꝫ q̄ ſtat ſub forma alicꝰ aīatoꝝ ad formaꝫ
alteriꝰ aīati: igiꝉ h̄ nō ꝓcedit ex diſpōnū ꝯueniētia: ſ
ſolū ex cā ꝑaſſignata. ¶ Preterea ꝑncipiū nālis tran
x. ratio. ſmutetōis: nō pōt eē pure nihil: ē aūt ꝑuatio ꝑncipiuꝫ
trāſmutatiōis ꝑdicte: nō dꝫ igiꝉ ponere purā carētiaꝫ
forme: q̄ ē nihil: pōit ḡ neceſſario aliqd forme iducēde
nō eni ē ꝑncipiū trāſmutationis ad formā: q̄ abijciꝉ: ſ
potius ad formā: q̄ ad illius abiectionē iduciꝉ: ¶ Pre
terea Ari. i ſcdo phyſicoꝝ diſtiguens nāꝫ dic: ꝙ ſpēs ē
xi. ratio. Co. xj. magis nā ꝙ̄ mā: addit aūt poſtea: ꝙ ꝑuatio ē quodam
mō ſpēs: h̄ aūt nō pōt eē: ſi ꝑuatio q̄ ē ꝑncipiū trāſmu
xij. ratio. tatōis eēt pure nihil. ¶ Preterea in artificialibꝰ: q: ip
ſoꝝ ꝑncipiū actiuū ē extra: ꝑuatio forme iducēde nihil
ponit de forma. In nālibꝰ ḡ quoꝝ ꝑncipiū ē intra: vi
xiij. ratio. deꝉ ꝙ d̄beat aliqd ponere. ¶ Preterea forme artificia
les: q̄ ſūt i mā nō ſūt actiue ⁊ paſſiue: ⁊ iō in mā artifi
cialiū nō pōt poni: ꝙ ſit aliq̄ ꝑs forme q̄ coagat motori:
ſ forme nāles ꝯ̄rio actiue ſūt ⁊ paſſiue: ⁊ iō videꝉ poſ
ſe poni in mā aliqd de forma nāli: qd̄ coagat motori ex
xiiij. ratio. Co. 86. trinſeco. ¶ Preterea Ari. i ſcdo phyſicoꝝ dic: ꝙ ſi eēt i
ligno virtꝰ nauis factiua: ſilr arti nā feciſſet: ꝑ h̄ igiꝉ vi
deꝉ: ꝙ nālia habeāt i mā de q̄ fiūt: aliqd̄ ſue ꝑfectionis
xv. ratio. ꝑncipiū. ¶ Preterea artificialia dicunꝉ a cōmētatoꝛ
ſuꝑ v̄bo ꝑdicto fieri a ꝑncipio extriſeco: nālia v̄o a ꝑn
Co. 86. cipio itriſeco: ḡ idē qd̄ prius. ¶ Si dicas: ꝙ nālia hn̄t
Reſpōſio. principium intriſecum paſſiuum: ⁊ non actiuum.

xvj. ratio. Contra. **Contra principiū** extriſecū a quo
artificialia fiūt
eſt ꝑncipiū actiuū: igiꝉ ⁊ ꝑncipiū itrinſecū a quo nālia
fiūt: dꝫ eē actiuū: alias nō differrēt ꝑ hr̄e ꝑncipiū extri
ſecū ⁊ nō extriſecū: nā ⁊ hr̄e ꝑncipiū paſſiuū itrinſecū:
cōuenit vtriſqꝫ. ¶ Et ꝑterea nō ꝓprie dr̄ aliqd fieri ab
xvij. ratio eo qd̄ in ſua factiōe ē paſſiuū: ſ potiꝰ ab eo qd̄ in ipſo ē
actiuū: vn̄ cū dr̄ aliqd fieri ex tali re: ł ex tali: reſpiē ꝑn
cipiū māle. Cū aūt dr̄ fieri a re tali: daꝉ intelligi ꝑnci
xviij. rō. Co. j. piū actiuū. ¶ Preterea i ſcdo phyſicoꝝ dr̄: ꝙ ars ⁊ mo
tus ⁊ ſꝫ artē: ꝑ accn̄s ꝯiūgunꝉ in eodē: ꝑncipiū v̄o nā
lis motꝰ ⁊ motꝰ ipē ꝯiūgunꝉ in eodē ꝑ ſe: h̄ aūt nō itel
ligiꝉ de ꝑncipio paſſiuo: q: vtrobiqꝫ ꝑncipiū paſſiuū
⁊ motꝰ ꝯtingit neceſſario eē ꝯiuncta: cū motꝰ dari nō
poſſit ſine mobili: itelligiꝉ ergo ſolū de actiuo ꝑncipio.
¶ Preterea qd̄ educiꝉ de mā: neceſſe ē in mā ꝑfuiſſe ſꝫ
xix. ratio. oēs forme māles de mā educunꝉ: igꝉ oēs āte gn̄ationeꝫ
in mā ꝑexiſtūt: ¶ Preterea cū corrumpiꝉ cōpoſitū: for
xx. ratio. ma cōpoſiti: aut cedit in nihil: aut in aliqd: nō i nihil:
q: ſicē ex nihilo nihil fit: ſic ēt nulla res corrumpiꝉ in ni
hil: cedit ergo i aliqd: ⁊ ſic etiā pꝰ corruptionē cōpoſiti
xxj. ratio. aliqd forme remanet i mā ꝑma. ¶ Preterea corrupto
cōpoſito ⁊ aīa remanēte. potērie q̄ erāt ꝑfectiones cōpo
ſiti quātū ad ſingula organa in aīa remanent radicali
ter: ⁊ hoc mō ſibi ꝯcreate fuerūt. ergo ⁊ ſilr corrupto cō
poſito: ⁊ mā remanēte: forma ſubālis in materia rema
net radicaliter: ⁊ ſic ſibi extitit concreata: ſed illa radix
eſt ratio ſeminalis: ⁊ inchoatio forme: igiꝉ inchoatio

nes formarum ſunt in materia.

**In contrarium eſt** quod beatuſ
augꝰ dicit i In oppoſi
libro de libero arbitrio. Sicut (inqt) mutabile dicimꝰ rum.
qd̄ mutari pōt: ita formale: qd̄ formari pōt appellaue
riꝫ: ⁊ poſtea adiungit: nulla aūt res formare ſeipaꝫ pōt
q: nulla res pōt ſibi dare qd̄ nō hēt. Ex hoc ḡ ꝑꝫ ꝙ ipoſ
ſibile eſt aliqd forme eē in mā: q̄ moueat ad ſui ꝓductio
nē. ¶ Preterea idē in eodē ſic ait: Oēm reꝫ niſi mēſurā
numeꝝ: ⁊ ordinē videris: deo artifici tribueꝉ: ne cūcte
ris: vn̄ aūt iſta penitꝰ detraxeris me oīo remanebit: q:
⁊ ſi remāſerit aliq̄ forme alicuiꝰ ichoatio: vbi neqꝫ mē
ſurā neqꝫ numeꝝ neqꝫ ordinē inuenias: q: vbicūqꝫ iſta
ſūt: forma ꝑfecta ē: oꝫ ēt ꝙ auferas ipſaꝫ forme incboa
tionē: que tāqꝫ materies ſubiacere videꝉ artifici. Si āt
vbicūqꝫ iſta ſūt: nihil oīo remanet cū inchoatio forme
nō ſit forma ꝑfecta: tria ꝑdicta in ipſa nō inuenienꝉ: ex
quo ſeqꝉ: ꝙ ichoatio forme nihil ſit. ¶ Preterea qcqd
eſt infra māꝫ ꝑmā eſt oīo nihil: qcqd aūt ē ſupra: ē ſim
plex ens: inducēdo ſub iſto mō ſubam ⁊ accn̄s: qcqd āt
eſt pura potētia: eſt mā ꝑma: ſi ergo ē aliq̄ ichoatio for
me in mā: aut eſt ifra māꝫ ꝑmā: ⁊ ſic eēt pure nihil: aut
eſt pura potētia: ⁊ ſic ē idē qd̄ mā ꝑma: aut ē ſupra: ⁊ ſic
eſt ſimplex ens: ⁊ ſic ſequeꝉ: ꝙ forme ꝯ̄rie ſint ſil̄ actu in
eodē: qd̄ ē ipoſſibile: ergo nulla eſt forme ichoatio i mā.
¶ Rn̄deo ad huiꝰ itelligētiā qōnis ſciēdū ē: ꝙ cū de ꝓ Reſpōſio
greſſu formaꝝ in eſſe apud antiquos due opiones ꝯ̄rie
habenꝉ. ¶ Vna qdē dicētiū: formas ſbales oēs: ab ex
trinſeco ꝓuenire. ¶ Alia v̄o dicētiū eas ꝓuenire tota Opio pla.
liter ab itrinſeco. ¶ Ari. vtrāqꝫ opionē reprobās: me Opio ana
diāqꝫ viā eligēs: poſuit eas nec totalr ꝓcedere ab extri xagore: ⁊
ſeco: nec totalr ab itriſeco: ſꝫ ꝑti ab itus: ⁊ ꝑti ab ex̄: vt multorum
ſic forme: ⁊ de mā educanꝉ: ⁊ v̄tute agētiū nāliū: ꝓgre moderno/
dianꝉ ad eſſe: hāc igiꝉ poſitionē: vtpote pre ceteris ma rum.
gis ꝯſonā v̄itati: poſteriores eligētes: circa ipaꝫ diuer
ſimode ꝓceſſerūt. ¶ Quidā nāqꝫ dixerūt formas ſuba
les oēs de mā educibiles quātū ad aliqd ſue eēntie: i ip Opio quo
ſa ꝑexiſtere ante gn̄ationē: quātū vero ad aliqd: de ſua rūdā Ana
eēntia: eas ꝓuenire ad actū: ꝑ actionē ꝑncipaliter exte xagoreoꝝ.
rioris agētis. ¶ Quidā vero volūt ipſas quātū ad to
tā ſuā eſſentiā ꝑexiſtere in mā: ſub quodā eſſe imꝑfecto: Opio al/
ad eſſe vero ꝑfectū (ſm eos) deducunꝉ ab agente nāli. berti
¶ Alij vero dicūt: eas nec q̄ntū ad totā ſuā eēntiā nec
quantū ad partē ipſius: in mā actu preexiſtere: ſed po Opio. S.
tētia ſolū: de qua virtute agētis (ſm eos) ꝓducunꝉ ad Tho.
actū. ¶ Quātū āt ad euidētiā ꝑme opionis: ſciēdū ē: ꝙ
in quibuſdā formis accn̄talibus: ſic videmus: ꝙ in ſua
eēntia gradus diuerſos habēt: ad vnā tn̄ ⁊ eādē ſpēm
ꝑtinētes: ſicut apparet in albedine: ⁊ i formis ſuſcipiē
tibꝰ magis ⁊ minus. Albedo eni ſm gradus diuerſos
ſue nature ꝑticipaꝉ a diuerſis: nec tn̄ ꝓpter illoꝝ gra
duū diuerſitatē: ipſa albedo in diuerſis eſt diuerſarum
ſpecieꝝ: ſed vnius tm̄: ꝓpter illō ꝙ magis ⁊ minus al
bū: in participādo albedinē: nō diuerſificat ſpēm. Et
in talibꝰ quidē formis videmꝰ: ꝙ nō ſtatim cū aliqua
eaꝝ poniꝉ in ſubiecto: neceſſariū eſt: ꝙ in ipſo ponatur
ſm totā ſue nature ꝑfectionē: qn potius ibi pōt exiſtere
ſub gradu imꝑfecto ſue nature ſolū. Et huiꝰ quidē rō
eſt: q: ⁊ ſi talis forma nāliter eſſe habeat i tali ſubiecto:
nō tn̄ ē nata exiſtere: niſi in ſubiecto depurato a diſpō
ne ꝯ̄ria: ⁊ inde eſt: ꝙ ſi ſubm inuenerit ꝑfecte a diſpōne
contraria depuratū: ſm quod ꝑmittit poſſibilitas na
turalis: erit ibi forma ſub gradu ſue nature perfecto
ſm ꝙ ipſam eſt poſſibile in talibus reperiri. Si autēꝫ
ab hac diſpoſitione: ſubiectum fuerit minus perfecte
abſolutum: formā habebit ſub gradu ſue nature imꝑ
fecto

fecto tm̄: ab hoc autē gradu: ſi ipſa forma accidēralis
deduci debeat ad gradū perfectiorē: oꝫ neceſſario (ſm
iſtos) ꝙ ibi duo cōcurrāt: qꝛ ⁊ actio motoris extrinſeci
⁊ actio forme in ſubiecto inchoate: ipſi motori extrinſe
co quō coagentis. Cōcurrit ſi quidē ibi actio motoris
extrinſeci: diſpoſitionē forme ꝑdicte ꝯtrariā remouen-
tis a ſubiecto: ⁊ formā ipſam paulatim de gradu imp-
fecto ad magis ac magis ꝑfectū deducētis. Concurrit
etiā ibi ⁊ actio ipſiꝰ forme in ſubiecto inchoate. Cū eni
talis forma cōtrarietatē habeat ad formā abijciendā:
⁊ vnū cōtrarioꝝ naturaliter natū ſit expellere reliquū
motori extrinſeco ipſa quodāmodo coagit ad expulſio
nē diſpōis: vel forme ſibi cōtrarie: coagendo aūt ad ex-
pulſionē ipſius: coagit ex cōſequenti ⁊ q̄ſi per accidens
ad ſui deductionē de impfecto gradu ad gradū ꝑfectio
rē. Sicut eni ſupra dictū eſt: tāto magis ſubm ad ipſiꝰ
ꝑfectionē deducit: quāto magis abſoluit ab accidēte
cōtrario: ſicut aūt in iſtis formis accidēralibus eſſe vi-
det: ſic etiā (ſm iſtos) eſt ⁊ in oībus formis ſubſtāriali-
bus: ꝑ viā nālis trāſmutationis educibilibus de mā.
Oēs eteni (ſm iſtoꝝ poſitionē) forme ſubſtantiales ſic
de mā educibiles: ꝑ nām in ſua eſſentia gradus diuer-
ſos habent ad vnā: ⁊ eandē ſpeciē ptinentes: ſub q̄bus
oībus ipſe nate ſunt exiſtere in materia. Verꝝ qꝛ forma
ſubſtārialis nō habet eſſe in materia: quōcūꝙ accepta:
ſed ſolū in materia diſpoſita: actus eni actiuoꝝ: ſunt in
patiēte ⁊ diſpoſito: idcirco ſi mā fuerit ad talē formam
perfecte diſpoſita ipſam perfecte ſiue ſub gradu perfe-
cto de neceſſitate habebit: ſi vero diſpoſita perfecte ad
ipſam non fuerit: ſub perfecto gradu nequaꝙ̄ habebit
habere tamē eam poterit ſub imperfecto gradu ſue na
ture: ⁊ quia nunꝙ̄ in materia generabilium ad formā
aliquā diſpoſitionē talem poſſumus inuenire: que ab
ipſa poſſit excludere omnes gradus diſpoſitionum ad
formas alias: idcirco (vt dicunt) talē materiā nunꝙ̄
poſſent ponere ſic ſtare ſub aliqua forma: ꝙ abijci poſ-
ſint ab ipſa alie forme ſubſtantiales: quantum ad om
nes gradus ſue nature: quin potius quemadmodū in
mā cuiuſlibet neceſſaria eſt diſpoſitio ad formā qualī-
bet: ſub quodā gradu diſpōnis ipfecto: ſic ēt (inquūt)
⁊ in mā formata quacunꝙ forma inchoata: eſt forma
ſubſtārialis cuiuſlibet alterius rei generabilis ſub quo
dā gradu impꝑfecto ſue nature: a quo ſi deduci debeat
ad gradū ꝑfectū: cōcurret ibi neceſſario ⁊ actio extrin-
ſeci motoris: ⁊ etiā actio forme extrinſeco coagētis mo
tori: eo mō qui ſupra de formis accidēralibus eſt recita
tus: talis eſt ergo iſtoꝝ extranea opio. ¶ Rationes aūt
quas ꝓ ſe adducūt ſūt in obiectionibꝰ recitate: ⁊ iō ad
preſens iterum eas adducere ſuperfluum eſt.

Iſta opio eſt ꝯ phs.

**Siquis autem** Vellet oſtendere hanc opionē eſſe ꝯtra phiā, non multū ſibi difficile eſſet: precipue cum Ari. dicat Subſtantiam omnino non ſuſcipere magis ⁊ minus.

In predicamentis.

**Item quod in ſubſtātia** nō eſt motꝰ. ¶ Itē ꝙ ſpēs ſubſtāriaꝝ: ſunt ſic ſpēs nu-
meroꝝ: quaꝝ rō in idiuiſibili ꝯſiſtit. Et ꝙ forma ſubā-
lis nō introducit in tpe in māꝫ ſꝫ in inſtanti: ⁊ plura
his ſilia. ¶ Verū qꝛ eis phi verba nō ſapiūt: ſed ipſa
aſſerūt ſimplr eē falſa: tentabimus ꝯtra eos etiā ex ap-
parentibꝰ ad ſenſū ꝓcedere: oſtēdētes ꝑ ſenſibilia: que ſe-
quūt: poſſint ſuam pōnē ꝯſpicere eſſe falſā. ¶ Pro-
cedemꝰ aūt ꝯtra ipſos hoc ordine: vt pmo (ſicut ſuffice
re putamꝰ) ad pñs oñdamus ꝙ forma ſubālis nō pōt
magis ⁊ minus ſuſcipe ⁊ ꝙ in ſua eēntia gradū ⁊ gra
dū (vt eā habere dicunt) nō hꝫ. ¶ Scdo dato ꝙ ea ha-

Contra principalē opinionē primus modus arguitur.

bere gradū ⁊ gradū poſſit: tm̄ oēs ſimul eē i aliq pte ma
terie: ſub gradibꝰ iperfectis nō pñt. ¶ Tertio ꝙ dato
eos ſic exiſtere i mā ponāt: coagere tm̄ motori nō valēt.
¶ Quarto ꝙ cōceſſo etiā ꝙ motori coagāt: tm̄ difficul
tatē nō fugiūt: quā ꝑ ſuam pōnem fugere ſe credebāt.
¶ Quātuꝫ ad pmū ꝯſiderādū eſt: ꝙ i oībus formis op
poſitis ſuſcipiētibꝰ magis ⁊ minus: ita eſt ꝙ ſimul cū
inducit aliqd de ꝑfectione vnius: abijcit etiā neceſſa-
rio aliqd de ꝑfectione alterius: ſicut ſimul cū inducitur
aliqd de ꝑfectione albedinis: abijcitur etiā aliquid de
ꝑfectiōe nigredinis: huiꝰ aūt rō eſt: qꝛ cū ꝑfectiones ta
liū formaꝝ: ſint ſibi inuicē repugnātes: ſi cū iducit ali
qd de ꝑfectiōe vnius: nō ſimul abijceret aliqd de ꝑfe-
ctione alteriꝰ: oppoſita ⁊ repugātia ſtarent inſimul in
eodē: qđ eē nō pōt. Sſr aūt eadē rōne videmus: ꝙ cū ꝑ
ꝯtinuā graduū forme vniꝰ iductionē: ꝑuenit ad gra-
dū mediū iducēde forme: ꝑuenit ēt ꝑ ꝯtinuā alioꝝ gra
duū abiectionē: ad gradū mediū forme abijciēde. Vlte
riꝰ aūt videmꝰ: ꝙ mediū vtriuſꝙ vnū eēntialr eſt. ⁊ a
ſubō tollit abſolutā denoīationē cuiuſlibꝫ extremoꝝ: ſi
cut pallor: vel paliditas q̄ eſt mediū albedinis ⁊ nigre
dinis: eſt vnus color eſſentialiter: ⁊ a ſubō tollit abſolu
tā denominationē: tam albi q̄ nigri: videmus etiā ꝙ
hoc mediū formaꝝ ſuſcipiētiū magis ⁊ minus: ſic det-
minate reſpicit duas formas extremas: qđ ſemꝑ cū ab
ipſo recedit: neceſſariū ē accedere ad alterā duaꝝ deter
minatarū extremaꝝ formaꝝ: ſicut ſemꝑ cū a pallido re
cedit: neceſſariū ē oīno accedere: vel ad albū vel ad ni-
grū: ⁊ ſemꝑ cū recedit a tepido: neceſſariū eſt oīno ꝙ ac
cedat vel ad calidū vel ad frigidū: ⁊ vſr i oībꝰ formis
ſuſcipiētibus magis ⁊ minus: etiā cōtingit dare vnuꝫ
mediū: ſic determinate reſpiciēs duo extrema ex q̄bus
cōficit: ꝙ neceſſariū ē ab ipſo recedēdo nō accedere ni
ſi ad alteꝝ duoꝝ tm̄. Tale aūt mediū nō cōtingit dare
in ſubſtārialibus formis. Et eni oīno incōueniēs dice-
re: ꝙ vnū ⁊ idē eēntialr ſit mediū eſſentie vnius forme
ſubālis ⁊ mediū eēntie alterius: ⁊ ꝙ vna forma ſubālis
ex duabꝰ formis ſubālibus ꝯficiat. Sꝫ nec ēt inter ta-
les formas: dare cōtingit aliqđ mediū ſic determinate
duas formas ſubāles reſpiciēs: ꝙ ſemꝑ cū ab ipſo rece
dit: ſit neceſſariū accedere: nō niſi ad alterā duaꝝ tm̄:
videmꝰ eni ꝙ in gñatiōe aīaliū: in q̄ eſt ordinatiſſimus
ꝓceſſus: a forma ſeminis accedit ad formā ſanguinis
⁊ a forma ſanguinis ad formaꝫ carnis: nec vnꝙ̄ ordi-
ne nāe: pōt ad formā carnis a forma ſeminis trāſiri: ni
ſi pꝰus ꝑueniat ad formā ſanguinis: ſemꝑ igit neceſſa-
rio in tali ꝓceſſu: forma ſanguinis eſt media inter for
mā ſeminis ⁊ formā carnis. Et tm̄ ꝙuis ſic neceſſario
cadat ſemꝑ media inter eas: nō tm̄ neceſſariū ē ꝙ ſemꝑ
cū ab ipſa recedit: accedat ad alterā eaꝝ: pōt eni eē ꝙ ꝑ
corruptionē ſanguis: fiet trāſitꝰ a forma eiꝰ: nō ad for
mā ſemis: nec ad formā ſanguis: ſ ad foꝛas eēntiales:
⁊ inde vlteriꝰ ꝓcedet ad formā lapidis: vel ligni: vel
alicuiꝰ alteriꝰ mixti: ꝙ ſit tal forma: ſic patēter cadēs
media inter formā ſemis ⁊ carnis: nō ſic determiare eas
reſpicit: ꝙ ab ipſa recedēdo ſit oīo neceſſariū ad alterā
eaꝝ accedere: vſr inter nullas ſubāles formas videt ꝙ
ſit dare aliqđ mediū ſic determinate duas formas tm̄
reſpiciēs: ꝙ ſit oīno neceſſariū: cū ab ipſo recedit ad al
terā eaꝝ accedere. ꝓcipue cū i talis ſubſtātie generatio
ne ſit ita determinatꝰ ⁊ ordinatus ꝓceſſus. ſicut eſt in
gñatione aīaliū ꝑfectorū. Cū ergo vſr (vt ſupra dictū
eſt) inter formas ſuſcipiētes magis ⁊ minus: ꝯtingat in
uenire mediū vnius eēntie: ſupra dicto modo: duo tm̄
extrema reſpiciēs: ⁊ inter formas ſubſtārialis (vt oſtē
dimus) hoc inueniri nō poſſit: concludit ſenſibiliter ſi

hoc dicere liceat: ꝙ nulla forma ſubſtãtialis poteſt ma gis ⁊ minus ſuſcipere.

Cõfirmať Primo **Preterea** omnes forme ſuſcipiẽtes magis ⁊ minus ſucceſſiue inducũtur ꝑ nãm ⁊ ab ipſa ſucceſſiue abijciũtur: ⁊ nõ in inſtanti cu ius ratio eſt: qꝛ natura in ſua operatione ſaltũ non fa cit: nec põt aliquo mõ de extremo in extremũ trãſire ni ſi per mediũ. In formis aũt ſuſcipiẽtibus magis ⁊ mi nus ſic eſt: ꝙ inter gradũ infimũ ⁊ ſupremũ ſue nature intẽdũtur plurimi gradus medij. Et idcirco neceſſari um eſt: ꝙ in inductione nãli taliũ formaꝝ: ipſa natura prius perueniat ad gradũ mediuꝫ eaꝝ ꝙ̃ perueniat ad gradũ vltimũ ⁊ cõpletũ. Silr etiam neceſſarium eſt: ꝙ in earũdẽ abiectione ꝓcedẽdo a gradu ſupremo ad infi mũ: prius pertingat ad gradũ mediũ ꝙ̃ ad vltimuꝫ: ⁊ ſic nulla forma ſuſcipiẽs magis ⁊ minus in inſtanti a ſubiecto ſm ſe totã põt induci vel abijci per naturã: ſed neceſſario fit vtrũqꝫ ſucceſſiue: ⁊ in ꝯtinuo tẽpore: pro pter illud qḋ motus ꝯtinuus tẽpore ꝯtinuo mẽſurať: ſi igitur alique forme ſint: que ſubito ſm ſe totas abijciã tur a ſuis ſubiectis: tales nullo mõ erũt de numero for maꝝ ſuſcipientiũ magis ⁊ minus: ſunt aũt huius plu rime forme ſubſtãtiales: ſicut pꝫ de aĩabus aĩaliũ. Qñ qꝫ enim propter tonitruũ vel aliquã cauſaꝫ aliã: aĩalia ſubito moriũtur: ⁊ in inſtãti aufertur ab eis aĩa: ⁊ ſm ꝑncipiũ ſentiendi: ⁊ ſm principium vegetandi: qꝛ vtr auferť ſcdm qḋ erat ſibi principium viuendi: ⁊ rema net illud mortuũ: quod fuerat prius viuũ: hoc autẽ eſſe non poſſet: ſi aĩa ſuſciperet magis ⁊ minus prius eniꝫ abijcereť ſcdm vnũ gradum ſenſitiue partis: ⁊ poſtea ſcdm alium: ⁊ deinde ſm aliuꝫ: abiectis aũt oĩbus gra dibus ſenſitiue partis abijceretur poſtea vnus gradus vegetatiue: ⁊ poſtmodũ alij ſucceſſiue: cũ igitur videa mus ꝙ ſubito ⁊ in inſtanti qñqꝫ tota aĩa abijcitur: ⁊ ſe cundũ ꝙ eſt principiũ ſentiendi: ⁊ ſcdm ꝙ eſt principi um vegetandi: etiã ſcdm ꝙ ipſi concedũt: ꝯcluditur de neceſſitate: ꝙ aĩa eſt indiuiſibilis in eẽntia. Sed ſi aĩa que eſt multiplicior in virtutibus qualibet alia forma ſubſtãtiali: eſt indiuiſibilis in eſſentia: multo magis h dicetur: opꝫ de alijs ſubſtantialibꝰ formis: nulla igitur ſubſtãtialis forma hꝫ gradũ ⁊ gradũ in ſua eſſentia: ſi cut habent forme ſuſcipiẽtes magis ⁊ minus: ſed eſt oĩ no indiuiſibilis eſſentie.

Secundo **Preterea** quandocũqꝫ aliqua forma in ſua eẽntia: ⁊ nã gradus diuerſos ha bet ad modũ formaꝝ ſuſcipientiuꝫ magis ⁊ minus: id qḋ ſcdm ipſam perfectũ eſt: intendi ⁊ remitti poteſt: ⁊ ab ea ſm magis ⁊ minus denominari: ſicut qꝛ albedo ĩ ſua natura gradus diuerſos habet: albũ intendiť ⁊ re mittiť: vnũ enim ⁊ idem: quandoqꝫ eſt magis album: quandoqꝫ minus. Eſt. n. vnũ albũ: qñqꝫ minꝰ. Eſt. n. vnũ albũ: magis albũ alio albo. Si igiť forma ſubſtã tialis in ſua natura gradus diuerſos habet: vt forme ſuſcipiẽtes magis ⁊ minus: de neceſſitate id qḋ forma ſubſtãtiali perficiť intẽdi poterit ⁊ remitti: ⁊ ab ipſa: ſm magis ⁊ minus denominari. ⁊ ſic vnus hõ erit ma gis homo alio homine: ⁊ vnus lapis erit magis lapis alio lapide: ⁊ ſic de ſingulis: hoc autem totum falſum eſt. Quilibet. n. homo eſt equalr hõ cuilibet homini: ⁊ quilibꝫ lapis eſt equaliter lapis cuilibꝫ lapidi: ⁊ quod libet lignũ eſt equalr lignum cuilibet ligno: ⁊ quelibet aeris pars ẽ equaliter aer cuilibet alteri parti aeris: ⁊ ſic de ſingulis ſubſtãtijs: ſub vna ſpecie contẽtis: ergo nulla forma ſubſtãtialis ſuſcipere põt magis ⁊ minus.

Tertio **Preterea** aut forma ſubſtãtialis ſub quo libet gradu ſue nature accepta eſt immediate in eſſentia materie prime: aut ſub gradu ſupremo tm̃ eſt immediate in ipſa: ſub gradu vero infi mo: eſt in compoſito ex mã ⁊ diſpoſitionibus: ⁊ per con ſequẽs in cõpoſito ex materia ⁊ forma: ad quaꝫ ille diſ poſitiones ſequũtur. Nõ poteſt aũt dici ꝙ ſolũ ſub gra du ſue nature ſupremo: ſit imediate in eſſentia materie prime: oĩs etenim actus: cuius ſubiectum ĩmediatũ: eſt qḋ compoſitum ex mã ⁊ forma: eſt de neceſſitate accñs: ⁊ oĩs actus cuius ſubiectũ immediatũ eſt ipſa eſſentia materie prime: eſt de neceſſitate ſubſtãtia. Si ergo for ma ſubſtãtialis deducat eſſentiã materie prime: de gra du infimo ad gradũ ſupremũ: vna ⁊ eadẽ forma in eẽn tia deduceť de gradu accñtis ad gradũ ſubſtãtie: ⁊ vnũ ⁊ idem erit qñqꝫ accidens quãdoqꝫ ſubſtãtia: quod eſt impoſſibile. Eſt igitur oĩno neceſſariũ: ꝙ forma ſubſtã tialis ſub quolibet gradu nature ſue ſit ĩmediate ſicut in proprio ſuſceptiuo in eẽntia materie prime: ſi ĩ quo libet gradu debet eſſe actus ſubſtantia: ⁊ non accidens Conſtat aũt cũ in eſſentia materie prime: que eſt imme diatũ ſuſceptiuũ forme ſubſtãtialis: ſub quolibꝫ ſue na ture gradu nõ ſit aliqd repugnans talis forme eſſentie materie prime: que ante omnem diſpoſitionem ſibi vni tur: neceſſariũ eſt ꝙ habeat ſtatim ⁊ totã eſſentiã: vt ſic nullo modo poni poſſit in eſſentia eius vel recipi: que eſt indiuiſibilis aliqd de eſſentia talis forme: qn ponať in ipſa ⁊ tota eſſentia. ¶ Sed nulla forma que de neceſ ſitate in ſuo ꝓprio ſuſceptiuo recipiť ſimul tota: põt ſu ſcipere magis ⁊ minus: ergo nulla forma ſubſtãtialis ſuſcipere põt magis ⁊ minus in ſua eſſentia: nec in ipſa partẽ: ⁊ ptem hẽre. ¶ Notãdũ ꝙ ſi forma ſubſtãtialis ſequereť diſpõnẽ in mã: ſicut effectus cãm rõnabiliter dici poſſet: ꝙ ſi diſpoſitio eſſꝫ in gradu ĩperfecto aut ꝑfe cto in materia ꝙ etiã forma ſubſtãtialis in ea ꝯſilr exi ſteret: nũc aũt: qꝛ ipſa ante oẽm diſpõnẽ adiũgiť eſſen tie materie ꝑdicte: que ad ipſam ſub gradu quolibet ac cepta ſe hꝫ eq̃liter: neceſſario ſi in ea poniť ſm aliqd ſue eſſentie: opꝫ ꝙ in ipſa ponať ſtatim ⁊ ſm ſe totam.

**Preterea** omnis forma que ſuſcipit magis ⁊ minus in ſuum ſubiectum per Quarto motũ induciť: ſi igiť forma ſubſtãtialis magis ⁊ minꝰ ſuſcipit: induceť neceſſario in ſuũ propriũ ſuſceptiuuꝫ per motum. Induciť aũt per generationẽ: ergo genera tio que eſt introductio ſubãlis forme eſt motus. Moue tur aũt omne qḋ ſubijciť motui: ⁊ omne qḋ actu moue tur eſt exiſtens actu: ergo omne qḋ alicui motui: ⁊ per ꝯñs generationi: ſubijciť: eſt ens quantuꝫ ⁊ ens actu. eſt aũt idem qḋ eſt ſubiectũ in toto motu: ⁊ qḋ ſubijciť termino motus: ſicut idem eſt ſubiectũ albationis ⁊ al bedinis: que per motũ acqritur: ergo idẽ eſt ſubiectum ſubãlis forme que per generationem acqriť ⁊ ipſiꝰ ge nerationis. Eſt aũt concluſum: ꝙ ens quantum ⁊ ens actu eſt ſubiectũ generationis: ergo ens actu per formã ſubãlẽ eſt ratio eẽndi ſm qd: ⁊ ſic eſt accñs: ergo omnis forma ſubãlis eſt accñs: hoc aũt eſt impoſſibile: ergo im poſſibile eſt: ꝙ eius ſubiectũ ſit ens actu exñs de ſe: ⁊ ꝑ ꝯñs impoſſibile eſt ꝙ ipſa inducať per motũ: quãtum ad ſuã eſſentiã: neceſſariũ eſt: ergo ꝙ oĩs forma ſubſtan tialis ſit in ſua eſſentia ĩdiuiſibilis: non potens magis ⁊ minus ſuſcipere. ¶ Hoc ergo viſo vlterius videndũ ẽ: vtrum ĩ mã cuiuſlibet poni poſſint forme ſubſtãtia les ſimul exiſtere: ſub gradibꝰ ĩperfectis ſue nature cõ ceſſo eas habere gradũ ⁊ gradũ in ſua eſſentia vel na tura. Et ꝙ h non ſit poſſibile: facile ẽ oñdere: ponamus eñi gradus ĩperfectos ſubãlium formaꝝ de mã educi biliũ ſimul exiſtere ĩ mã (ſicut ipſi ponunt) aut ergo oẽ illi gradus ſunt vnum per eſſentiam: aut diuerſi non

poteſt

pōt dici: q̄ ſint vnū ꝑ eēntiā: cū vna eēntia ſubſtātifi coꝝ graduū ſit vna forma ſubālis: oēs illi grad⁹ erūt vna forma ſubālis: ſed vna forma ſubālis nō eſt icboatio diuerſoꝝ graduū repugnātiū formaꝝ ſubāliū: forme aūt ſubāles reꝝ generabiliū: ſūt ſibi inuicē repugnātes: illa igr̄ foīa ſbālis nō erit icboatio eaꝝ: ꝛ ꝑ ꝯñs forma ſubālis vna nō pōt ſil̄ cū alia ſtare in eadē pte māe i illa igit̄ māe pte: i qua ſtat vna foīaꝝ gn̄abiliū: vtputa forma aſini vel alicui⁹ alteri⁹: illa forma ſubālis q̄ cōſurgit ex oībus impfectis gradib⁹ ſtare nō poterit: ꝛ ſic ꝑ ꝯñs tales icboationes formaꝝ in mā ſub nulla forma generabilis rei ſtante: ſtare poterunt.

Quinto. **Et preterea** Illa vna forma q̄ eſt incboatio oium formaꝝ gn̄abilium erit cōſūma oib⁹ gn̄abilib⁹ nō ſolū cl̄atis: ſ etiā elis: ꝛ ſic dare oportebit q̄ntū corpus ex quo el̄a ꝛ el̄ata fiūt quod eſt a philoſopho reprobatum.

Sexto. **Preterea** Tūc dicet̄ forma ſubālis vna eē icboata in aliqua re ſolū: qꝛ ſub quodā gradu ſue nāe virtute: ꝯtinet̄ in ſuba forme illius rei: ſicͣ forme el̄ales ꝟtute ꝯtinent̄ in forma mixti: ꝛ ſicͣ forme oiū gn̄abiliū: ꝟtute cōtinent̄ in forma hoīs: ſed nec ipſi ſic ponūt icboationē: nec etiā hoc ꝓpe dr̄ incboatio. Si ergo dicat̄ q̄ illi gradus iperfecti formaꝝ ſūt oēs diſtinctaꝝ ꝛ diuerſaꝝ eſſentiaꝝ h̄z q̄ ſūt diuerſe eēntie formaꝝ gn̄abiliū: hoc etiā ſtare nō poterit: impoſſibile eſt eni repugnātia ſm qd̄ ſunt eēntialiter diſtincta: ſil̄ iniciari in eodē: ſi ergo illi impfecti gradus formaꝝ ſubāliū: ſunt diſtinctaꝝ eēntiaꝝ: ſm qd̄ diſtincte ſunt eſſentie formaꝝ gn̄abiliū: cū tales ſint ſibi inuicē repugnātes: ipoſſibile eſt qd̄ illi gradus ſimul inueniant̄ in eadē pte māe: vno igit̄ in vna parte māe poſito: neceſſe eſt oēs alios excludi. In quacūq̄ autē parte materie eſt forma ſubālis cōpleta: in eadē ſunt oēs gradus forme illius. Ex quo ſequit̄ q̄ i nulla pte materie formata forma gn̄abili poſſint eſſe impfecti gradus formaꝝ aliaꝝ ſi ponant̄ realiter in eſſentia diſtincti: ſicuti etiā ſi gradus medius albedinis ꝛ gradus medi⁹ nigredinis: facerēt duos colores in eēntia diſtinctos: realiter nunq̄ ſimul iuenirent̄ in eodē ſubo. Verū qꝛ pallor: qui eſt mediū nigredinis ꝛ albedinis: eſt eēntialit̄ vnus color ꝟtute habēs aliqd de vtroq̄ extremo: mediū albi ꝛ mediū nigri: ſimul in eodē iueniunt̄. Similiter ergo ꝛ ſi impfecti gradus formaꝝ ſubāliū ſunt diſtinctaꝝ ꝛ repugnātiū eēntiaꝝ: ſil̄ nō poterūt ſtare in eadem parte materie: q̄ ſi inſimul ſtare ponuntur: erūt neceſſario vnum per eſſentiam.

Septimo. **Preterea** Eſſentia materie pme indiuiſibil̄ eſt de ſe: ꝛ forma ſubālis ſub quolibet gradu ſue nature: ſibi imediate vnit̄ (vt ſupra ꝓbatum eſt) Indiuiſibile aūt ab vnico indiuiſibili totū attingit̄: ergo eēntia māe pme ab vnico gradu infimo ſubālis forme tota attingit̄: non eſt igit̄ intelligibile: q̄ aliqd h̄z ſe totū eque imediate ſil̄ attingat̄ a plurib⁹ ab ipſo realiter differētibus: ergo eēntia māe pme ſil̄ a plurib⁹ gradibus formaꝝ ſubāliū attingi nō poterit: vnus ḡ ſolus gradus forme erit ſicut i ꝓpo ſuſceptiuo ꝛ eēntia māe pme. Alij ꝟo oēs erūt in cōpoſito ex mā: ꝛ aliquo gradu forme. Eſt aūt quilibꝫ gradus forme eēntialr̄ actus ſubſtātific⁹: ꝛ quilibꝫ act⁹ ſubſtātificus q̄tūcūq̄ impfect⁹ eſt rō exiſtendi ſimpl̄r: qꝛ aliter nō diſtingueret̄ ab actu accidentali: ḡ oēs gradus impfecti ſubāliū formaꝝ excepto vno tn̄ erūt vt in ꝓprio ſuſceptiuo: in ſimpl̄r actu exiſtēte ꝛ per ꝯñs erūt de neceſſitate accn̄tia: qd̄ eſt impoſſibile: ḡ ipoſſibile eſt gradus impfectos oiū ſubāliū formaꝝ ſil̄ eſſe in eadē pte māe.

**Preterea** numerata mā nece ſſe ē numerari ꝛ ea que ſunt in ipa: qꝛ ipoſſibile ē aliqd vnū ꝛ idē nūero: ſil̄ inueniri in plib⁹: nūero dn̄tib⁹: Mā aūt q̄ ſtat actu ſub forma ignis: ſi differt nūero a mā q̄ ſtat actu ſub forma aeris: ꝛ a mā ſtāte ſub forma aque: ꝛ a ſtante ſub forma terre: igit̄ ꝛ incinatio forme q̄ eſt in mater ūs q̄ttuor elo͂ꝝ eſt neceſſariū: q̄ ſit numero diſtincta ꝛ diuerſa. Ponamus ḡ q̄ elemēta cōcurrāt ad mixtionē: ꝛ deueniāt ad aſini gn̄atōnē: cōpleta itaq̄ gn̄atione aſini: aut oēs q̄ttuor aīe aſinine: q̄ in q̄ttuor elemētis erāt icboate corrūpunt̄: aut alie pficiunt̄ ꝛ alie nō: aut pficiuntur oēs. Nō pōt dici q̄ oēs corrūpant̄: qꝛ ſm iſtos ꝑ gn̄ationeꝫ rei forma in mā incboata ad graduꝫ completū deducitur. Non poteſt etiam perfici vna ſola: quia non eſt dare quare pficiat̄ magis vna q̄ alia: pficiunt̄ itaq̄ oēs: ꝛ ſic in aſino gn̄ato: erūt q̄ttuor numero aīe aſinine cōplete: qd̄ eſt abſurdū: ergo abſurdū eſt in mā ſtāte ſub q̄libet forma: eſſe gradus incōpletos oiū aliaꝝ formaꝝ. ¶ Viſo ergo q̄ forma ſubſtātialis in ſua eēntia nō h̄z realit̄ gradū ꝛ gradū: ꝛ q̄ dato ipam gradū ꝛ gradū habere nō ideo tamē poteſt poni q̄ in eadē parte māe ſimul ſūt gradus impfecti oium formaꝝ ſubſtātialiū. ¶ Tertio videndū eſt breuiter: vtrū cōceſſo: q̄ forma ſubſtantialis precexiſtat i materia ſub gradu ſue nāe icōpleto: coagere poſſit motori ad ſui productionē. Qd̄ autēꝫ hoc ſit impoſſibile: facile eſt oſtēdere. Eius eteni eſt agere cui⁹ eſt eſſe: cū agere ꝑſupponat eſſe: ꝛ nihil agat niſi ſm q̄ eſt in actu: ſed eſſe non eſt forme: ꝛ ſi ſit ꝑ formā: eſt autē cōpoſiti: igit̄ ꝛ cōpoſiti eſt agere: gradus aūt forme eſt forma ſimpl̄r: ꝛ nō quid cōpoſitū ex materia ꝛ forma: ergo eius non erit eſſe nec agere: ſed compoſiti ex ipſo ꝛ materia: ꝛ cū hoc cōpoſitū ſit illud: i quo actio recipit̄ ergo aliquod ens agere poterit in ſe totū. qd̄ eſt impoſſibile: nullā eni partē cōpoſiti eſt dare in qua nō ſit incboatio forme inducēde: ſimul cum forma abijcienda. ¶ Preterea ſicut in materialib⁹ id qd̄ eſt ratio eſſendi: nō eſt ipſum ꝑ ſe exiſtens: ſic etiā in eis: id qd̄ eſt rō agendi: nō eſt ipſuꝫ agens: eſt aūt forma rō agēdi: ſicut eſt ratio eēndi: ergo foīa nō eſt agens. Multo igr̄ magis neq̄ gradus incompletus forme poterit eſſe agens vel poterit agere: eſſe tamē poterit ratio agendi. Aut ḡ erit ratio agendi ipſi exteriori agēti: aut illi quod recipit exterioris agentis actionē ꝛ in quo eſt ipſe gradus incompletus forme inducende. Non pōt aūt dici q̄tuꝫ ad ꝓpoſitū q̄ ſit ratio agendi ad expulſioneꝫ forme cōtrarie ei a quo talis forma expellit̄. ¶ Primo qdēꝫ: qꝛ forma nō eſt ratio agendi ipſi rei in ſeipſam: ſed in aliud. ¶ Secūdo: quia cū forma expellēda ſit in tota ſba rei: ꝛ forma incboata ſilr̄ (vt ſupra diximus) ꝓpter id q̄ non eſt dare: quare forma incboata ſit in vna parte rei potius q̄ in alia: aliqua res in ſe totam agere poterit tranſmutando ſe ab vna forma in aliam: qd̄ eſt impoſſibile: non pōt ergo eſſe genus talis forme ratio agēdi ad expulſionē alterius forme illi a quo forma expellitur. Erit ergo ratio agendi exteriori agenti: ſed hoc eſt inconueniens. ¶ Primo quidē qꝛ forma eſt ratio agēdi ſicut ꝛ eēndi ei in quo eſt: ſicut eni vnūquodq̄ eſt actu ꝑ ſuā formā ꝛ nō ꝑ alienā: ſic etiā nihil agit ꝑ formā in alio exn̄tem: ſed ſolum ꝑ formā quā habet in ſeipſo. ¶ Secūdo: qꝛ tunc ſuꝑfluum erit ponere talem gradū incompletū in paſſiuo ad forme contrarie expulſioneꝫ ꝛ inductionem alterius. Cum enim agens extrinſecuꝫ in ſeipſo habeat completam formā: que eſt ratio agendi: ꝛ per conſequens perfectam agendi rationem ſubtracto gradu iperfecto a paſſiuo adhuc agens exteri⁹

Octauo.

per ſuam formam: ipſum complete poterit trāſmutare
omnino igitur fruſtra talis actus incompletus ponit̄
in paſſiuo: cum nec ſit rō patiendi propter id ꝙ hoc eſt
potentia ⁊ nō actus: nec ſit agens: nec ratio agendi (vt
oſtenſum eſt.) ¶ Habito ergo: ꝙ ⁊ ſi gradus incomple
tus forme inducende ſit in mā eo modo quo aduerſarij
ponunt: agere tamē vel coagere extrinſeco motori non
poteſt. ¶ Ulterius quarto videndū eſt vtruʒ conceſſo
etiā eis ꝙ exteriori agenti coagat difficultas fugiatur
quam iſti per ſuam poſitioneʒ fugere ſe credebant. Eſt
autē difficultas illa precipua de productione formaꝝ.
¶ Dicunt enim ꝙ ſi nihil forme ponat̄ in materia an
te generationem in qua poſt modū tota inuenitur: erit
productū ꝑ generationē aliqd de nihilo: qd̄ eſt impoſſi
bile. Quod autē ipſi ꝑ ſuam poſitionē hanc difficulta
tem non fugiant: facile eſt oſtendere. Aut eni per gene
rationem producit̄ aliquid de eſſentia forme: quod pri
us nō prefuit in materia: aut nihil: Si nihil producit̄
per generationē quod prius nō p̄fuerit in materia: cū
poſt generationē inueniatur in materia forma comple
ta ſequit̄ ꝙ forma cōpleta prefuerit in materia: ⁊ ſic re
dibit opinio de latitudine formaꝝ. Si autē aliquid de
eſſentia forme per generationem producit̄ quod prius
non extiterit in materia: tunc oportet dicere: vnde pro
ducat̄. Aut enim producitur: vel accipitur de eſſentia
materie: aut de eſſentia forme cōtrarie: aut de parte for
me preexiſtente in materia: aut de eſſentia cōpoſiti: aut
decidit̄ a forma agentis. Nō poteſt dici ꝙ accipiatur
de eſſentia materie: quia hec eſſentia tota eſt potentia:
id auteʒ quod de eſſentia forme producitur eſt eſſentia
liter actus. Nō accipitur etiaʒ de eſſentia forme oppo
ſite: quia nihil qd̄ eſt de eſſentia vnius oppoſitorū: pōt
fieri de eſſentia alterius. Non accipitur etiaʒ de parte
forme in mā p̄exñte: nec de eſſentia p̄exñtis compoſiti
qꝛ in neutro iſtoꝝ (vt etiā ipſi concedunt) ħ actu fuit
ante gñationē. Nō decidit̄ etiā ab eēntia forme gñān
tis ipſius: qꝛ tunc quot gradus de eēntia forme gñati
producunt̄ ꝑ gñationē: tot gradus erit neceſſariuʒ de
cidi ab eſſentia forme ipſius gnāntis: qꝛ tunc quot gra
dus de eſſentia forme gnāti ꝓducunt̄ ꝑ gñationē: tot
gradus erit neceſſariuʒ decidi ab eſſentia forme ipſius
gñantis: ꝓducūtur aūt ꝑ gñationē oēs gradus qui ſūt
de eſſentia forme rei gñate preter īfimū: ergo ⁊ ab eſſen
tia forme rei gñantis oēs gradus decident̄ p̄ter infimū
⁊ remanebit ꝑ ꝯſequēs gñans de neceſſitate corruptū
in termino gñationis: qd̄ eſt aperte falſuʒ. Si ergo qd̄
de eſſentia forme ꝑ gñationē ꝓducit̄ non decidit̄ a for
ma gnāntis: nec accipit̄ ab eēntia māe: nec ab eſſentia
forme oppoſite nec a p̄exñte gradu eēntie: nec a p̄exñtis
eſſentia cōpoſiti aut dicant hoc qd̄ de eēntia forme ꝓ
ducitur per gñationem ꝓduci ex nihilo: qd̄ nō volunt
aut dicant nobiſcū ꝙ illud ꝑ ſe nō ꝓducit̄ ſed ꝑ accñs
ad ꝓductionē cōpoſiti: qd̄ de mā producit̄ in q̄ prefuit
ratione forme potentia: ſed non actu: ⁊ tunc ad hoc ꝙ
res nō producat̄ ex nihilo: dicāt nō requiri ꝙ aliquid
de forma añ gñationē actu p̄exiſtat in mā: ſed ꝙ ſm ſe
totā potētialiter ſolū i ipſa p̄exiſtat (ſicut nos dicimꝰ)
¶ Uiſa ergo opione illorū ponentiū formas ſubſtātia
les in materia actu ante generationeʒ exiſtere ſub gra
du incōpleto ſue eſſentie: ⁊ viſa etiam ip̄robatione ip
ſius: vlterius videndum eſt aliquid de opinione ponē
tium formas ſubſtantiales q̄rum ad totalitatē ſue eēn

Cōtra qui tā opionē arguitur.

tie p̄exiſtere in materia ſub quodā eſſe cōfuſo. ¶ Ad cu
ius opionis intelligentiā: ſciendū ē ꝙ in formis accñta
libus cōtrarijs ſic videmus ꝙ extrema ſub eſſe diſtin
cto accepta ſe inuicē circa idē nō cōpatiūtur: ſed potiꝰ
nata ſunt ſe mutuo expellere: albedo etenim ſub eſſe di
ſtincto accepta: non compatit̄ ſecum nigredinē in eodē
nec e conuerſo. Sub eſſe tamen indiſtincto ⁊ confuſo ſe
mutuo circa idem cōpatiunt̄: vnde quia extrema non
ſunt diſticte in medio: ſed cōfuſe ſimul in ipſo: ſub qua
dam tamen confuſione inueniunt̄: ab iſta aūt cōfuſio
ne deducunt̄ ad eſſe diſtinctum virtute agentis: mām
vel ſubiectū determinate ad alterum extremorum mo
uentis: ſicut virtute calidi mouentis determinate ad
ipſam caliditatem quod erat tepidū: ⁊ per conſequens
confuſe calidū diſtincte calidū efficit̄: ⁊ virtute alterā
tis frigidi efficit̄ diſtincte frigidū. Queadmodū aūt i
iſtis ē ſic etiā (ſm iſtos) ⁊ in formis ſubalibꝰ ſuo mō eē
vr̄: ſi eniʒ forme ſubales ſub eſſe diſtincto accipiant̄: ſe
pati nō pūt circa eandē p̄tē māe. In q̄ tñ mā ſub eſſe in
diſtincto ⁊ cōfuſo oēs inſimul exiſtunt: hoc aūt eſſe cō
fuſuʒ (vt dicūt) nihil aliud eſt q̄ꝫ habitus confuſus for
marū ⁊ poteſtas habitualis māe: in qua poteſtate ipſa
materia habet confuſe omnes formas: nullā tamen di
ſtincte: ſicut etiā genus poteſtate quadā: que eſt habitꝰ
cōfuſus differētiarū indiſtincte ⁊ confuſe differentias
omnes habet: ⁊ ſicut genus per intellectū ad alterā dif
ferentiarū determinatur: ſic etiā ⁊ mā ꝑ virtuteʒ nālis
agētis determinat̄ ad alterā formaꝝ i ipſa indiſtincte
primitus contentarū: vt ſic dici poſſit ꝙ forma ſubſtan
tialis quantū ad eſſentiam ſuam totā: ⁊ non quantuʒ
ad partem: qꝛ indiuiſibilis eſt ſub eſſe cōfuſo ante gña
tionem exiſtit neceſſario in mā: ⁊ ꝑ gñatōnem virtute
nālis agentis etiā quantū ad eſſentiā ſuam totaʒ de eē
confuſo deducit̄ ad eſſe diſtinctū: vt ſic etiaʒ q̄tum ad
eſſe partim ſit ab intus ⁊ partim ab extra: quātum ve
ro ad eſſentiam: tota ſit ſemꝑ in mā: ſub eſſe tamen cō
fuſo (vt dictum eſt) de quo ad eſſe diſtinctum ꝑ agens
exterius deducatur. Iſta autē opio vno modo ipſaʒ in
telligendo vera eſt: ⁊ alio modo falſa. Per eſſe eteni cō
fuſum: aut intelligitur actus exiſtendi: aut ſola aptitu
do materie ad eſſe ⁊ ad formam: que eſt ratio exiſtendi
⁊ quidē ſi per ipſum confuſuʒ eſſe: itelligatur actus ali
quis exiſtendi: ita videlicet ꝙ ponendo formas exiſtere
in materia ſub eſſe confuſo: neceſſarium ſit eas ponere
actu exiſtere in materia: erit poſitio oīno impoſſibilis.

Opinio. Iſta q̄mō ⁊ vera ⁊ falſa eē poſſit

¶ Ad cuius intelligētiā: ſciendum eſt ꝙ cum nullū in
diuiſibile hēat partē ⁊ partē: de neceſſitate oꝫ dicere ꝙ
vnū indiuiſibile attingens aliud indiuiſibile ſm ſe to
tū ⁊ totalr̄: totalitate ſue eſſentie: aliud induiſibile totū
attingat: Eſt aūt eēntia materie de ſe cui forma ſubſtā
tialis cōiungit̄: omnino indiuiſibilis: vnde oportet de
neceſſitate: ꝙ forma ſubalis: actu attingens eſſentiam
māe ſm ſe totam ⁊ totaliter ex parte ſua ipſam totā ac
tu attingat: ſi autē eſſentia forme actu eſt in materia: ne
ceſſariū eſt dicere ꝙ actu attingit ipſius eſſentiā: nō eni
eſt intelligibile: ꝙ eēntia forme ſit actu in materia: ⁊ ac
tui eſſentie ipſius: materia non coniungat̄. Ex hoc aūt
ꝙ eſſentia forme tota ⁊ totaliter attingit totā eſſentiaʒ
materie: cōſurgit actualis exiſtentia coniuncti tota ⁊
completa: Si igit̄ eſſentia forme actu in materia pona
tur: neceſſe eſt dicere ꝙ materia ſiet actu ſub eſſe cōple
to nato conſequi formā illam. ⁊ ꝑ conſequens ſi ante ge
nerationem: forma actu tota eſt in materia: oportet di
cere de neceſſitate ꝙ eſſe generati totū ⁊ completum ge
nerationi p̄exiſtat: quod eſt impoſſibile: nō pōt autē di
ci ꝙ forma q̄tū ad eſſe eſſentie ſue: ante generationē eſt
in mā: ⁊ nō q̄tum ad eſſe exiſtentie: quia per hoc ꝙ ali
cui correſpōdet eē eſſentie nō dicitur actu exiſtere in ali
quo: ſed ſolum per ſe exiſtere: Cuius ratio eſt: quia ⁊ ſi
eo ipſo res haberet non quidē exiſtere poſſe ſed actu exi
ſtere quo

ſtere quo hēt eſſe eēntie:cū eē eēntie vnaqueqꝫ res eſſen
tialiter ⁊ inſepabiliter habeat: habebit vnaqueqꝫ eēn
tialiter ⁊ inſepabilr̄ actu exiſtere:qḋ eſt hereticū igitur
ſi ſolū eſſe eſſentie ipſius forme:añ gñatioñe reſpicit̄ a
mā:⁊ nō eſſe exiſtētie:ꝑ hoc ipſa forma nullo modo ha
bebit:ꝙ actu exiſtat i materia:ſ ſolū ꝙ ipſa poſſit exi
ſtere. ¶ Si aūt dicat̄:ꝙ eſſentia forme ante generatio
nem: eſt cōiuncta mãe actu:ſed imperfecte:patꝫ ꝙ hoc
nihil eſt:cū eni talis eſſentia ſit iduiſibilis: ſi actu ali
cui cōiungit̄:tota ſibi cōiungit̄:⁊ ſi tota illi cōiungit̄:
nihil ſui reſtat illi amplius coniūgendū: ⁊ per ꝯñs ta
lis eſſentia eſt ſibi ꝑfecte coniuncta. Eſt eni oīno pueri
le dicere:ꝙ aliquid ſit ſm totā ſuā eſſentiaꝫ actu cōiun
ctū alicui:⁊ tamē ſibi ſit imꝑfecte cōiunctū: cū illud ſo
lū imꝑfecte ſit coniunctuꝫ alicui:qḋ ſm aliquid ſui eſt
ſibi actu cōiunctū:⁊ ſm ſui aliquid reſtat:illi poſteri⁹
coniungendū. Ex hoc autē patet:ꝙ nec etiā dici poteſt
talis eēntia indiſtincte coniuncta eſſe materie:quia ſo
lū in potētia res indiſtincte cōtinet̄:per actū aūt ⁊ ma
xime per cōpletū oīa diſtinguūtur. Eſſentia aūt forme
(vt oſtēſuꝫ eſt) ſi actu eſt cōiūcta materie:neceſſario eſt
ſibi ꝯiūcta ꝑfecte ⁊ diſtincte:⁊ per ꝯñs diſtinctione cō
pleta:qḋ eē ante generationē oīno non poteſt.

Cōfirmat̄ Primo. **Preterea** Si eēntie formaꝝ ſubſtātialiuꝫ oēs in aliqua mā actu ꝑexiſtūt:
aut ſunt ille eēntie formaꝝ oīum indiuiduoꝝ de mate
rie potētia ꝓduci poſſibiliū per naturā:aut eēntie for
maꝝ oīuꝫ ſpecieꝝ ſolū. Si ſunt eēntie oīum formaꝝ in
diuidualiū produci poſſibiliū per naturā:cū ſm facul
tatē nature indiuidua produci valeāt infinita:erunt ſi
mul in materia actu eſſentie formaꝝ ſubſtantialiū nu
mero infinite:⁊ nō ſolū ſemel ſed multotiens infinite:
q2 ſub q̄libet ſpecie rei generabilis:infinita indiuidua
ꝓduci poſſūt ſucceſſiue cū forme ꝓducibiliū (ſꝫ iſtos)
actu in mā ꝓductioni preexiſtant. Eſt aūt oīno ipoſſi
bile quod cōcluſuꝫ eſt:igit̄ oīno ipoſſibile eſt in mā pre
exiſtere actu eēntias oīuꝫ indiuidualiū formaꝝ produ
ci de ipſa poſſibiliū per naturā:nō poſſunt etiā in ipſa
ꝑexiſtere eēntie formaꝝ oīuꝫ ſpēꝝ ſolū:ita ꝙ nō indiui
duoꝝ:q2 forma ſpēi de ſe ſūpta ſcdm. ſ. ꝙ ſpēi corrñdet
eſt forma vlis:foꝛa aūt actu exñs in mā eſt foꝛa indiui
dualis:q2 actus eēndi nullo mō vli pōt:niſi in indiui
duo cōpetere:vñ ſi in mā nō ponātur foꝛe idiuiduales
ſed vles:nō erūt vllo mō actu in mā:ſed potētia ſolum
ꝙ ſi actu in ipſa exiſtere dicant̄:nō erūt vles:ſed indi
duales indiuiduis ꝑmo corrñdētes:nō eſt āt dare: q̄re
in mā ſint poti⁹ forme corrñdētes aliquib⁹ indiuiduis
q̄ aliis:⁊ ſic oportebit neceſſario in mā ꝑexiſtere actu
formas oīum idiuiduoꝝ de ipſa ꝓduci poſſibiliū: per
naturā:qḋ iā oſtēdim⁹ eē ipoſſibile. ¶ Si aūt dicat̄:ꝙ
in illa mā actu ꝑexiſtit vna tm̄ forma numero ſꝫ vnā
quāqꝫ ſpēꝫ ſucceſſiue diuerſis ſpēi idiuiduis corrñdēs:
appꝫ ſ ſubito eſſe ipoſſibile. Cū eni ab vnica forma ſit
vnicū eſſe numero:⁊ vnū numero eſſe nullo mō poſſit
eſſe plurium indiuiduoꝝ numero diſtinctoꝝ:ſequitur
de neceſſitate ꝙ oīa indiuidua ſub eadem ſpecie ſucceſ
ſiue de illa mā producta ſint vnuꝫ numero:qḋ eſt oīno
impoſſibile:de aliqua eni pte aque ꝑ corruptionē ipſi⁹
poterit aliqua ps aeris fieri:⁊ de illa parte aeris ꝑ cor
eius corruptionē fieri aq̄ poterit: ⁊ erit aqua ꝑmo cor
rupta ⁊ poſtea gñata eadē aqua numero:quod eſt im
poſſibile:igit̄ oīno ipoſſibilis eſt pō: q̄ ponit eſſentias
totas formaꝝ ſubalium actu preexiſtere in materia.

Secundo. **Preterea** Illud eſſe confuſuꝫ quod ponit̄ eſſe quidam actus exñdi:aut ſeq
tur formā ſubaleꝫ vnā eſſentialiter:aut formas ſuba
les eſſentialr̄ diſtinctas:oīs etenim actus exñdi eēntiā
alicuius forme ꝯſequit̄. Et quidē ſi vnā formā tm̄ cōſe
quit̄:tm̄ vna forma ꝑ tale eſſe ponet̄ in mā:non eniꝫ ꝑ
actū exñdi in mā alia forma ponit̄ niſi illa: quaꝫ illud
eſſe conſequit̄. Sic ergo ſub tali eſſe cōfuſo nō poterūt
dici exiſtere in mā eſſentie oīm formaꝝ ſubaliū de ipſa
ꝓducibiliū. Si aūt talis actus eēndi ꝯſequit̄ formas
ſubales eēntialr̄ diſtictas:cū de neceſſitate ad formas
diſtinctas eēntialr̄:ſequat̄ actus eēndi realr̄ diſtincti:
eſſe illud ſub quo multe forme ſubales:ſimul in vna pte
mãe ponunt̄ erit neceſſario nō ꝯfuſuꝫ ſ diſtinctū: ⁊ ꝑ
ꝯñs in eadē pte mãe ſil̄ erūt plēs forme ſubales:ſibi in
uicē repugnantes ſub eſſe diſtincto:qḋ eſt impoſſibile:
ergo oīo eſt ipoſſibilis pō:q̄ ponit formas ſubales ſcḋꝫ
ad totas ſuas eſſentias ſil̄ preexiſtere in mā:ſub eſſe cō
fuſo:ſi tamē ꝑ eſſe tale aliquis actus exñdi intelligat̄: ⁊
nō aptitudo ad exiſtētiam actualē. ¶ Nō ſi ꝑ eſſe cōfu
ſum non intelligat̄ exiſtentia in actu:ſed in aptitudi
ne ſolū:vera eſſet opinio. Et forte ſic iſta poſitio intelli
gitur:ꝑ actū eteni res ad inuiceꝫ diſtinguūtur: que in
aptitudine indiſtincte: ⁊ cōfuſe habentur:actus eteniꝫ
diſtīguere habet:⁊ determinare aptitudinē rei. Eo igi
tur ipſo quo ipſi dicunt formas ſubales nō ꝑexiſtere in
mā ſub eſſe diſtincto:ſed ſub eſſe cōfuſo: videt̄ velle:ꝙ
ipſe in ea ſub exñtia in actu nō ꝑexiſtat:ſꝫ ſolū ſub exi
ſtentia in aptitudine ſumpta:in q̄ exñtia idiſtincta eſt
⁊ cōfuſa. ¶ Manifeſtū eſt eni ꝙ mā nālr̄ inclinatur
in eſſe habendū:⁊ non niſi per formā:in ſua igit̄ incli
natione nāli iā includit oē eſſe ꝯñs formā de ipſo edu
cibilē:⁊ eſſentiā ꝑ ꝯñs forme:que ſibi eſt ratio ⁊ princi
piū exñdi:ſi eni ſit aliq̄ forma in cuius eſſentiā nō incli
net̄:ſicut ipſam in ſua nāli inclinatione nō ꝑhabet:ſic
etiā actu ipſa informari nō poterit. Mā igit̄ in ſua in
clinatione nāli:que eſt eius naturalis aptitudo ad for
mā:ꝑhabet neceſſario eſſe cōſequens formā quālibet:
⁊ ſub illo eſſe eſſentiā totā cuiuſlibet forme etiā preha
bet neceſſario. Et q2 mā nō magis de ſe iclinat̄ in vnā
q̄ in aliaꝫ: iccirco in ſua aptitudine naturali includit
equalr̄ omnes formas:⁊ ſilr̄ eſſe cōſequēs eas: ⁊ ſic nō
diſtincte habet hāc vel illā:ſed indiſtincte oēs:⁊ ſub eē
confuſo. Qñ aūt actu ſua aptitudo ꝑficit̄ forma aliq̄
qa de ratione actus eſt diſtinguere aptitudinē materie
ad formā vnam efficitur tunc ſic diſtincte ſub vna for
ma:ꝙ inſimul cum ipſa: ſm actum diſtinguentem: ⁊
determinantē eius naturalē inclinationem:aliā habe
re nō poteſt. Et quia:vnūquodqꝫ ad id mouet̄ natura
liter:ad qḋ habet aptitudinē naturalē:non aūt mouet̄
ad ipſum:niſi quando id actu nō habet: qa qñ id actu
habet:ſub ipſo naturaliter quieſcit: ſicut graue: quia
aptum natum eſt habere locū deorſum:qñ ipſum actu
non habet naturaliter tendit deorſum:qñ vero eſt actu
in loco deorſum:in ipſo naturaliter quieſcit: iccirco ⁊
materia cū actu formā habet quā eſt apta nata habere
non mouet̄ ad ipſaꝫ ſed in ipſa potius naturaliter qe
ſcit:cum vero eā actu nō habet ꝓpter aptitudinē natu
ralē:quā de ſua eſſentia habet ad ipſaꝫ naturaliter ſiue
ſm ſuā naturā tendit in ipſam. Et quia vnūquodqꝫ id
quod de ſua habet aptitudine naturali: habet ſemper
actu:niſi aliquod impediens ipſum extra illius actua
litatē detineat:ſicut graue eſt ſemper actu deorſuꝫ:quā
tū de ſe eſt:⁊ ſi propter aliquod impediēs quandoqꝫ ex
tra locuꝫ deorſum detineat̄:iccirco ⁊ mā quantum ex
ſe eſt:ſemper eſt actu ſub forma illa: quam de ſua apti
tudine naturali habet:⁊ ſi extra illam detineatur quā
doqꝫ per aliqḋ ipediens eam ſub ipſa ſtare. Et quia in
detentis extra id quod de ſua habent nāli aptitudine

per aliquod impediens:neceſſe eſt aliquid dare : quod
ꝓhibens remoueat:ſi actu in id tendere debent:iccir
co ⁊ ſi mã per aliquod impediens:remota a forma ſibi
debita:naturaliter actu in ipſam tendere debeat:neceſ
ſario dare oportet aliqd:qđ ab ipa remoueat impediẽs
eam ſub forma debita ſibi ſtare. Impeditur autẽ mã
ad pñtiã agentis ſtare ſub forma:quã eſt apta nata de
ſua nã habere ad agentis pñtiam propter diſpões con
trarias illi forme in ipſa mã exñtes:has igr̃ diſpoſitio
nes neceſſariũ eſt pmo a mã remoueri:vnũ aũt ꝯtrioꝝ
a ſubiecto nõ remouer̃ niſi ꝑ inductionẽ alterius : ergo
ſi iſte diſpões ꝯrie forme inducende:debent a mã remo
ueri:neceſſariũ eſt in ipſam introduci ab agente diſpõ
nes illis ꝯtrarias:ipſaꝫ formã agẽtis cuius ſilitudo i
mã dꝫ imprimi ꝯñtes. Et ſm ꝙ iſte diſpões ꝯñtes agẽ
tis formã:magis ac magis in mãꝫ iducent̃:diſpões ꝯ
rie ipediẽtes mãꝫ ad agẽtis pñtiã:actu ſtare ſub forma
ꝯſili forme agẽtis magis ac magis remouebunt̃ : ⁊ mã
velocius in ſilitudinẽ tẽdet agẽtis:ẽ eteni motus nãlis
in fine fortioꝛ q̃ꝫ in principio ꝑꝑ id ꝙ ꝓtus ipedientis
ſemꝑ eſt circa pncipiũ fortioꝛ:q̃ꝫ circa finem:vñ graue
ipeditũ eſſe deorſuꝫ ꝑ corpus in medio inter ipſum.ſ. ⁊
locũ deorſum ꝯſiſtens:q̃to magis ad locũ deorſum ap
propinq̃t:tãto velocius mouer̃:qꝛ ꝯtinue corpus impe
diens minus efficir̃: ⁊ minoris virtutis ad impedien
dũ:h aũt toto remoto:ſtatiꝫ graue in illo vbi efficir̃:qđ
a ſuo nãli ꝯſequir̃ gñante. Sicut aũt in his eſt:ſic ſuo
modo eſt ⁊ in motu mãe ad formã. In principio eteni
diſpões ꝯrias hꝫ intenſiores ⁊ fortiꝰ ipedientes mãm
ſtare ſub pñtis agẽtis ſilitudine:ſꝫ ꝑ ꝯtinuã iductionẽ
diſpõnũ ꝯñtiũ formã agentis: ⁊ remotionẽ cõtrariaꝝ
debilitar̃ diſpõnũ ipedientiũ virtus : ⁊ mã fortius in
agentis pñtis ſilitudinẽ tendit:donec tandẽ toto impe
diente remoto in ipſo inſtãti remotionis pñtis agẽtis
ſilitudinẽ ꝑfectiſſimã cõſequar̃: q̃ ſilitudine adepta in
ipſa poſtea nãliter q̃eſcit:vtpote ſui nãlis appetitꝰ mo
tu q̃etato: ⁊ cõpleto adepto. Et qꝛ ꝑfectiſſima ſimilitu
do eſt q̃ attendit̃ ſm ſubaꝫ: ⁊ hꝫ formã ſubalẽ: ꝑfectiſſi
mã aũt agẽtis ſilitudinẽ:mã nõ cõſequit̃ :niſi in inſtã
ti in quo cõplet̃ totius impediẽtis remotio:ideo mã ſo
lũ in inſtãti vltimo remotionis diſpoſitionis impediẽ
tis eã:ſilitudinẽ agentis aſſequi:cõſequit̃ formã ſuba
lẽ forme gñantis ꝯſilem:ſic ergo parꝫ ſm iſtã põnẽ que
eſt quarta inter ſuꝑius recitatas:quõ mã actu añ gña
tionẽ ꝯpoſiti:formã nõ hꝫ:ſꝫ ſolũ in potentia ⁊ aptitu
dine nãli. Pꝫ etiã:ꝙ motus eius ad formã : ⁊ ad ſpẽm
gñantis nõ eſt violentꝰ:ſꝫ nãlis:cũ ſit ſm nãlẽ aptitu
dinẽ ipſius: ⁊ violentus ſit cõtra etiã nãlẽ aptitudineꝫ
rei mote. Pꝫ etiã ꝙ motus mãe ad nãlẽ formã: eſt oĩno
diuerſus a motu ligni ad formas artificiales:nec eniꝫ
lignũ nãliter inclinar̃ in formã artis : ⁊ iõ etiã nãliter
nõ tẽdit in ipm. In mã etiã que ad formã artis mouer̃
nõ efficit̃ virtute agẽtis aliq̃ q̃litas actiua diſpoſitiua
ad formã artis:ad cuius receptionẽ in ipſa: dici poſſit
remoueri ab ea q̃litas forme : q̃ inducẽda eſt repugnãs
⁊ ipſa materia etiã ex ꝯñti velocius tẽdere ad ſilitudi
nẽ agẽtis ꝑticipãdã:ſic ꝯtigit i motu nãli:q̃ mã tẽdere
dr̃ ad agẽtis ſibi pñtis ꝑfectã ſilitudinẽ. His igr̃ cõſi
deratis facile eſt ad argumẽta facta in ꝯtriũ rñdere.

Reſpõſio ad obiecta

**Ad primum** Itaq̃ dicẽdũ eſt ꝙ forma
non ſolũ dicir̃ de actu ſub
ſtãtifico:qui eſt ꝑfectio ꝓpria materie:ſed etiã de quid
ditate ſpecifica:que appellari conſueuit forma totius:
que quidẽ forma cõpoſita eſt ex actu ſubſtãtifico: ⁊ eẽn
tia materie. Et accipiẽdo quidẽ formã primo modo in
choatio forme dicit̃ ipa actꝰ ſubſtãtifici eẽntia manẽs:
⁊ incluſa ab ipſa creatiõe materie in aptitudine natu
rali ipſius. Accipiendo ꝓ formaꝫ ſcđo modo:inchoa
tio forme dicit̃ eſſentia ipſa materie:non quideꝫ actu:
ſed ſua aptitudine naturali eſſentie actus ſubſtantifici
cõiuncta. Quod autem ſic beatus Augꝰ. forme inchoa
tioneꝫ acceperit:patet per hoc quod in eodẽ libro dicit
ꝙ hec inchoatio:velut materies ſubiacere videtur arti
fici. ¶ Ad ſecundũ dicendum ꝙ omnis res quicquid
progreſſu naturali per temꝑa congrua prodit : atq̃ ex
plicat etiã ante continebat:ſed occulte:quia nõ cõtine
bat in actu:ſed in aptitudine nãli. ¶ Ad tertiũ dicen
dũ ꝙ forma ꝑ accñs ꝓducitur:q͂a ad ꝓductõnem cõpo
ſiti:qꝛ cũ agẽs agat ſibi ſile omnimode cũ eſt agẽs cõtu
ctũ: ⁊ ipſuꝫ ſit in ſua ſuba cõpoſitũ ex mã ⁊ forma : non
poteſt ſua ſimilitudo in ſimplici forme eſſentia reſerua
ri: ⁊ iõ nõ ꝓducit eſſentiã ſimplicis forme ad eſſe : ſed
ſpecificã quidditatẽ cõpoſiti ſub forma contraria non
actu preexiſtentem:ſed aptitudine nãli producit ad ac
tũ expñdi:hoc aũt totũ de nõ eſſe ad eſſe productũ patet
ꝙ đ nõ ente ſimplr̃:nõ producit̃ :ſed de nõ ente actu:en
te autẽ in potentia:qꝛ ipſuꝫ totũ ante deductionẽ ad ac
tũ ſub forma cõtraria potẽtialiter preexiſtebat : ⁊ ſi nõ
actualiter (vt ꝓdictũ eſt) ideo totũ nõ ꝓducitur ꝑ crea
tionẽ que oĩno nihil preſupponit:ſed per gñationẽ que
preſupponit ens in potentia:forma autẽ: que eſt actus
ſubſtantificus:producit̃ ad ꝓductionẽ cõpoſiti: ⁊ ideo
non ꝑ accñs creatur ad creationẽ alterius. Cũ aũt cõ
poſitũ ꝓducit̃ ꝑ viã gñationis nõ ad creationẽ ſed ad
gñationẽ cõpoſiti tunc ꝓducit̃ forma: ⁊ ideo tunc gña
tur ꝑ accñs: ⁊ non creatur. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ ꝙ for
me prioꝝ ꝓductoꝝ ad eſſe: fuerũt a deo inſimul cũ mã
⁊ cõpoſitis create:quibus productis cõcreata etiã fuit
⁊ virtus producendi ſibi ſimilia:que per oꝑa admini
ſtrationis a deo mediantibus ſecundis agẽtibus : tan
q̃ꝫ ſuis inſtris ꝓgrediunt̃ ad eſſe: ⁊ iõ aĩa ipſius creatu
re merito appellant̃ . ¶ Ad. v. dicẽdũ ꝙ i motu nãli ad
formã:mã q̃ ad formã mouet̃ : cõfert ad motũ ꝑ aptitu
dinẽ nãlẽ ex qua nãliter cõpetit ſibi talis motus:qđ de
his que violenter moueri dicunt̃ :dici nõ põt (vt ſupra
dictũ eſt.) ¶ Ad. vi. dicẽdũ ꝙ in mã ſtante ſub forma
ſanguinis eſt inclinatio magis determinata ad formã
carnis:q̃ꝫ lapidis:qꝛ in ipſa inchoata eſt iã ad aliq̃lem
gradum vtpote gradui ꝑfecto propinquuꝫ deducta di
ſpoſitio ad formã carnis:nõ autẽ in ipſa ſic eſt inchoa
ta diſpoſitio ad formã lapidis. ¶ Ad. vij. dicendũ:ꝙ ⁊
ſi mã in ſua potentia ⁊ naturali capacitate:aĩam intel
lectiuam aliquo modo includat:nõ tñ eã totaliter itra
ſuam naturalẽ capacitatẽ concludit:cũ tñ intra ipſaꝫ
formas alias nãles cõcludat: ⁊ iccirco merito alie oẽs:
preter intellectiuã animã de ipſa dicũtur educi. ¶ Ad
viij. dicenduꝫ ꝙ materia ſtans ſub forma vna : magis
in vnam inclinatur:q̃ꝫ in alias : propter diſpoſitioneꝫ
inchoantem: ⁊ deducenteꝫ ad altioꝛẽ gradũ diſpoſitio
nis ad formã vnã:q̃ꝫ ad aliam (vt predictuꝫ eſt) ¶ Ad
ix. dicenduꝫ. ꝙ diſpõ:que eſt in mã ſtante ſub aĩa ani
mati perfecti eſt diſpoſitio iam ꝯpleta: ⁊ virtute nãlis
gñantis ad gradũ vltimuꝫ deducta: ⁊ ideo iã eſt in ſuo
termino nãli. Contingit autẽ (vt dictum eſt) in mate
ria ſtante ſub forma alicuius inanimati eſſe diſpõnem
nõ quidẽ vltimatã ſed inchoatã : ⁊ per ꝯñs in vlterio
rẽ diſpoſitionis gradũ:materiã ordinantẽ:quia imper
fectũ ad ſui perfectionem nãlẽ naturaliter inclinatur.
¶ Ad. x. dicendũ ꝙ cum tranſmutatio de ſua ratione
includat carentiã eius:ad quod tendit:qꝛ nihil moue
tur ad id quod iam habet ſed ſoluꝫ ad id quod non ha
bet : non eſt miruꝫ ſi priuatio que dicit prauã carẽtiam
actus cum:

actus cū aptitudine tñ nãli ad ipsum pōt esse ipsi⁹ naturalis trāsmutatiōis pncipiū. ❡ Ad. xj. dōz ꝙ spēs vel forma per quā ponit̄ mā in actu nãli que est pfecte 7 vere species: dr̄ magis nã eē ꝙ mã (vt pz per ratiōes
Secundo. phycorum Co. xi Arist. ibidē) 7 nō spēs dicta de priuatiōe: que dicit carētiā habit⁹ 7 tñ quodāmō habitus dicit̄ (vt hr̄. v. metha.) sic ēt 7 dicēs carētiā spēi: dr̄ quodāmodo species
Caplo d̄ priuatione. Co. 27. 7 qđdā accñs mãe. ❡ Ad. xij. dicēdū ꝙ puatio in artificialibus dicit carētiā forme absq3 positione nãlis iclinatiōis ad ipsaz cū (vt supra dictū ē) res nãlis nō iclinet̄ tāꝙ i suā nãlē pfectionē i formā artificialē: sꝫ puatio i nãlib⁹ (vt pluries dictū est) sic ponit i mã carentiam foře: ꝙ ipsa relingt aptitudinē nãlē ad eā: 7 h̄ sufficere vr̄ ad drīaz vtriusq3 puationis. ❡ Ad. xiij. dōz ꝙ forme subales: 7 si sint pncipia qlitatū actiuaꝝ 7 passiuaꝝ sūt tñ idiuisibilis eēntie: nō in mã in qua non sunt actu fm se totas: eē ēt actu nō pñt: sꝫ aliqd sue eēntie. ❡ Ad. xiiij. dicēdū ꝙ vr̄ de oib⁹ subsātijs trāsmutabilib⁹: nãliter loquēdo: sic eē vr̄ ꝙ ipsa forma subalis nō est imediatū trāsmutatiōis pncipiū: sed poti⁹ hē: ipsa qlitas actiua a forma subali rei nãlis pueniēs: h̄ autē actiua qlitas cū virtute agētis nãlis ꝯtingētis passiuū efficit̄: in passiuo formalr̄ ipm ab agētis dissimilitudine ad siltudinē nãlē transmutat: inqꝫtū per ipsi⁹ inductionē (vt supradictū est) remouet̄ ipediēs passiuū tendere in agētis sibi pñtis siltudinē: vñ 7 qꝫto magis ad ipsi⁹ iductionē de dispōne motū ad illaz siltudinē ipediēte remouet̄: tāto (vt supra dictū est) passiuū veloci⁹ tēdit ad eā: 7 qñ iā tota ipedimēti remotio pficit̄ assequtur statim (vt pdictū est) ipsum passiuū cōpletā agētis siltudinē: que est siltudo i specifica qđditate: cū agēs fuerit vniuocū: p hāc ergo qlitatē actiuaz: q̄ siis est qlitati agēti: ipm passiuū formalr̄ tēdit in siltudinē generantis: 7 effectiue nō tēdit in ipam p agens extrinsecū qđ illā in ipso efficit qlitatē: 7 talis ꝟtus actiua: vel qlitas: que est imediatū formale pncipiū talis motus: cū ipso nãli motu p se 7 nō p accñs cōiungit̄ in passiuo nãli: qđ de artificialib⁹ dici nō pōt. ❡ Et sic pz rñsio ad xiiij. 7 ad alia qttuor argumēta sequentia. ❡ Ad. xix. dicendū ꝙ forme nãles de mãe potentia educunt̄ 7 in ipsa potentia prefuerūt ante gñationē. ❡ Ad. xx. dicēdū ꝙ forma subalis nãlis: p corruptionē nō cedit in pure nihil: sed cedit in ens in potentia: qꝛ redit in potētiā mãe. ❡ Ad. xxj. dicēdū ꝙ ipsa essentia aie est radix potentiaꝝ: 7 iō in ea remanent sicut in radice: 7 siquis q̄dē dicer̄ velit: ꝙ eēntia mãe sit radix formaꝝ poterit dicere post corruptionē eas radicalr̄ in mã remanere: nec iō tñ habebit: ꝙ aliqd de eēntia foře actu in mã remaneat: cū ipsa mã nihil sit talis eēntie: veꝝ est aūt ꝙ siltudo oīno nō valz: qꝛ eēntia aie est pncipiū potentiaꝝ: sed essentia mãe nō sic est pncipiū formaꝝ: 7 forma est perfectio materie: nō autem potentia essentie 7c.

❡ Questio sexta.

Pria rō. QVestio Sexta est. ❡ Utrū forma subalis imediate cōiūgatur prime mãe. Et videt̄ ꝙ nō Actus eniz actiuoꝝ (vt habet̄ in secundo de aia) sunt
Co. 24. in patiente 7 disposito: forma aūt subalis est actus ab aliquo actiuo posit⁹ in mã: q̄ rōne 7 locū patientis tenet: igit̄ forma subalis nō pōt eē in mã nisi disposita: 7 sic vr̄ ꝙ mãe vniat̄ mediāte dispōe.

Scđa rō. caplo scđo Preterea In hūtib⁹ simbolū (vt i scđo de gñatōe dr̄) facilior ē trāsit⁹: q̄ cū pter simbolicas qualitates fiat transitus ab vna forma in aliā: facilius videtur: ꝙ p simbolicā qualitatē: forma substantialis materie vniatur.

Preterea Actus quilibz ei vnit̄ cuius est actus: sed qđā forma subalis (vt aia) est actus corpis physici organici (vt dr̄ in scđo de aia) ergo aia corpi physico organico vnit̄: sed corpus physicū organicū nō est mã pma: cū sit cōpositū ex mã 7 forma: igit̄ ad minus forma subalis: q̄ est aia: nō immediate ꝯiungit̄ mãe prime. ❡ Preterea: Una forma non pōt vniri nisi mãe stanti sub priuatione alteius: sed cū priuatio nō sit pura potentia: qꝛ tūc nō differret a mã: nec sit pure nihil: qꝛ tūc nō esset principiū entiuz naturaliū: relinquit̄ ꝙ sit qđā actus: 7 sic p ꝯñs nulla forma vnitur nisi mãe stanti sub quodā actu imperfecto. ❡ Preterea que sunt realiter diuersa nō vident̄ posse sine aliquo medio ꝯiungi: sed forma subalis 7 mã sunt realiter diuersa: ergo 7c. ❡ Preterea forma nō pōt cōiungi materie sine his que ipsam in mã necessario precedunt: sed dispōes ad formā necessario precedunt formā in mã: ergo forma necessario vnit̄ mãe mediantib⁹ dispōib⁹. ❡ Si di. ꝙ dispōes precedunt formā in via gñationis: nō aūt in via essendi.

Tertia rō. Co. 4. qrta rō. v. ratio. Sexta rō. Responsio

Contra Cū fieri terminet̄ ad esse: de necessitate illa sunt pus: que prius fiunt: 7 per ꝯñs que pus hñt fieri in mã: prius etiā existūt in ipsa: si ergo pus in mã dispōes inducunt̄ ꝙ forma: oꝫ necessario ꝙ in ipa ēt pus existant. ❡ Si di. ꝙ in ipsa prius existūt sub gradu imperfecto: h̄ sub gradu pfecto pñt̄ formā: 7 ideo nō sunt mediū vnionis forme ad mām. Contra Respōsio.

Contra Cū dispōnes ad formā nō auferant̄ a mã p aduētū forme si aliquo mō sūt in mã añ formā: necesse ē dicer̄: ꝙ ad minus eo mō quo a foře in mã psupponūt̄ ipis mediātib⁹: foře mãe ꝯiūgat̄. ❡ Preterea (sꝫ ꝯmēt. in de sba orbis) dimēsiōes interminate sunt in mã añ oēz formā: nec abijciunt̄ p aduentū forme: h̄ solū terminant̄: igit̄ ad min⁹ mediātib⁹ dimēsionib⁹ interminatis forma subalis ꝯiungitur mãe. ❡ Si di. ꝙ opio ꝯmē. nō est vera sꝫ poti⁹ forma subalis ante oēm dimensionē recipit̄ in materia. Contra. Caplo p̄. Responsio

Contra Cū eēntia mãe sit indiuisibilis de se: si forma subalis recipit̄ ante dimēsionē in mã: recipiet̄ necessario in ipsa: sꝫ ꝙ indiuisibilis: 7 p ꝯñs eā totā replebit: nec aliqd de mã actu ieniri poterit extra formā vnā: sub alia forma: sed h̄ est fłm: qꝛ sił mã sub diuersis formis diuisa ienit̄: q̄ queꝫ taliū formaꝝ psupponit dimēsiones interminatas. ❡ Preterea qđ est oībus cōe nō ꝯseqt̄ ppriā formaꝝ alicui⁹: sed dimēsio interminata est oib⁹ gñabilib⁹ cōis: qđ pz: quia nulli approprat̄ dimēsio: nisi sub certa terminatione. Constat autē: ꝙ ipsa de se non est nata stare plus sub vna terminatione: ꝙ sub alia: igit̄ ipsa de se nō magis appropriari potest vni ꝙ alteri: 7 cū omnibus conueniat dimensiones hr̄e: sequit̄: ꝙ sublata terminatione ipsa dimēsio oībus sit cōis: sola q̄ terminatio dimēsionū cōsequit̄ formas pprias singuloꝝ: ipsa vero dimēsio oībus psupponit̄ in mã: igit̄ oēs forme subales mediante dimēsione iterminata materie cōiungunt̄. ❡ Preterea mã nunꝗ expoliat̄ respectu ad formā: qꝛ etiā anteꝗ formā hēat respicit formā ipsaz: 7 etiāz cū actu ipsa perficit̄: nec vnꝗ forma pōt cōiungi nisi materie actu ipsaz respicienti: necessario igit̄ foře qlibꝫ tali respectu vnit̄ mãe: sed talis respectus est accñs: igit̄ quelibet forma materie vnit̄ mediante aliquo accñte. ❡ Preterea qđ nō pōt esse imediate actionis alicuius agentis subiectū: nō pōt etiā esse imediatū subiectū actus: ex actione illa ꝯsurgētis: sed mã prima nō pōt esse imediatū alicui⁹ actionis subiectū: qꝛ pura potētia nō pōt esse passionis subm: 7 p ꝯñs nec actionis. Qua pp Contra.

nec ſubiectū eſſe pōt actus:actione ꝯſurgentis agētis
alicuius:ſed forma cuiuſlibet rei gn̄abilis in mā̄ cōſur
git ex actione gn̄antis: ergo mā̄ prima nullius forme
gn̄abilis eſſe poteſt ſubiectū imediatum.

In oppoſi tum. **In contrarium** Eſt ꝙ ex mā̄ ⁊ for
ma fit eſſentialiter
vnū:ſed ex his q̄ per aliquod mediū neceſſario cōiun
guntur nunq̄ȝ fit eſſentialiter vnū:igitur mā̄ ⁊ forma
ſubſtantialis nō vniuntur ſibi per aliquod mediū.

Reſponſio **Reſpōſio ad hanc** Q̄ōnem ſim
pl'r dicenduȝ
eſt ꝙ oīs forma ſubalis imediate coniungit̄ prime ma
terie:quod poteſt ad pn̄s via triplici demonſtrari.

P̄ria via. **Et prima** Quidē ſumitur ex eo ꝙ forma ⁊
mā̄ ſunt eēntialia principia rerū
nālium.¶ Ad cuius intelligētiā:ꝯſiderādū eſt ꝙ ea pro
prie dicūt̄ eſſe eēntialia p̄ncipia alicuius:q̄ eēntiā ei⁹
ingrediunt̄:eēntiā aūt cōpoſiti igrediunt̄ oīa:que ſpe
ctant ad primariā ꝯſtōem ipſi⁹. Et q2 tā mā̄ q̄ȝ forma
ſpectat ad primariā ꝯſtōeȝ rei nālis:iccirco vtraq̄ȝ ſūt
eēntialia p̄ncipia talis rei:ſi aūt inter materiaȝ ⁊ for
mā̄ neceſſario intercidit aliqḋ mediū:ita vȝ ꝙ ſibi in
uicē ꝯponi nō poſſint:nec vllo mō ad ꝯſtōem nālis rei
cōcurrere:niſi illud intercidat mediū inter ipſa:erit ne
ceſſario ⁊ ipm̄ ſpectās ad eēntialē ꝯpōnem ⁊ ꝯſtōeȝ p̄
mariā rei predicte:⁊ erit ꝑ ꝯn̄s eēntiale ipſi⁹ p̄ncipiū.
Q̄ḋ aūt hoc ſtare nō poſſit ſtatim primo aſpectu appȝ:
Co.65. cū (ſm̄ pħm in p̄mo phyſicoꝝ) p̄ncipia ꝑ ſe reꝝ nāliuȝ
que ſunt p̄ncipia eas eēntialiter ꝯſtituētia ⁊ ingrediē
tia compōem eaꝝ:nō ſint niſi tm̄ duo:vtpote mā̄ ⁊ for
ma:tertiū ꝟo ſicut p̄uatio nō eſt p̄ncipiū ꝑ ſe nec eſt rē
eēntial'r cōſtituēs. Sed magis ingrediētibus appȝ h̄
ſtare nō poſſe ſi cōſideret̄ q̄lis eſſe poſſit eēntia illi⁹ me
dij:neceſſariū eſt eniȝ ꝙ aut eēntia cōpoſita ex mā̄ ⁊ for
ma:aut eēntia mā̄e tm̄: aut eēntia forme:vel act⁹ ſuba
lis:aut eēntia forme vl' actus accn̄talis:nō pōt aūt eſſe
eēntia actus accn̄talis:q2 illud mediū (vt ē oſn̄ſū) neceſ
ſarium eſt venire ad p̄maȝ ꝯſtōnem nālis ſube ⁊ eſſe
principiū eēntiale ipſius:accn̄s aūt eſſe nō pōt de cōſti
tuentib⁹ ſubaȝ:q2 ex nō ſubſtātijs nō fit ſuba
Cōfirmat̄ Et P̄re
terea oē accn̄s nā̄e ordine p̄ſupponit ſubm̄ ſuū Subie
ctū aūt accn̄tis actus:habētib⁹ realitatē aliquā vltra
realitatē ſui ſubi:qa ḋ tali accidēte loq̄mur nō pōt eſſe
ſola materia:quia pura potentia non poteſt eſſe imme
diatum talis accn̄tis ſubm̄. Nō pōt etiā eē ſola nālis
forma:q̄ nō eſt ꝑ ſe exn̄s,q2 ſubm̄ talis accn̄tis eē dȝ qd
ꝑ ſe potēs exiſtere:relinquit̄ ergo ꝙ eius ſubm̄ ſit qd cō
poſitū ex mā̄ ⁊ forma:p̄ſupponit igit̄ neceſſario tale ac
cidēs an̄ ſe ens ex mā̄ ⁊ forma cōpoſitū. Q̄ḋ aūt tale cō
poſitū p̄ſuppōit:neceſſario etiā preſupponere dȝ ꝯiun
ctionē foꝛe ⁊ mā̄e:⁊ qḋ hāc ꝯiunctiōeȝ nā̄e ordīe p̄ſup
ponit:eē nō pōt mediū ꝯiunctionis eoꝝ. Concludit̄ er
go de neceſſitate ꝙ eēntia rei q̄ eſt mediū cōiunctionis
forme ad māȝ:nullo mō eſſe poſſit eēntia forme accn̄ta
lis:nō pōt etiā eſſentia talis eē qd ꝯpoſitū ex mā̄ ⁊ for
ma:q2 tūc ad eēntiā vni⁹ rei nālis:ꝯcurrerēt due mā̄e
⁊ due forme:q2 mā̄ ⁊ forma ꝯſtituentia eēntiā medij: ⁊
mā̄ ⁊ forma:que ꝑ illud mediū ꝯiūgi ponunt̄. Cū eniȝ
hoc ſit oīno abſurdū:abſurdū eſt etiā inter eēntiā mā̄e
⁊ eēntiā forme ſubalis intercidere mediā rē cōpoſitaȝ
ex mā̄ ⁊ forma. Nō pōt etiā poni ꝙ eēntia talis medij
ſit eēntia mā̄e:q2 tūc etiā ad vnius rei ꝯſtōnem due eēn
tie materierū ꝯcurrerēt:qḋ ſil'r eſt abſurdū. Nō pōt ēt
eſſe eēntia dici medij eēntia forme ſbalis:q2 eēntia hu
ius forme adiūcta eēntie mā̄e fac̄ de ſe ſubaȝ cōpletaȝ.
Si ergo mediū cadēs iter formā ſubalē ⁊ p̄mā māȝ:ſit
forma ſubalis adiūctū mā̄e faciet ſine foꝛa ſequēte cō
pletā ſubaȝ:⁊ forma etiā ſubalis nā̄e ordine h̄ mediuȝ
ante ſe in nā̄ p̄ſupponēs:neceſſario p̄ſupponit ſubaȝ
cōpletā:ſ; oē qḋ nā̄e ordine cōpletā ſubam p̄ſupponit ē
accn̄s. Si igit̄ ipoſſibile eſt ꝙ forma ſubalis ſit accn̄s
ipoſſibile eſt:ꝑ ꝯn̄s:ꝙ aliq̄ forma ſubalis an̄ ſe aliquā
formā ſubalē in mā̄ p̄ſupponat:⁊ ꝑ ꝯn̄s eſt etiā ipoſſibi
le:ꝙ iter formā ſubalē ⁊ p̄mā māȝ aliqḋ intercidat me
diū:cui⁹ eēntia ſit eēntia ſubalis forme. Si ergo inter
mām̄ ⁊ formā ſubalē nō pōt cadere mediū qd ex mā̄ ⁊
foꝛa cōpoſitū nec aliq̄ altera mā̄:nec eēntia ſubalis for
me nec res q̄ ſit actus accn̄tis:relinquit̄ ꝙ iter ipa nulla
res itercidat:⁊ ꝙ oīs forma ſubalis imediate ſit in eēn
tia p̄me mā̄e. Et ſic p̄ma via oſn̄dēdi ꝑpoſitum cōpleta
eſt:ſumpta ex eo ꝙ ſolū mā̄ ⁊ forma ſint eſſentialia p̄n
cipia materialiū ſubſtantiarum.

**Secunda vero via** Ad oſn̄dēduȝ Scḋa via
idē ſumi pōt
ex ꝯparatiōe potētie ad actū:¶ Ad cui⁹ itelligētiā ꝯſi
derādū eſt ꝙ potētia:hoc ipm̄ qḋ ē ad actū dr̄:haūt ipȝ
qḋ ē potētia:ē ipa q̄ dditatiua ⁊ eēntial' rō potētie: igr̄
potētia eēntial'r dr̄ ad actū. Si igit̄ inuenire poſſum⁹
aliq̄ duo:quoꝝ vnū h̄ ipm̄ qḋ eſt in ſua eēntia:ſit poten
tia: ⁊ reliquū h̄ ipm̄ qḋ eſt in ſua eſſentia:ſit actus ꝑ
prius illius potētie:h̄ duo ꝑ h̄ ipſum qḋ ſunt in ſua eēn
tia:erūt ad iuicē ordinata:ita vȝ ꝙ inter ipſa nihil oio
poterit cadere mediū:ſūt aūt talia mā̄ p̄ma ⁊ foꝛa ſuba
lis Subalis eteni foꝛa h̄ ipm̄ qḋ ē in ſua eſſentia: ē ſub
ſtantific⁹ act⁹: actui aūt ſubſtātifico nō pōt corrn̄dere
tanq̄ȝ potētia ꝑpria potētia accn̄talis ꝑꝑ id ꝙ actus ⁊
potētia eſſe debēt in eodē gn̄e: ⁊ act⁹ qdē ſubſtātificus
eſt in gn̄e ſube:potētia ꝟo accn̄tal' eſt in gn̄e accn̄tis ſo
lū. Solū igit̄ potētia ſubſtātifica corrn̄det tanq̄ȝ potē
tia ꝑpria actui ſubſtātifico:ſed potētia ſubſtātifica eſt
ipſa eſſentia p̄me mā̄e: ergo eēntia mā̄e p̄me eſt ꝑpria
potētia act⁹ ſubſtātifici:ſeu ſbalis foꝛe:ſ; q̄libȝ act⁹ in ꝑ
pria potētia recipit̄ ꝗ ⁊ q̄lȝ ſbalis foꝛa recipit̄: tāq̄ȝ in
ꝑprio ſuſceptiuo in eēntia mā̄e p̄me:⁊ nō i cōpoſito ex
mā̄ ⁊ foꝛa:qḋ ēt meli⁹ cōſiderātib⁹ h̄ euidēti⁹ inoteſcit:
ſicēni act⁹ ſubſtātific⁹ eſt eēntial'r actus: ſic etiā poten
tia ſubſtātifica:q̄ eſt ꝑpria potētia ipſius: eſt eēntial'r
potētia. Nullū aūt cōpoſitū ex mā̄ ⁊ foꝛa: eſt eſſential'r
potētia:cū iā ſit ex actu ⁊ potētia cōſtitutū: ergo nec ex
mā̄ ⁊ forma cōpoſitū eſſe pōt ſubſtantifica potētia. Si
ergo oīs act⁹ ſubſtātific⁹ in eo recipit̄ ꝙ ē potētia ſub
ſtātia ſubſtātifica:ꝯcludit̄ de neceſſitate ꝙ nulla ſuba
Cōfirmat̄ lis forma recipi poſſit in cōpoſito ex mā̄ ⁊ forma:ſ; ſolū
in p̄ma mā̄ que eſt eēntial'r potētia.¶ Et preterea ſub
ſtantifica potentia:idē eſt ꝙ ſuba potētia:ſed act⁹ ſub
ſtantificus adid dr̄ ſolū:qḋ eſt ſuba potētia:nihil autē
cōpoſitū ex mā̄ ⁊ forma pōt eſſe ſuba potētia. Aut eniȝ
eſt cōpoſitū ex mā̄ ⁊ forma ſbali:aut ex mā̄ ⁊ forma ac
cidentali. Et quidē ſi cōpoſitū ſit ex mā̄ ⁊ forma accn̄ta
li:cū forma accn̄talis ante ſe p̄ſupponat formā ſubaleȝ
erit etiā oīno cōpoſitū ex mā̄ ⁊ forma ſubali. Oē auteȝ
cōpoſitū ex mā̄ ⁊ forma ſubali eſt cōpoſitū ex ſuba potē
tia: ⁊ ſuba actu:q2 mā̄ eſt ſuba potētia: ⁊ ſbalis foꝛa ē
ſuba act⁹:ſ; nihil cōpoſitū ex ſba potētia ⁊ ſuba actu ē
ſuba potētia: ergo nl̄ cōpoſitū ex mā̄ ⁊ forma eſſe pōt
ſuba potētia:ſi ꝗ oīs actus ſubſtātificus: vel ſuba foꝛa
recipit̄ in potētia ſubſtātifica:⁊ hoc eſt ſuba potētia q̄
nō pōt eſſe qd cōpoſitū ex mā̄ ⁊ foꝛa:ſ; neceſſario eſt ipſa
ſimpl'r eēntia p̄me mā̄e cōcludit̄ ḋ neceſſitate ꝙ oīs for
ma ſubalis tāq̄ȝ in ꝑprio ſuſceptiuo: recipit̄ īmediate
in eſſentia p̄me mā̄e. Et ſic cōpleta eſt ſcḋ via declaran
di propoſitū ſumpta ex comparatione potētie ad actū.

Tertia via

